torto metu tormẽtorũ cõfitẽte. mõtes & maris, caueat sibi iudex ne dãnet in corpore, & aĩa, ibi in 6. q. 2 par. nu. 10 351
torti & cõfessi de se, de consuetudine Italiæ in oĩ casu de sociis interrogant, Fr. Cas. de tor. cap 16. nu. 6 418
¶tractatus & cõspiratio cõtra Principẽ põt ꝓbari per complices, & socios criminis. Mar. Laud. de crim. pot. in 8. q. car. 48. & Nic. Boe. de sedit. in 7. q. nu. 5 80
tractatus solus ẽt in atrocissimis nõ est puniẽdus, Nic. Boe. de sedit. in 7. q. nu. 41 84
tractatus quid sit, M. Ant Blanc. de ind. num. 225 378
tractatus ad hoc ut dicatur quę requirantur, ibi. nu. 229 379
tractatus ex quibus indiciis præsumatur, ibid. nu. 332 ead.
tractatus præsumitur qñ homicidium cõmittitur cum multitudine personarũ, nisi ex accidenti, seu casu tales ꝑsonę superuenerint, Fr. Cas. de ind. nu. 2. el 4 404
tractatus præsumi potest ex loco, ubi reus fuerit, ibi. nu. 1. el 1 401
tractatus initia. & cõsiliorũ ex loco comprehẽduntur, ibi. nu. 6. el 1 ead.
tractatui pñs, & nihil dicẽs, si reperiatur ad delictum, an teneatur de tractatu nec ue, M. Ant. Blan. de ind. nu. 230 379
¶transactio. Require supra in uer. Pax.
transigere super crimine capitali licitum est, citra metum pęnæ talionis. Io. Ant. Rub. de pot. proc. in 1. par. nu. 41 46
transigere licet super capitali crimine pœnam sanguinis irroganti, Io. Nic. Arel. de hæret. no. 8. nu. 1 140
transigere an liceat super crimine hæresis. Ludouic. Car. de hær. nu. 127 190
transigere quare liceat de crimine falsi potius q̃ de aliis. Iac. de Are. de q. nu. 8 427
¶transgressor Canonum non põt a dolo excusari. Ant. Col. in foro. proc. extr. in contr. cri. art. 97 465
¶transitus nõ solitus inducit pensamentum, M. Ant. Bl. de ind. nu. 70 car. 366. & Fr. Cas. de ind. tract. 3. cap. 2. nu. 3 401
¶trecenses aliqñ a seditionẽ nõ fuerunt immunes, Nic. Boe. de sedit. in 1. q. nu. 4 2 75
¶trepidatio indicium facit. Fr. bru. de ind. in 3. q. 1. par. nu. 30. car. 335. & M. Ant. bl. de ind. nu. 259 381
¶tria in quolibet officiali concurrere debent. Iac. de Aren. de ban. nu. 45 201
¶tumultu per accñs incidente, pœna pecuniaria locum habet, & nõ corporalis, Nic. boe. de sedit. in 7. q. nu. 52 85
¶turba non punitur, sed bene quod in turba perpetratur ibidem
turba unde dicta, ibi. in 3. q. num. 3 75
turba quid sit ibid.
turbans diuina officia pœna mortis naturalis puniri debet. Gul. bõt. de pœ. mor. nu. 1 444
¶turpilianum habet locum in crimine publico Io. Ant Rub. de pot. proc. in 1. par. n. 17 22
¶tute qui ire non põt, aduocet illos a quibus uult inqrere, Ant. Col. in for. proc. extr. in cõtro. capital. art. 37 463
¶tutor deportatur qui pupillam uiolẽter stuprauit, Plac. de acc. tit. 6. nu. 23. car. 9. & Pau. gir. de pœ. omn. coi. in 7. q. num. 7 453
tutor corrũpẽs pupillã pœna mortis naturalis est plectẽdus. Gul. bõt. de pœ. mor. n. 4 444
tutor nõ põt ita suspectus postulari ciuilr̃, qn resultet effectus pęnę criminalis, Ioã. Ant. Rub. de pot. proc. in 1. par. nu. 265 35
tutor nomine pupilli accusans, nõ obligat eũ ad pęnam talionis, ibi. nu. 284 36
¶tyrannus in populo sibi subiecto seditionis est. & ideo expellẽdus, Nic. boe. de sedi. in 5. q. nu. 7 77
tyrannus si quid dignitatis nomine faciat, ibi. nõ ualet, Io. Ni. Ar. de hær. no. 40. n. 1. c. 143
tyrannus legitime exercere potest iurisdictionem in crimine hæresis ibid.
V
Agari non licet cũ discrimine alterius, An. Col. in for. proc. extr. in contr. crimin. art. 62 464
¶ualet plus quod specialiter fit, uel dicitur, q̃ quod generaliter, Io. Fr. Ponz. de lamiis, nu. 51 95
¶ualetudinarii torqueri non possunt, si morbus talis sit, ut torturam pati nequeũt sine periculo

periculo uitæ uel corporis Fr.Caſ.de torm. cap.7.nu.8 420
¶ualidum cenſetur id quod eſt in ueritate, potius q̃ id quod eſt in opinione, Paul.Girl.de pœn.omnif.coi.illici.q.9.nu.5 454
¶uallum tranſcendens, aut per murum caſtra ingrediens, capite punitur, Plac. de accu.tit. 6.nu.16 6
¶uariatio, pauor, & trepidatio, & id genus ſimilia, q̃ coram iudice fiunt, an ſit probatiſſimũ indiciũ ad torturã. Guid.de Suz.in tract. de ind.& tort.nu.33.car.320. Fran.Brun. in tract.eiuſdem materiæ in 3.q.1. par. nu.30. car.335. Gond.de hæret.q.13.nu.6 car.164. & M.Ant.Blan de ind nu.120.car.378.& nu. 259.260.& 262 381
uariatio circa negocium principale nocet. M. Ant.Blan.de ind.nu.263 ea.
uariatio quoties reũ torqueri facere debeat. ibi.nu.222 378
uariatio ſeu mendatium, in quibus, & circa q̃ noceat. Fran.Caſ.de ind.nu.2 407
uariatio rei in actis ſcribi debent, Ant.Col. in forma.proced.extraord.in controuer. crim. art.199 407
uariationes, & uacillationes factæ in tortura ſine indiciis facta.torto non præiudicant in aliquo. Fran.Bru.de ind.& tort.in 3.q.1.par. nu.31 345
uarius, quis dicatur. M.Ant.Blan. de ind.num. 264 381
¶uaſallus ita teſtari põt de bonis feudalibus atq; de allodialibus. Inc.Auct. de crim.læſæ maieſt.in 3.q.nu.3 54
uaſallus qui ſubinfeudauit alteri, ſi felloniam committat. an feudum reuertatur dominũ. ibi.nu.4 ea.
uaſallus legum contractus feudalis euertere non poteſt.ibi.nu.6 55
uaſallus an libertus a ſeruitute feudi bannito domino. Nell.de ban in 2.par.2. temp.num. 22 223
uaſalli delictum commiſſum in perſonam domini, quando agnatis præiudicet. Incer.Auctor.de crim.læſæ maieſt q.3.nu 1 55
uaſallo poſt felloniam commiſſam recepto ad fidelitatem per dominum, fellonia remiſſa uidetur.ibi.q.12.nu 4 68
uaſallo bãnito an feudũ ueniat in cõfiſcatione bonorũ. Nel.de bã.i 2.par.2. tẽp.n.23 223
uaſalli aliiq. hæretici fidelitatis debito aſtricti a nexu illo liberi fiunt. Gundiſſ. de hæret.q. 15.nu.5 166
¶uenditio aut donatio rerũ ſuarũ facit pſumi de malo aĩo. M Ant.blan.de ind.n.87 361
¶uenefici cõfeſſi aut teſtibus cõuicti nõ audiũtur appellantes. Paul.Gir.de relax.carc.in tit de ſent.& pœ.exec.in 2.q.nu.2 303
¶uenenum dictio modica eſt ſiue promiſcua. Paul.Gir.de ſortil.q.12.nu 4 133
uenenum amatoriũ, uel ſanatiuũ, ſeu cõceptionis, non aĩo occidendi ꝓpinans, nõ punit̃ l. Cor.de ſic.ſi mors ſecuta fuerit.ib.nu.7 ea.
uenenum amatoriũ, ſanatiuũ, & cõceptionis, an, & quo ad qd æquiparentur.ib.nu.8 ead.
uenenum amatorium arte malefica cõfectum propinãs, morte punitur ſi mors ſorbentis ſequatur.ibi.nu.13 134
uenenum conceptionis bono aĩo propinans, relegatur, ſi ea quæ illud aſſumpſit moriat̃. ibi.nu.8.car.133.& nu.19 135
uenenum ſanatiuum cauſa ſanitatis immixtũ medelis propinans non punitur, ẽt ſi mors ſorbentis ſequatur.ibi.nu.20 ea.
uenenum miniſtrans ſterilitatis, tanq̃ homicida puniendus erit.ib.nu.21 ead.
ueneno quem eſſe necatum indicat liuor, & tumor cadaueris. Fran.Caſ.de ind.nu.1 396
ueneno quem eſſe mortuum ex quibus dignoſci poteſt.ibi.nu.4 ea.
uenena non mala quæ dicantur. Paul. Girl. de ſortil.q.3.nu.25 110
uenena mala propinans, conficiens, aut uẽdẽs punitur.ibi.nu.26 ea.
uenena mala proprie quæ dicantur, & quæ bona.ibi.q.5.nu.8 112
uenena non ſemper hominis necandi cauſa fiunt.ibi.q.7.nu.5 133
uenena amatoria, & ſanatiua non facta arte malefica, nec ad malum finem propinans, non punitur morte.ibi.num.14 134
uenenorum plures ſunt ſpecies, quædã bona, quædam mala, ibi.num.4 133
Reliqua uide ſupra in uer. Pecuniam.
¶ueniæ facilitas incentiuum tribuit delinquẽdi Paul.Girl.de relax.carcer.in tit. de pœnas cõpoſitio.q.1.nu.8.c.310.& q.2.num.4 311
ueniæ petitio an indicium faciat.M.Ant.blan. de ind.nu.398 384
ueniæ petitio ut nõ noceat, qua cautela uti debet, ibi.nu.309 ead.
¶ueniens contra factum ſuum audiri non debet Iac.de Are.de ban.nu.42 208
¶uerbum dare, quid ſignificet, Nell. de bann. in 2.

in 1.par.2.temp.nu.78 239
uerbum potest, quam habeat uirtutem, ibi.in 2.par.2.temp.nu.66 264
uerbum intelligitur importat fictionē, Incer. Auct.de crim.lęsæ maiest.in 6.q.nu.5 60
uerba non audiatur, an inducant declinatoriã, an uero peremptoriam, Io.Ant.Rub.de potesta.proc.in 1.par.358 41
uerba quę in confessionibus principum ponũtur, plene intelligi debeant, Incert. Auct. de crim.lęsæ maiest.in 2.q.nu.4 54
uerba quæ in dispōne odiosa opponuntur, ad alia non extenduntur, ibi.in 5.q.nu.7 58
uerba legislatoris enunciatiua non disponũt, ibi.in 7.q.nu.14 62
uerba q̃dã maleficia in oĩbus sortilegiis admiscent, Paul.Gir.de sort.in 3.q.nu.31 110
uerba iniuriosa, & improba serius non ioco prolata extitisse in dubio pręsumuntur, Gō diff.de hęr.in 1.q.nu.8 154
uerba iniuriosa quę sint, M.Ant.Bl.de ind.nu. 104 168
uerba dubia in materia gratiosa latissime interpretari debẽt, Pau. Gir.de relax.carcer.in tit. de benef. & indulg.prin.in 2.q.nu.2 306
uerba dispositionis attendẽda sunt, M.Ant. Bl. de ind.nu.247 380
uerba legis cum effectu intelligi debẽt, ibi.nu. 379 391
uerborum qualitas animum demonstrat, unde is uidetur fecisse, qui prędixit facere, Franc. Cas de ind.in princ.nu.7 395
uerborum sola potentia hominem interimere posse credunt quidam, Paul.Gir.de sortilegi. in 3.q.nu.27 110
¶uerberans, pulsans introiẽs domũ meã mihi iniuriã facit, M.Ant.Blã.de ind.num.95 367
¶uerbositas persępe, iiudicis stomacũ mouet, Ant.Columb.in for. proced. extraord. in cōtro.crim.art.84 466
¶uerisimile quid dicatur, & quid non uerisimile, Paul.Gir.de qō.in 3.q.num.10.car.433.& M.Ant. Blan.de ind nu.33 363
uerisimile quod nō est, est species falsitatis, Io. Frã.Ponz.de lamis, nu.46.car.94.& M.Ant. Blan.ibi.nu.38 ead.
uerisimiliora dicuntur illa, quę magis cō sonãt iuri cōi, M.Ant.Blan.ibi.nu.34 ead.
¶ueritas ignorat eius ꝙ multipliciter exponit Incer.Auct.dę cri.læs.maiest.ĩ 5.q.n.11 59
ueritas omnibus rebus humanis anteferenda, ibi.in præfa.post prin. 50
ueritas q̃n aliter haberi non potest q̃ro intelligatur, M.Ant.Bl.de ind.num.354 389
ueritas ut habeatur multa conceduntur, ibid. nu.302 392
ueritatem aliter haberi non posse, qualiter, & a quo probari debeat, Fran.Brun.de ind.in 2.q.1.par.nu.15 330
¶uestes, arma, & similia in loco delicti reperta an faciant indicium ad torturam, Fr.Cas.de ind.nu.2.el 2 408
¶uestigia, in luto, niue, aut puluere repta, seu uestimentũ, uel qđ simile, in loco delicti inuentum, ad habenda indicia, contemplanda sunt, Fr.Cas.de ind.nu.10 396
uestigia seu forma pedis in niue, luto, aut puluere relicta, an faciant indicium ad torturã, uel ad cōdemnationem, ibi.nu.1.el 1 409
¶uiæ frequentatio in homicidio puro non est indicium sufficiens, M.Ant.Blan. de ind.nu. 75 366
uiæ frequentatio in homicidio puro nō est indicium sufficiens ad torturam, si frequẽtãs est homo bonæ conditionis, ibi.nu.76 ea.
¶uicarius gñalis epi aut capituli, uacante sede, an cognoscere possit de crimine hęresis, Gō diss.de hæret.in 8.q.nu.14 158
¶uicinia si est condemnata an ex eo ꝙ in illa unus bannitum receptauit, an possit agere contra receptantem, Nell.de bann.in 3.par. 2.temp.nu.25 273
¶uicinus: Stãte statuto ꝙ dana data a bãnitis debeãt emẽdari ꝑ uicinos, uel proximiorẽ cōitatem, uel uillam, quis dicatur uicinus, & quę uilla dicatur proximior, Nel.de ban. in 2.par.2.temp.nu.65 264
uicinus domui ĩ qua factũ est furtũ an habeat cōtra se indiciũ, & qd in uicino bonæ famæ M.Ant.Blan.de ind nu.412.413 393
uicini præsumuntur scire facta uicinorum, Bonicon.de accusatio.nu.20 9
uicini hñt indicia contra se, q̃n rei non reperiũtur, maxime in furtis, quia saltẽ scire præsumuntur, Fr.Cas.de ind.nu.6 408
¶uilla, uide supra in uer.uicinus.
¶uiles personæ ꝑ re parua torqueri non pñt, Fran.Cas.de torm.cap.8.nu.4 415
uiles personæ, & exercentes uiles artis, an admittantur in testes nisi cum tortura, ib.cap. 10.nu.18 416
¶uindicta seu pœna ibi debet esse leuior, ubi culpa præcessit minor, Paul.Gir.de pœ.omnis.coi.in 6.q.nu.8 451

¶ uiolentia preambula non confunditur p p delictū secutū ad cuius factū tendebat,Nic. Boer.de seditio.in 7 q.n.33 83
uiolentia in occulto facta,per famam,& uociferationem probari potest,Fran Brun.de indici.in 5.q.z.par.n.39 347
uiolētię pbō nō requirit tā stricta,qn delictū factū est in rure.Ant.Columb.in for. pced. extraord.in contr.crim. art.34 463
¶ uir uxorem hęreticam,& uersa uice uxor uirum deserere potest,intellige sane, Gōd.de hæret.in 15.q.n.10 146
uir siue maritus secūdas nuptias cōtrahens prima uiuēte uxore,qua pœna mulctet, Paul. Girl de pœn.omnif.coi. in 14.q.n.1 459
¶ uirginem rapiens qua pœna puniatur, Gul. Bont.dę pœna mor.n.1 444
uirginem deflorans impuberem,& uiri impotentem, qualiter Paul.Girl.de pœn.omnif. coi.in 7.q.nu.6 453
¶ uirtus gratiua qnque impeditur per sortilegia.Paul.Girl.de sortil.in 6.q.n.13 115
¶ uisitator cum uisitat,nulla præcedente infamia,inquirit super statu ecclesię,Bonic. de accus.n.zz 9
¶ uisus admenare gladium,licet non sit uisus percutere an indicietur ,M.Ant.Blā.de ind. n.302 384
uisus exire domū cū fardello sub ueste, an habeat cōtra se graue ind.ib.n.418 393
uisus exire domū( ī qua furtū cōmissum fuit) tpe noctis an indicietur,ib.n 4 9 394
uisus uibrare gladium contra uulneratum, licet non sit uisus uulnerare,poterit torqueri,Fran.Cas.de ind.n.14 407
uisus si aliquis sit exire cum gladio sanguinolento,uel uisus fuerit fugere uersus nemora delicti īdiciū manifestū hře dř,ib.n.2 409
uisus exire cum gladio sanguinolento , nō habet tā indubitatum contra se indiciū, ut ex eo damnari possit,cum esse possit,ꝙ eo nō obstante,non solum non occisor , sed nec uulnerator fuerit,ibi.n.5 411
¶ uita imputati in homicidio spectatur, Mar. Ant.blan.de ind.n.241 379
uita mala sola an indiciet ad torturam , ibid. n 250 380
¶ uniuersitas an possit comparere per pcuratorē in causa criminali. Ioan.Ant. Rub. de potesta.procur.in 1 .par.n.152 27
uniuersitas uel populus seditionē ł tumultū faciens qualiter puniri debet,Nic. Boer. de seditio.in 7.q.n.9 81
uniuersitas,delinquere pōt in omittēdo. ibi.
uniuersitas qualiter in cōmittendo delinquere possit,ibi.n.7 ea.
uniuersitas ex cōsilii deliberatione delictū cōmitēs,an censeař delinquere,ib.n.12. ea.
uniuersitas nō dř delinquere in eo qđ a quolibet priuato cōmitti pōt,ib.n.14 ead.
uniuersitas quę in faciēdo delinquit,an possit criminaliter puniri,ib.n.15 ead.
uniuersitas decapitari non pōt,ib.a.21 e.82
uniuersitas nil aliud est ab hominibus ipsam repræsentantibus,ib.n.zz ea.
uniuersitas uere dicitur delinquisse,in his q reperiūtur consensisse delicto,ib.n 33 ea.
uniuersitas illa puniri potest ob delictum, in qua infantes uel personę similes non reperiuntur,ibi.n.27 83
uniuersitas an possit in banno poni. Nell. de bann.in 1.par.1.temp.n.1 207
uniuersitas si est bannita,an requiratur ꝙ fiat pax singulis de uniuersitate,& ꝙ singuli soluant,ibi.in 3.par.z.temp.n.50 279
uniuersitas non capiens offendentem bannitum,an incidat in pęnam nō capientis malefactorum,ib.n.56 281
uniuersitati delinquenti cuius modi pœna imponatur,Io.Ant.Rub.de potesta.procur.in 1.par.n.154 28
uniuersitati qn possit pīudicare pars maior. Nic.Boer.de seditio.in 7.q.n.11 81
uniuersitate punita de hæresis,an singuli quoque pūiri uideātur,ita ut amplius pūiri nō possint Gond.de hæret.in 24.q.n.3 177
uniuersitate bannita an quilibet de uniuersitate offendi possit,Nell.de bannit.in z.par. 2. temp.n.27 250
uniuersitate bannita an duret bannum illis q tunc erant de uniuersitate mortuis,ibi.ī 2. par.3.temp.n.16 300
cetera habent supra in uer.Syndicus.
¶ unū capitulū el diuersa qualiter intelligat & qualiter capitula connexa. uel diuersa, uel nō,Fran.Cas.de torm.cap.6.n.13 414
¶ uocādus est is cōtra quē est faciēda inqsitio ut se defendat.Bonic.de acc.n.48 12
uocari ius nemo debet sine iudiciali præcepto Iac.de Are.de bann.n.15 199
¶ uoluntas seu cogitatio qn puniatur sine facto,Plac.de accusatio.tit.6.n.9 5
uolūtas,& ītētio potius factis q̄ uerbis demōstratur,Nic.Boer.de sedit.in 7.q.n.10 81

uoluntas,& propositum distingunt maleficia odof.de percus.nu.10,c.87.& Guid.de Suz. de ind.nu.87.car. 325.Bal. de q.cap.3. n.6. car.431.& Amb.de Antr.de q.n.16. 442
uoluntas semel posita durare præsumitur.M. Ant.Blan.de ind.n.135 370
¶ uociferatio mulieris asserentis se uim passam facit indicium.ibi.n.290 383
¶ uox hominum est fallax, quia reperiuntur mihi consimilem habere uocem,Fran.Cas. de ind,tract.7 n.2 405
uox clamantis exaudita non hēt uim ꝓbōnis sed indiciis nisi alia cōcur rant.ibi.n.3 ea.
uoces populi uanæ non sunt audiēdæ nec eis est credendum.ibi.cap.z.n.6 ea.
¶ usq; dictio an excludat uel includat.Io.An. Rub.de potesta.proc.in z.par.n.60 48
¶ ususfructus rei in qua bannitus erit usufructuarius, an ueniat ī cōfiscatione bonorū bāniti Nel.de bān.in 1.par.z tēp.n.26 224
¶ usurā exercere nō esse pc̄m cōtendentes,an hæretici cēsendi sunt.Gōd.& de hær.in 9.q. n.2 car.159.& Lud.Car.de hær.n 9.c.178
¶ usurarius si ihumaniter tractas eos, quibus mutuat.& grauiter diffamatus sit poterit cōtra eū procedi de hæresi.Io.Nic.Arel. de heret.not.5.n.4 139
usurarius tenetur edere actori quamcūq; scripturam ad fundandam ipsius actori petitiō nem.ib.not.21.nu.3 141
¶ utilis reipublicę non torquetur, nisi in criminibus atrocibus.Fran.Cas.de torm. cap. 10.n.4 415
utilitas publica suadet calumnia,& maleficia puniri.Io.Ant.Rub.de potesta.procur.in 1. par.n.383 42
utilitas que resultare dicatur.ꝙ quis de diuersis criminalibns specie differētibus ex codē facto descendentibus puniatur.Paul.Gir.de pœn.omnif.coi.in 1.q.n.15 445
¶ uulnerans de uulnerato tantum tenetur,cū negligentia uulnus mortale redditur .Ant. Columb.in for.proced.extraord.in contro. cri.art.25.car.467.uulnerans hominem nō sanum an de morte teneatur,ib.art.26 ea.
¶ uulneratus,si durante uulnere superueniat alia infirmitas,& moriat̃ an ex uulnere p̄sumat̃ mortuus,&qd si post solidatū uulnus stimulus uulneris affligat,refluētibus aliis humorib.moriat̃,nūqd occasiōe primi ulneris p̄sumat̃ mortuus.Odo.de pc.n.7.8.12.87
uulnerans in facie etiam magno uulnere nō moritur.M.Ant.Blan.de ind.n.190
uulneratus an possit comparere pro uulnerāte seu inquisitio de uulnere. Io.Ant.Rub. de pōtesta.procur.in i.par.nu.167. 28
uulnerato mortuo,qui a pluribus est uulneratus.sed ab uno duntaxat mortaliter, an & qua pœna omnes teneātur.ib.n.43 212
¶ uulnus semper censetur causa mortis, eo ꝙ nihil interest an q̄s occidat, uel causā mortis præbeat.Odof.de percus.n.2 87
uulnus quando est mortale.mors in accusando expectari nō debet.Ant Columb.in.for. proced.ex traord in contr.cri. art.203 470
de uulnere standum est in arte peritis. & ad hoc duo regrunt medici,licet de cōsuetudine stet dicto unius.Fr.Cas.de tor.ca.z.n.3.41?
uulnera mortalia, & non mortalia notanda sunt.Ant.Columb.in for.proced.extraord. in controuer.cri.art.24 467
uulnerum multitudo,& magnitudo multiplicatio,& geminatio. demonstrant pensamētum.M.Ant.Blanc.de ind.n.195.car. 385. & Fran.Cas.de,ind n.4.el 2 403
¶ uxor potest marito lenocinium obiicere.Placen.de accus.tit.1.n.9 1
uxor in causa criminali a marito procuratrix constitui potest.Io.Ant.Rub.de potesta. ꝓcur.in 1.par.n.105 25
uxor pro interesse suo potest prohibere ne bona mariti publicentur.ib.n.126 26
uxor pro marito admittitur ad defendendum pro suo interesse.ib.n.149 27
uxor an impune possit receptare uirum hæreticum.Lud.Carer.de hæret.n.169 195
uxor bāniti an sit expellēda a ciuitate.stāte statuto ꝙ uiri bānitarum expelli debeāt a ciuitate Nel.de bān.in 2.par.z.tēp.n.40 253
uxor ante teneatur sequi uirum bānitum quo uadit,ib.in 1.par.2.temp.n.44 228
uxor banniti an sit expellenda a ciuitate.statuto stante ꝙ familia bāniti de ciuitate expellatur.ib.n.41 ea.
uxor receptans uirum bannitum an incidat ī pœnas receptantium bānnitos.in 3.par. 2. temp.n.zz 273
uxor tacēs de morte uiri ī domo interfecti p̄sumitur culpabilis.M.Ant.blā.de ind. n.274. c.382.& Ant.Col.in forma proced.extraor. in controuer.crim.art.83 466
uxor sine licētia principis nō debet ire ad maritū militē in exercito armorū existentem. Nic.boer.de sedit.in 7.q.n.59 86

FINIS.

# TRACTATVS
## DE ACCVSATIONIBVS PVBLICORVM IVDICIORVM.

*AVCTORE PLACENTINO,*

ANTIQVISSIMO IVRIS CIVILIS INTERPRETE.

*SVMMARIVM.*


1 *Accusare est aliquem uelut reum criminis deferre.*
2 *Accusatio qualiter concipi, seu formari debeat.*
3 *Accusans subscribere debet se accusationem executurum.*
*Accusatio qualiter sit exequenda.*
4 Reus confessus non statim pro iudicato est habēdus
5 *Damnari nullus debet causa non audita.*
6 *Mulier quandoque potest accusare non exacta inscriptione.*
7 *Accusare qui nequeant.*
8 *Accusare nequit qui ob id pecuniam accepit.*
9 *Vxor potest lenicinium marito obijcere.*
10 *Filius matrem de partu supposito accusare potest.*
11 *Accusare potest quilibet suam iniuriam, uel mortem propinquorum prosequens.*
12 *Crimina quæ ab omnibus deferri possint.*
13 *Crimina notoria accusatione non indigent.*


## De Accusationibus. Tit. I.



QVANDOQVIDEM de accusationibus dicturi sumus uidēdum est primum qd sit accusare, & quo ordine sit accusandum & quādo accusatio sit exequenda, & quibus liceat accusare, & quousque. 1 † Accusare nihil aliud est quam reum criminis deferre Hunc ordinem masculo accusante, in omni crimine esse seruandum, ut id scriptio proponatur quæ magnitudinem criminis tempusque designet, ut alterutram partem digna legum possit terrere auctoritas, nisi id fiat quod pro inscriptione habetur, ut cum querelæ apud acta deponuntur, quod ut fiat, tantum in crimine iniuriarū conceditur, & excipitur crimen abigeatus, & adulterii, cum iure mariti intendit, quo casu inscriptionis necessitas remittatur uerum hodie maritum inscribere oportet, quæ si non probet. isdem sit pœnis subdendus, quas fuerat mulier passura, si accusatio cōprobata fuisset, ut C. de ac. l. q de uno & l. in cau. & l. si cui, & l. quamuis, & C. de iniur. l uiri. C. de abig. auth. ut liceat ma. & aui. col la. 8. §. qa uero. 2 † Cuius talis esse debt conceptio, ut diem quo facta est, cōtineat, imperatoris annis numeratis. Accusantis quoq;, & accusati, & p̄toris nomen apud quē accusat hoc modo debet dicere insertum. Ego L Titius apud te Catum p̄torem. uel ꝓconsulem ꝓfiteor, Mæuiam l. Iulia de adult. ream deferre, quam dico cum C. Seio in ciuitate illa, in domo illius mēse illo consulibus illis cōmisisse adulterium, diem aūt uel horam inuitus non comprehendet, ut C de accus l. si qs. & C. de adult. l. quāuis, & in auth. ut p̄po. nomen Imp. & ff. eo. l. liberorū, & ff. de adul. l. accusaturus. 3 Itē† subscribere debebit se executurū accusationem, uel alius pro eo si lr̄as nesciat. Si circa inscriptionē errauerit corrigere licebit si t̄pa suffragantur Accusatio uero sic est exequēda, ut fideiussor ab utraq; parte p̄ste tur pro lite exercēda, alioqn inopia idonei fideiussoris uterq; in custodiā mittitur donec de crimine iudicet, ut si reo absoluto accusator per calūniam intendisse ꝓnuncietur, pari modo puniat, nisi sit ea causa q̄ sine metu calūniæ uindictam ꝑsequit. ut pater, mater, filius, & extraneus hæres q̄ suspicionē quā de morte sua habuisse defunctus cauit, exequit, cū inter uolūtariam accus. & officii necessita tē hr̄dis multū intersit, ut ff. eo. l. si cui, & ff. de cust. reo l. 2. C. de acc. l. ult. & C. de app. l.

eos qui.§.super his.ff.ad senatusc.tur.l.1.& C.de cal.l.mr.† Sed si reus confessus fuerit non usq; pro iudicato habebitur, sed in carcerem ponetur omnimodo condẽnandus.si uero absu t p contumaciam q non est confessus,poterit relegari,non tñ deportari,uel capite dãnari,ut ff.de cust.& exhi.reo l.si cõfessus.& ff.eo.l.absentẽ,& ff. de req.re.l.i.C. eo.l. absentem.† Neque inaudita cã quenq̃ damnari equitatis ratio patitur,sed tps statuetur intra quod si nõ uenerit bona annotabuntur.deinde annus expectabitur, intra que reuersus si se cr mine purgauerit,res arbitrio iudicis signatas recipiet. anno uero transacto innocentiã purgãdo audietur, bonis apud fiscũ manentib.Sed eo annotatio si p 20.annos bona fiscus non occupauerit postea pscriptione uel ab ipso reo,uel ab hæredib.eius submouebitur.Quãcũq;.n qõnẽ apud fiscũ,si non alia sit ppria pscriptio 20. annorũ silentio præscribi diui principes uoluerunt, ut C.de req. reis l.1.& 2. ff.de reqr. reis.l.2.& 3.Quidam phibentur pp † sexũ in publico iudicio accusare,ut mulier cui interdum pmittitur nõ exacta inscriptione.i. cũ crimen pduellionis, uel annonæ,uel suã suorumq iniuriã exeqtur,ut ff.eo.l.q accusare,& l.certis,& C.ad l.Iul.de anno.l.fi,§.fi. & l.lege Cor.& C.q acc.non pos.l. de crim. † Quidam pp ætatem ut pupillus, aut pp sacrm,ut miles,quidam pp ptãtem,ut magistratus,ut ff de iniur.l.nec magratib. Quidã pp delictum,ut infames,ut C.eo.l.criminis. † Quidam pp turpem qstum,ut q pecuniã ob accusandũ,uel nõ accusandũ accepit,uel duos reos subscriptos hẽt, uel eiusdẽ delicti est particeps,ut ff.ad l.Iul.rep.l.easdẽ.§.1.& 2.qdã pp suã cõdõnem,ut filius ẽt libertus, uel de pari,uel maiori crim.accusatus.ut ff. de publ. l.is q † excepta muliere cui lenocinium obiicere marito pmittit,ẽt eo excepto q suã suorumq iniuriã exeqtur, sicut ẽt is phibet q à prima ætate in domo uixit licet ut ingenuus,ut ff.ad l.Iul.de adul.l.1. Necnon & fr q si capitale crimẽ intẽdat,non solũ nõ est audiẽdus sed ẽt exilii pœna plectẽdus,ut ff.ad l.Põp. de par.l.fr excepto crimine adulterii.& parric.de facto tñ parẽtis,uel patroni suarũ rerũ defendendarũ grã,qri nõ phibẽt ueluti si dicãt ui se à possessione expulsos.s. nõ ut crimẽ in eis intendant,sed ut possionẽ recipiant.†Nã & filius nõ quidem phibitus est de facto mris,qri,si dicat suppositũ ab ea partũ quo magis cohæredẽ hẽat, sed eã rea l.Corn.facere pmissum ei nõ est,ut .ff. eo.l. hi tñ.Alii pp suspicionẽ calũniæ,ut illi q falsum testimoniũ subornati dixerũt. Alii pp paupertatẽ,ut sunt q minus 50. aureis hnt. † Li tñ oẽs.si suã iniuriam,mortem ue propinquorũ exequant ab accusatione,nõ excludunt,sed si qdem plures uenient iudex idoneiorẽ eligere debet,qd erit æstimãdũ ex dignitate,& ex eo qd interest, dũ tñ caueat ne ob id crimẽ plurib. legib.reus fiat, ne ue de eo dẽ sæpius accuset nõ solũ ab eodẽ,sed nec ab alio,nisi sua interesse, seseque accusat. instituta ignorasse docuerit,uel si sciuit priorẽ p uaricatã docebit.ut.ff.eo.l siplures.ff.de sep. uio.l.3.ff.de lib ho. exh.& ff.eo.l.sena &l. si cui. Sũt tñ qdã crimina in quorũ delatione psonarũ delectus nõ hr,cũ & serui aduersus dños audiant,ut crim maiest.& falsæ mon. & l.Corn.arctioris annonæ pop.R.da falsis cũ suppressas tabulas testamẽti qrunt,in qbus libertatẽ sibi relictam asseuerãt, ut C.de ep.& cler.l.si.qs.ff.de iu.l.uix.& ff ad l.Cor. de falso,l nullo. Sunt aũt crimina q notoria appellant quorũ accusatio nõ exposcit,sed p officiales psidib.nũciant.ut C.eo.l.ea qdẽ. Accusare licet usq; 20.ad annos à die cõmissi criminis,excepto crimine iniuriarũ qd anno.finit.ut C.ad l.Corn.de fal.l qrela, ut C. de iniu.l.si nõ conu.Necnõ,& peculatus, & eo qd aduersus S. C. a ptis tabulis.eius, q de familia occisus dr ab extraneo cõmittitur,q qnquẽnio finiunt,ut.ff ad l.Iul. pec.l.pecul. & ff.ad syll.l.in cogn. Et exceptis criminib. ex l.Iul.de adul.uel stupro descendẽtib.q silimõ qnquẽnio finiunt,ut ff.ad l.Iul.de adul. l mar.§.pterea.Et excepto crimine parric. & suppositi partus,& crim.cõcussionis,qd nullo tp s pscriptione depellit,licet ea decesserit q partũ supp.cõtẽdet,ut ff.ad l.Põp de parr. l.fi.& ad l.Cor.dr fal.l.q.fal.§.i.& ff.de cõc.l 1.

1 *Criminum multiplex est diuisio.*
2 *Crimina quare publicæ dicantur, & quæ sint.*
3 *Crimina priuata quæ sint.*
*Crimina ordinaria quæ dicantur.*
4 *Crimina extraordinaria dicuntur quorum pœna iudicis arbitrio mandatur.*
5 *Dignitas & conditionis ratio attenditur in pœnis*
6 *Miles artem ludricam exercens capite plectitur non autem paganus.*

7 *Crimina quæ puniantur pœna extraordinaria.*
8 *Crimima quæ publica sunt, & ordinaria simul.*
9 *Crimina priuata, & ordinaria simul q̄ dicatur.*
10 *Infamia pro quibus irrogetur criminibus.*
11 *Infamia notatur qui lenocinium fecit, aut cum bestijs depugnauit.*
*Sponsalia bina, aut binas contrahens nuptias infamiæ nota iniuriatur.*
12 *Infamia irrogatur ex sententia dānato à iudice.*
13 *Infamis non semper efficitur damnatus.*
*Fama quandoque minuitur ex genere pœnæ.*
14 *Damnatus ad opus temporarium non afficitur.*
15 *Seruatus non inducitur ex delicto.*

## De diuisione criminum. Tit. II.

CRiminum alia publica, & alia priuata 1 † alia nec publica, nec priuata. Itē alia sunt ordinaria. Alia publica, & ordinaria, alia publica, & extraordinaria. Alia priuata, & ordinaria, alia priuata, & extraordinaria. Item alia irrogāt infamiam ex gñe delicti, alia ex snīa, alia ex gñe pœnę. †Hæc sunt quæ ex legibus publicorum iudiciorum sunt introducta, ex eo dicta publica, qđ cuilibet ex populo plerunq; executio eorum detur, ut Iul. maiest. Iul. de adult. Corn. de sic. & uenef. Corn. de test. Viscelia de lib. & falsæ monetæ. Iul. de ui priuata, sepulchri uiolati, termini moti, Iulia ambitus, & crimē suspecti, raptus, & p̄iudicationis, ĩterdum, Iulia repetund. & Fauia de plag. Iul. de ann. & Corn. de falsis, ut ff. de publ. iudic. l. 1. & inst. de pub. iud. in princ. C. de fal. mo. l. 1. & ff. de sep. uio. ff. de ter. mo. l ag C. de rap. uir. & ff. de p̄uaric. Eum quoq; uel eam q̄ seruo suo se opposuit, uel mathematicā artē exercuit, uel militiā deseruit, uel pro honore pecuniā dedit, uel ut latro itinera frequētata insidiis aggressionis obsedit, uel barbaros telis instruxit, uel incognitam ante peritiam conficiendi naues docuit, crimen publicū committere nemo ambiguit, ut C. de mul. q̄ ser. ꝓ se iunx. & de math. l. ultim. & C. quan. lic. uni. si. iu. l. opprimend. & l. 1. C. quæ res expor. l. ne- 3 mo. & l. ult. & C. de poen l. ult. &. † Cetera uero sunt priuata, exceptis criminib stelliona tus, q̄ nec publicis, nec priuatis iudiciis connumerantur, ut C. de crim. stel. & de pœnis. l. respic. Ordinaria sunt quorum pœna certa ē dignitatis rōne habita, uel omissa, ut crimen maiestatis, in quo est omnium ęqua cōditio. In quib. criminib. iudex neq; pœnā augere, neque minuere pōt, nam ut ait Pomp. facti quidem qō in arbitrio est iudicantis pœnæ uero persecutio non eius uoluntati mādatur sed legis auctoritati reseruatur, uerū tñ legū seueritatē debet cū aliquo tēperamento benignitatis subseq. maxime cum minor ætas interuenit. Quorum de numero ē crimen qđ l. Iul. maiest. coercetur, & Iulia de adult. & stupro, & Corn. de sic. necnon. Pōpeia de parr. Corn. de falsis, Iulia de ui publ. Iulia de ui priuata. Iulia pecul. & de residuis, & illiciti collegii. Iulia amb. & crimen raptus, & falsæ mō. & alia plura, ut C. de adu. l. q̄uis, & Inst. de pub. cri. ff. ad l. Corn. de sic. l. eiusdem. C. de his qui paren. occid. l. 1. & ad l. Iul. de ui pub. & priu. & ff. de illic. col. q illic. & C. de fals. 4 mō. l. ult. † Extraordinaria sunt quorum pœna iudicis arbitrio mandatur, dignitatis, & cōdōnis habita rōne, quib. quid fieri debeat non dr̄, sed quid fieri soleat. interdum ostenditur ut ait Vlp. ff. de iniu. l. ult. & ff. de poen. l. mor. Hodie licet eis qui extra ordinem de crimine cognoscūt, quam uolunt snīam ferre uel grauiorem, uel leuiorē, dū tñ in utroque mō rōnem non excedant. ut ff. de pęn. 5 l. hodie † Dignitatis, ut dixi ratio hñda est, ut si sit decurio, decurioni ne filius parens, q neq; ĩ metallum dānari, neq; ĩ opus metalli neq; fustib. subiici, uel uiuus exuri, uel capite puniri debet, ut cum parētē occidisset. ut ff. de pęn. l. mor. §. sed. n. Condōnis quoq; rō hr̄. i. si sit liber, aut seruus, infamia, aut integræ famæ. nam maiores nr̄i in oī supplicio seuerius seruos, q̄ liberos famosos. q̄ integræ famæ hoīes punierunt ut ff. de pęn. l. ca 6 pit. §. ult † Exceptis quibusdam delictis quæ pagano aut nullā aut leuiorē pęnā irrogāt, nā si miles artē ludricam fecerit, uel ĩ seruitutē se uenire passus est, ē puniēdum capite Męnāder scribit. ut ff. de pęn. l. qdā q̄ oīa inspiciuntur ĩ ordinariis q annonā attentant, uel uexant. & in crimine sepulchri uiolati, cōcessionis ablegatus. & p̄uaricationis ĩterdum. i. 7 cū extraordinaria crimina obiiciebātur † Fures quoq; & effractores, & expilatores, & solicitatores aliarū nuptiarū, itē mr̄imonū ĩterpellatores, & si effectu sceleris potiri nō pñt ꝑ ꝑ uolūtatē ꝑniciosæ libidinis extra ordinē puniuntur ut ff. de extr. l. ann. ff. de sep. ui. l. ul. & ff. đ abi. l. 1. & 2. de eff. exp. Expilate hr̄ditatis, termini moti, iniuriarū, Visselliç

de liber. & Iuliæ rep. & quorundam criminũ stellionatus extraordinariã esse pœnã nemini uenit in dubiũ. ut C. de acc. l. 1. ff. ad l. Iul. 8 repetun. l. lex. §. ult. † Publica & ord. crimina sunt crim. Iul. maiest. Iul. de adult. & stupro, Corn de sic. & ueneficis, Pompeiæ de parric. Corn. de falsis, Iul. de ui publ. uel priu. Iuliæ ambitus. Seruum quoq; qui dominam corrupit necnon deferiorem militiæ, & publicos lationes crimen publicam, & ord cõmittere 9 nemo ambigit. † Publica, & extraor. sunt ista crimen suspecti, & Iuliæ repetun. & termini moti, & Iul. de sacril. Et Visceliæ de libert. Iuliæ de anno. & Fauiæ de plag. Exceptis his q uiuentium filiorũ miserandas infligunt parẽtibus orbitates, quibus certam pœnam Constantinus iniunxit, ut ff de suspec. l. 1. & C. ad l. Fauiam de pla. l. ultim. Priuata, & ordinaria crim. sunt famosi libelli seditionis, illiciti collegii, & suppositi partus ut C. de fam. lib. Crimina priuata, & extraor sunt hęc crimen iniuriarum concussionis ambigeatur, præuaricationis interdum, repetundarũ furti effractus, expilatæ, ut ff. de iniuriis. l. 3. & ff de concus-10 sio. † Ex gñe delicti irrogatur infamia contra Imperatorem uel eius cõsiliarios, uel rẽ pu. cogitantib. & eorũ seruis, & his q pro eis interueniunt, & simili alienas res cõducenti, ut C. ad l. Iu l. maiest l quisqs C de loc & con. l. ult. Item infamia irrogetur ei, qui eam q̃ in ptãte habuit gño mortuo, cũ id sciret, & intra tps luctus, in matrimoniũ collocauit ei, q sciens eã duxit ẽt similes fuit ignorãtia. n. nõ iuris, sed facti excusatur. Qd uerũ est siue non fuit in ptãte, sine consensu eius cuius in ptãte fuit matrimonium contraxit. vt. C. ex qui. cau. inf. ir. l. decreto ff. de his q not. inf. l. 1. & l liberorũ. C. de secũ. nup. l. 1. Notatur ẽt q̃ eum quem in ptãte habebat, ducere iussis quo casu uenia dignus est q obtẽperauit. ut ff. ex qu. cau. inf. ir. l qui iussu. Excusantur tñ illi supradicti si ea sit q̃ intra tps luctus peperit uel cũ qua carnalis cõmixtio nõ fuit, q̃ ea dẽ locũ hñt si sine morte, sed diuortio matri-11 moniũ soluat † Notatur q lenociniũ fecit, & q cũ bestiis depugnauit q ue in scenã ꝓdiit, artis ludicræ exercendæ cã, & exercuit, si aũt nõ exercuit non notatur, non. n. ea res adeo turpis, ut ẽt consiliũ puniri debeat ut ff de is q. no. l. q aũt. Notat qui bina sponsalia bina suæ enuptias, sibi uel ei quẽ in ptãte habuit, cõstituit, quisq; sibi uel filio sui pupillã suam nullo diuino impetrato bñficio in matrimonio collocauit. uĩ. n. confessus de tutela, quia hmõi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit. vt ff. de his qui no. inf. l. q ergo §. si qs. & C. de interd. matr. in l. si tutor. Ei quoq; q domũ morbundi ascẽdit ipsum uel alios q ibi sunt molestans, uel alio mõ exeqas prohibuit, uel usuras usurarum exigit, infamiæ pœna ipso iure irrogaĩ. ut C. de sep. uio. l. 1. & in auth. ut defun. seu fune. §. sancimus, & §. si uero const. 13. ff. ex qb. cau. 12 inf. ir. l antep. † Ex snĩa irrogatur infamia à iudice dãnato, arbitri etenim snĩa infamiam nõ importat, & non solũ condemnatus in famis efficiĩ, sed & deprehensus interdũ, ut de ea legiĩ quæ in adult. deprehensa fuit, q̃ siue postea condemnetur siue absoluatur notata manet, lex n. non snĩam, sed factũ notat, sed, & si cõfiteatur uel paciscatur ob malã cõsciẽtiã pecuniã numerãdo, sua. n. snĩa se condẽnat, infamia notaĩ, ut ff. de his q no inf. l. qd §. ex cõpromisso. & ff. de ritu nupt. l palam. 13 † Non tñ ex oĩ crimine dãnati infames efficiuntur, sed duntaxat ex eo qd' publici iudicii causam habet, nisi id crimen ex ea actione fuit, quę ẽt in pecuniario iudicio infamiã cõdẽnato importat, ueluti, furti, ui bon. rap. iniuriarũ. ut ff. ex qb. cau. inf ir. l. athletas. §. itẽ si quis Ex gñe pœnæ fama aliqñ minuiĩ, quoties manente libertate circa statum dignitatis pœna plectitur, sicuti cum relegatur qs, uel cum ordine mouetur, uel cũ prohibeĩ honoribus publicis fungi, uel cum plebeius fustibus cædiĩ, uel in opus publicũ dãnatur ad tps, uel cũ in eam causam qs incidit quæ ex edicto perpetuo infamiæ cã numeratur, dũ tñ animaduertamus in ꝑsonis tã plebeiorũ q̃ decurionum, esse illud constitutũ, ut q maiori pœna afficitur, q̃ legib. statuta est, in-14 famis nõ fiat. † Ergo, & si opere temporario quis multatus sit, uel tm̃ fustib. cesus, licet in actione famosa ueluti furti, dicẽdũ erit infamen nõ esse, qa, & solus fustiũ ictus grauior est q̃ pecuniaria cõdemnatio ut ff. de uar. & extra. cogn. l. cogn §. min. ff. de pœn. l. in ser. Cõsumitur uero quoties magna capitis diminutio interuenit. i. cũ libertas amittitur, ueluti cũ aqua, & igni in ꝑpetuũ interciditur, uel cũ plebeius in opus metalli uel in metallum 15 datur. † Sed nouo iure nullus ex delicto seruus efficitur, ut ff de uar. & extraor. cogn. l. cog. §. ult. & in auth. de nuptiis. §. qđ autem.

Adul.

1 *Adulteriū ꝓprie dicitur quod cū nupta cōmittitur.*
*Stuprum quid sit, & cum quibus committatur personis.*
2 *Patres familias de crimine possunt accusare.*
*Mulieres de matrimonio uiolato conquerentes non admittuntur ad accusandum.*
3 *Filius, & libertus iure mariti tantum accusare possunt.*
4 *Accusatio fieri debet intra quinquennium à die commissi criminis continuum.*
5 *Stupro per uim admisso non potest præscribi.*
6 *Accusatorum delectus qualis sit habendus*
7 *Maritus in accusanda uxore extraneo, & etiam patri est præferendus.*
8 *Dies utiles qui dicatur.*
9 *Iuris uersuti præstigia u ltionem pudoris excludere non debent.*
*Accusatio quædam propter utilitatem personæ dicitur cessare.*
10 *Accusatio adulterij per quæ possit excludi.*
11 *Lenocinium marito obiectum onerat ipsum uxorem tamen non excusat.*
12 *Maritus adulterum cum uxore repertum interfi cere potest.*
13 *Marito quando liceat occidere eum quem suspicatur uxoris castitati uelle illudere.*
14 *Criminum publicorum pœna est ordinaria.*
*Adultera uulneribus subacta competentibus in monasterium detruditur.*
15 *Incestum, seu incestu quid proprie dicatur, & cum quibus committatur.*
16 *Delinquens palam leuius punitur, clā uero grauius.*
17 *Incestus qua plectatur pœna.*

## Ad legem Iuliam de adulterio, & stupro. Tit. III.

IN primis uidendum est cum qb. stuprum cōmittitur, cum quibus adulterium. Item qui pñt de adul. & stupro accusari, & quo tpe si accusandum, & quo ordine, & q sint ꝑferendi, & intra qđ tps adulterium perimere liceat, & quo loco, & q̄ sint hæc crimina, & q̄ 1 pœna. † Adulterium qdem ꝓprie cōmittitur cū nupta ꝑꝑ partū ex altero cōceptū cōposito noīe. Stuprum uero cōmittitur in uirgine puero, excepta cōcubina, nō habita distōne matris iure R. sed fęmine duntaxat ut dixi lex tñ Iulia indifferenter hoc uocabulo utiť. His criminibus pñt puberes accusari. hæc. n. crimina post pubertatē incipiunt, nec in his merenť restōnē minor. nisi quatenus miseratio ætatis ꝑducit iudicē ad minorē pœnam, nō n. excusabitur ætate aduersus ꝑcepta legū is, q dum leges inuocat, contra eas cōmittit ut ff. eo. l. inter libertas. ff. de concu. l. 1. in auth. de trien & sem §. finaūt. ff. de uerb. sig. l indifferenter, & ff. eo. l. si adulterium ff. de mino. 2 l. auxilium. † Accusare pñt de crimine oēs patres familias, patresfam. dixi, q̄m filiosfam. tunc demum ēt inuito patre publ. iud. reum facere permittitur, cum de adulterio suę uxoris conqueritur, proprii. n. doloris uindictam consequitur, ut ff. eo. l. filiusfam. & l. inter liberas § filiusfam. Mulieres quoq; nō admittunť ēt si de suo matr. uiolato conquerantur minores ēt argentes ante 25. anno. prohibentur, nisi sui matrimonii iniuriam exequantur, & q̄uis ēt iure extranei accusent, ex casu recipiuntur, cū sane si iuuenili facilitate ducti, uel feruore ætatis accēsi, ad accusationem prosilierūt, accusantib. eis non facile calūnię pœna irrogabiť, ut C. eo. l. 1. ff. eod. si maritus 3 §. lex Iul. † Excipiunť tñ qdam robuste ætatis, & filius, & libertus. qbus non facile permittitur, sed tm̄ iure mariti accusare conceditur, quemadmodū si atroce iniuriā passi essent, iniuriarum recte ageretur ut ff. ad accu. l. hi tñ, opinionis quoq; accusantis rō hř, sicut in plerisque criminibus hñda doceť. nec minus serui aduersus dños torquenť, qđ in crimine stupri nō obseruatur ēt qñ cū incestu cōmittiť, ut ff eo. l. uim passam, & C. eo. in adul 4 tertii † Accusandum ē aūt intra quinquenniū contineū à die cōmissi criminis numerādū intra ꝙ 6. menses utiles ex die diuortii ꝑstantur duo intra quos iure mariti accusat, quatuor ītra quos iure extranei admittiť, qbus transactis accusator audiť Si uero ex die commissi criminis qnquēniū transierit, ex die diuortii 60. dies sint, dicendū est maritū accusare non posse, ut qđ danť 6 mēses utiles sic sit intelligēdū, ne crimē qnquēnio cōtinuo sopitū excitetur. Qđ erit uerū siue de reo siue de rea, de lenocinio, uel stupro q̄ratur, oībus. n admissis ex lege Iul. uenienti b. qnquenniū est ꝑstitum, ut ff. eo. qnquēniū. ff. eo. miles § adulterii, & ff. ad turp. l. 1. & ff. eo mariti. §. ꝑterea 5 † Nisi cum ꝑ uim est stuprū admissum. tūc. n. huic ꝑscriptioni locus non erit cū uim. publ. fecerit, ut ff. ad l. Iul. de ui publ. l. q cetu. § q uacantē. Est. n. casus quo 6. menses nō à die

diuortii connumerantur. v.g. Si mulier repudii oblatione sine ulla legitima causa à se dati, decessetit, tūc.n. ne uiduitatem, stupri ꝑcacitate cōmaculet accusatio repudiatio marito iure ꝑmittit, quo casu non à die diuortii, sed cōmissi criminis sex menses cōputari rō permittit ut C. eo. l. si mulier. & l. quāuis. Ordo talis seruat, ꝙ ubi inscriptio ꝑmittit, marito primo accusante diuortiū seqt, iure est in hac parte sopita, ut. C. eo. l. quāuis. † Personarū quoque q̄ accusantur iste habendos est delectus, sit masculus an fœmina, & an nupta, an uidua. nā si masculus erit ab eo poterit incipi. i. si nupta nondū est dūmodo ante denūciationē nupserit, alioquin adulter primū accusandus. & condēnādus est. Quod si fuerit absolutus, non solū ab eodē accusatore sed nec ab alio accusabit, nisi prius ꝑuaricatio arguat. Si uero fuit condēnatus nō ideo mulier erit cōdēnāda, sed religiosum iudicē fortita fortassis pudicitiā defendit grā uel iustitia, uel legis auxilio, cū ille fortassis inimicis oppressus uel falsis argumētis, uel testib. subornatis grauatus, ꝑuocare noluit uel non potuit. q qdē si ante accusationē moriat, nupta iure accusabit, cū et si eo uiuo hæc uidua fuerat ab ea incipi possit, ut ī auth. ut liceat. ma. §. si qs ei. ff. de acc. l. si cui. ff. eo. l. denunciasse. & l. adul. § fi. ff. pri. del. Nuptā dū nupta. est hac ꝑscriptione lex tuet, si tñ uxor cū seruo adulteriū fecisse arguat, diuus prius rescripsit accusare potius mulierē eū debere, q̄ in ꝑiudiciū eius seruū suū torquere. In crimine stupri eiusmodi distōnes non hñr, ut ff. eod. l. si qs adulteriū. † Præferēdus est aūt maritus nō solū extraneo, uerū ēt patri, & nō tm̄ si nūc primū instituēda ex accusatio, sed ēt si pater, uel alius accusationē instituit, eaq; ēt abolita, sit dūmodo noceat se non neglexisse, sed idoneis causis se impeditū, ut facilius iudicari de adulterio faciat, etem uerisiſe ꝑpensiore iure; & maiore dolore accusationē eū executurū eā quoq; reā, si iuxta uxor fuit, intra lx. dies utiles ex sola suspicione faciet, dūmodo noscat se nō probādo eisdē pœnis hodie subdēdū, quas mulier erat passura, si accusatio ꝓbata fuisset. in crimine stupri patrē præferēdū existimaui. † Vtiles dies sunt qbus solēnia accusationis implere potuit, ut ff. eo. l. 2. §. si simul. & l. si maritus. §. ult. ff. eo. l. 2. & l. uxor. C. eo. l. quāuis. & l. iure mariti. auth. ut liceat ma. § si qs Post lx. dies ex die diuortii maritus, & pater ꝑferunt. stra. n. hos soli admittūtur, nec ulli alii accusandi ptās dat, nisi prius lenocinii maritū reū faciat, uel accusatione renūciasse doceat, qbus trāsactis neutrius uolūtas suspectat, ꝑ scriptionib. oībus nouo iure in adulterii qōne de medio abolitis, ꝑter qnquēnii tpis, & lenocinii, qđ marito ab extraneo obiicit exceptionē, & illā, q̄ post dissolutū prius matrimoniū ante denūciationē nuptie cōpetit. † Indignū. n. est ut ultionē pudoris ꝓstigia uersuti iuris excludāt, sed in crimine ēt priuato puto hmōi distōnes hñ, ut ff. eo. l. si maritus l. is cuius. & l. cōstāte. Si postulauerit l. 1. §. qui hoc. C. eo. ita nobis. Cessat aūt accusatio alia ꝑp utilitatē ꝑsonæ cū qua adulteriū uel stupiū commissum dr, alia ꝑp cōdōnem accusantis. Propter utilitatē ꝑsonæ cessat accusatio stupri, si sit ancilla uel ea q̄ meretricio more uulgo se ꝓbuit, ut C. eo. l. & si. & l. si ea l. quā q̄uis. ff. eo. si uxoris, † Adulterii quoq; accusatio excludit, si ea q̄ in reatu deducit, uina intēperātiæ ī taberna subministrauit hæ. n. sunt immunes à iudiciaria seueritate, quas utilitas uitæ dignas obseruātię legū nō credidit. mariti tñ ēt in has adulteriū uindicare nō prohibētur, quāuis si uiduæ essent impune in eas stuprū cōmitteret. Propter cōdōnē accusantis cessat accusatio. excipit maritus si duos reos subscriptos ex alio crimine habebant ut ff. eo. l. inter libertas. §. maritus. & l. 1. Hæc. n. causa non cedit sibi in numerū ceterarū accus. Lenociniū uero qđ marito opponit ipsum qdē onerat, sed mulierē non excusat qđ certe nō is fecisse creditur, q nimiā uoris credulitatē timēs, quācūque patientiā ꝓstitit, sed is duntaxat q̄ suam ignorantiā ꝑtextu incredulitatis adumbrare nō potuit. Sed hæ præscriptiones q̄ soluēt ex persona accusantis competere, in initio sunt opponēdæ. Ceterū reo semel recepto frustra obiiciunt, ut ff. eo. l. mari, lenociniū, & l. si maritus. §. ꝑscriptiones. C. eo. l. 2. † Adulterū perimere marito ꝑmittit. sed, & patri adulterū simul cum filia quā in ꝑtāte hēt ius occidēdi dat, nō solū in domo sua deprehēsum, sed ēt mariti sed marito qdē domi suæ deprehēsū occidere licet, si tñ alibi deprehensum occiderit nō erit subueniendum, q̄uis iustū dolorē tēperare sit difficilimum. Patri ideo nō ēt marito, mulierē, & oēm adulterum ꝑmisū ē occidere qđ plerūque pietas paterni nominis cōsilium ꝓ liberis capit, ut ff. eo. l. patri. l. nos in.

in ea, & l. si maritus, & l. marito. Ceterũ mariti, & calor, & impetus facile decernẽtis fuit re
13 frenandus. † Sed nouissimo iure hoc additũ est ut si qs suspicat aliquẽ suæ uxoris uelle illudere castitati, ẽt cõ testationes ex scripto ei tres destinauerit hñtes testimonia triũ uirorũ fide dignorũ, & põ has tres ex scriptos contestationes inuenerit eũ cõuenientẽ suæ uxori, siqdẽm in sua domo, aut ipsius uxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis, esse licẽtiã uiro ꝓpriis manib. talem perimere nullũ periculũ ex hoc formidãti. sinaũt in alio loco talẽ inuenerit, cũ sua uxore loquẽtẽ licebit ei puniẽdũ cũ tradere iudici nullã alã ꝓbõnem exqrenti, ut in auth. ut liceat ma. & auiæ. § his quoq;. Facit ad hoc c. si quisq̃, ex de coha. cler. & mul. Sũt autem hæc crimina publ. nã ex l. publ. iud. sunt in ttoducta, & eorũ accusatio in cõe defertur, ut iust. de pu. iu.
14 † Horũ criminũ pœna ord. est. nam, & adulteriũ gladio puniri oportet, & q cũ masculis nefandã libidinẽ exercẽt. Stupri quoq; flagitiũ punit publicatione dimidiæ partis bonorũ, si sit honestior, si humilis coercet cũ relegatione, ut C. eo. l. cum uir. & inst. de pub. iu. Adulterã cõpetẽtib. uulnerib. subactã in monasteriũ mitti oportet. marito tñ licẽtię erit pmissa intra bienniũ dicendi, alioqn post biennium tondẽda est, & ꝑpetuo ibi cõsistat. qm incestum cõmittit ꝑ illicitũ coitũ sicut adul. & stuprũ in auth. ut nulli iu. § adul. & C. eo. l. q̃uis Videndum est qd sit incęstum, q̃ sit pœna incesti, & quo tpe liceat de incestu accusa
15 re. † Incestum est consanguineorum uel affiniũ, ut ff. ad l. Iul. de adul. l. si adulterium, contigit aũt ĩcestũ cõmitti simul cũ adult. aliqñ sine matrim. aliqñ iuris errore, aliqñ sanguinis contumacia, q̃ fere oĩa suas admittunt distõnes, fere dico qm̃ si incestum committit ĩ adult. utpote cũ nouerca, nuru, priuigna, filĩ ut adulter punitur. i. capite, id. n. remoto etiã adulterio eueniet. Si uero ꝑꝑ matrimoniũ illicitũ incestũ, fiat, q̃q̃ nã grauius est q̃ adulterii crimen. coerceri solet, porro si mulieres ĩ iure errante, ꝑ matrimoniũ, incestum cõmiserunt, eas non teneri certũ est, q̃uis in adult. dephense nullam possent excusationem hr̃e. Mares uero excusant ætate uel puniendi excusatione, utiq; si error allegat, & facilius si nemo eos reos postulauerit, ut ff. ad l. Iul. de
16 adul. l. si adul. † Palam quoq, delinquentes leuius puniunt, clam uero grauius cuius diuersitatis illa rõ est circa mr̃imonium, q̃ palam delinquentes ut errantes maiori pœna excusant, ẽt cõmittẽtes ut contumaces plectunt.
17 † Huius criminis pœna si cũ adult. cõmittit adulterii ut dixi, si aũt ꝑꝑ mr̃imoniũ, pœna est cõfiscatio bonorũ, tã cæterorũ q̃ donatis, exiliũ ẽt, & singuli. si eo potit, spoliatio, uerberatio quoq; si uilis est, fœmina quoq; sciẽter talia peccante sit pœnæ subiuganda, substantia sic amissa, liberis quos hẽt legitimos patris supplicio suæ ptãtis factis applicet, ut tñ pr alat ab eis q b. nõ extantib. fisco defert, ut ff. de ritu nup. l. ult. & C. de incest. nup. l. si qs, & in auth. de incest. & ne. nup. §. 1. col. 2. const. si. Incesti quoque cõe crimen aduersus duos recte ĩtẽdit, nec ĩiũctũ adulteriũ 5. ann. ꝑscriptiõe, sed 20. tollit, ut ff. eo. l. uim passa.

1 *Crimen publici iudicij deferens illegitimo in Senatusconsultum Turpillianum incidit.*
2 *Crimen stellionatus uel hæreditatis expilatæ deferens non incurrit pœnã senatusconsulti desistens.*
3 *Libido seu licentia mentiendi impunita esse non debet in criminum delatoribus.*
*Calumniari quid sit, & quid præuaricari.*
4 *Tergiuersari dicitur is qui ab accusatione totaliter desistit.*
5 *Abolitio quid sit.*
*Abolitio publica quæ sit quæ priuata, & q̃ ex lege.*
6 *Abolitio quibus sit necessaria.*
*Desistere seu distitisse ab accusatione quis dicatur.*
7 *Deferre seu detulisse quis dicatur.*
8 *Crimen intendere seu deferre deproperãs quid agere debeat.*
9 *Abolitio à quibus, & qualiter sit concedenda.*
10 *Abolitio quandoque permittitur inuito reo.*
11 *Abolitio in quibus denegetur criminibus.*
12 *Abolitio ante sententiam concessa quid operetur, & quid post.*
13 *Abolitione priuata repetere indulta quãdo liceat.*

## Ad Senatusconsultum Turpillianum, & de abolitionibus. Tit. IIII.

23 † admittũtur nunc ad testimonium ẽt criminosi inimici, & cõspiratores, licet cõspiratione uel inimicitia postea detecta nõ credat cõspiratoribus cõtra eos cõtra quos cõspirauerunt, uel quorũ sunt inimici. de iud. exhibita de re iud cũ l. & A.& eo.tit.cũ oporteat, nec hoc casu ante cõpletã inquisitionem tradent inquisitionis capitula. postea uero tã capitulorũ quam nominũ testiũ, & dictorũ est inqsito copia facienda, ut in Spec.de inq.§.nunc tractemus, uer. sed ut quæ ꝑmissa sunt in fi. ꝙ de nominibus dixi uerũ est præterq̃ in crimine hæresis, ut de hæ. ec.c.ult.lib.6. & tunc inquisitus capitula inquisitionis rñdere coget per sacrm̃, ut eodem tit. si constiterit. & c.cũ dilecti, & hoc tenent Goffr. in decr. licet de simo. & d.p.m. in preal.decr. qualiter, 2. super uerbo, debet, Guil. in Spec.de inq. §.nunc tractemus, uer. inquisitores quoque & uer. sed ut quæ præmissa sunt. Qualiter aũt rñdeatur ad c.quis ali qñ.§.non tibi dico, de pœnit. di stinc.1. qd' dicit nõ tibi dico ut te ꝓdas scripsit d p.m.in ꝑall c.qualiter.2 .suꝑ uerbo, facultatem. † Et ei aũt contra quem crimẽ, uel

24 infamia hoc modo probat, legitima defensio reseruat, & de accus.cũ dilecti. & c. cũ oporteat. & c.cum dilectus, & de re iud. cũ l. & A. & tũc debet ad locum, seu ecclesiã descendere, ut eo tit.qualiter, 2. & c.cum dilecti, de simon.licet Hely. & proposito uerbo Dei recipiet iursm ab his qui examinandi sunt.

secun

ẜm formam q̃ habet eo.tit.qualiter, 1. in fin. subsequenter ab his inquiret qualiter clerici ecclesiæ uisitatæ se habeant tã circa offm̃ q̃ ẽt circa alia. Itẽ si ecclesia parochialis sit, in q̃ret de fide, uita, & conuersatione parochianorũ, de capitulis aũt in hmõi inq̃sitione formatis, uide in Spec. de inq §. 2. uer. ut aũt. §. seq. uers. licet auth de teste. nunc tractandum prope fin. uers. porro in causa. Et si inuenit eos bñ uiuere, & ecclesiá, & eius bona bñ regere, & gubernare, gratias referat Altissimo. Nec posset subditus ex eo appellare, q̃a dicat 25 infamiã cõtra eũ nõ laborare, q̃a † põt ordinarius q̃libet eo officio de fama inq̃rere subditorũ, & infamia repta, de crimine, ut de of. ord. c. 1. & irrefragabili, & de accus. sicut olĩ, & ut eccl. benef. sine di. confer c. uno, uer. qđ ẽt, & 10. q. 1. placuit, de censi. romana. § sane lib. 6. Nec obst. qđ post Host. scripsit d. p. m. in decr. cũ oporteat, hoc eod. tit. super uerbo non subdito, q̃a ibi loq̃tur in casu illius dec. s. qñ ꝓcedit ad alicuius denũciationẽ. hic cũ ex offic. & facit ad ea q̃ dicam infra uer. nunc quoque. Et hoc potissime qñ uisitando ꝓcedit, & inq̃rit, & p̃missa posses colligere ex diffuse, no. per Guil. in Specu. de inquis. §. 2. potissime in uer licet aũt, & §. nunc tractemus, uer. hoc aũt scias, & de notoriis criminib. §. 1. 26 uers. ult ubi dicit Guil. ꝙ † circa hmõi inquirendi modũ ualet excuberat officium iudicis qđ latissime patet, ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. & scripsit d. p. m. hoc eod. ti. cũ oporteat, sup̱ uerbo nõ subdito. & no. eo. ti. c. 2. lib. 6. Si aũt per huiusmodi uisitationis inq̃sitionẽ inuenerit aliquẽ grauiter deliquisse, si habeat administrationẽ, seu p̃laturã remouebit ab ipsa sicut uilicus a uilicatione, qui suæ uillicationis nõ põt dignã reddere rõnem, ut hoc eo. ti. qualiter, 2. Non habẽtes aũt administrationẽ seu p̃latum iudicis arbitrio puniuntur. nisi cũ ipsis misericorditer agereẽ, & prædicta sunt uera, nisi tale foret crimẽ qđ impediret ẽt post peractã pœnitentiã ordinis executionẽ bñficii retentionem, ut homicidium, & simonia de quibus no. eo ti. inquisitionis, 1. gl. & multos tales casus notat Innoc. de tempo. or. ex tenore Host. plures, de renunc. nisi cum pridem. §. p̱ p̱ consciam, & ibi uide ĩ nouella. q̃a tunc punieẽ ac si p̱ uiam accusationis de ipso foret actũ de quo supra. §. 1. eo. tit. qualiter, 2. ubi de hoc, & c. inquis. ubi hoc etiam tenet d. p. m. & eod. tit. qualiter, 2 §. ad corrigẽdos. in fi. & de hoc in Spec. de inq. §. nunc uẽ post princ. Hæc uera intelligas nisi certa alia pœna foret à iure statuta, q̃a illa esset infligenda, ut q. 4. §. notandũ, de off. delega. de 27 causis. §. illis ẽt. † Nec hoc casu poterit inq̃situs, & correctus à correptione, uel sententia appellare, ut de app. ad nostrã, & c. rephensibilis, & de off. ord. irrefragabili, nec forsan modus excedeẽ, ut eo. ti. de priore, hoc placet Guil. in Spec. de inqui. §. nunc tractemus, uer. q̃d si p̃latus Si uero leue sit crimẽ qđ tali modo est ꝓbatum, si certa pœna est ꝓ illo à iure statuta, illa imponeẽ, alias imponeẽ arbitraria cõsideratis ꝑsonæ cõdõne, criminis qualitate, & an publicũ sit uel occultũ, & ceteris circũstãtiis. Quid si crimen nõ fuerit hoc modo ꝓbatum, sed sola criminis infamia ꝓbaẽ, hoc casu non punieẽ, sed iudiceẽ sibi purgatio, ut eo. tit. inq. ad si. & de testi. tã literis, in qua si deficiat punieẽ ut conuictus, de purga. c. cũ 28 p. simo. & hic, & c insinuatũ. Vnũ tñ no. † ꝙ iudex ẽt ecclesiasticus super singulari uel priuato alicuius personæ interesse non põt ex officio per inquisitionem ꝓcedere ẜm Guil. qui hoc no. in Spec. de inqui. § 2. uer. & in cã. Quod puto uerum si inquireret indirecte ad cõsecutionẽ illius interesse. Sed indirecte posset, ubi periculum animæ ueteret, primo inq̃rendo de infamia, & demũ de ueritate, qua compta cũ non possit pœnitere nisi satisfaciat. cũ coget ad satisfactionẽ ut de usu. cũ ĩ diœcesi, & facit eo. ti. tuas dudũ, & de iureiur. ad nostrã, 2. & quod ibi no in gl. 3. ad qđ faciũt q̃ scripsit d. p. m. hoc eod. ti. qualiter, sup̱ uerbo, ꝓuenit in fi. suæ gl. Nec puto ꝙ quando ꝑ hunc modũ procediẽ iudex necessario teneatur ꝓcuratorẽ admittere, & si ratio po-29 tissima huius dicti, q̃a † cũ inq̃situs habeat suo sacramento de ueritate rñdenda præmisso, ad inq̃sitionis cap. respondere, ut dixi supra eo. §. uer. nec hoc casu, qũo ergo admitteret procurator, q̃ forte ignorat uel ignorare põt criminis ueritatem. Ad hoc optime facit eod. titu. ad petitionem, & de iud. c. 1. lib. 6. & hoc ẽt placere uidetur Gof. & Hostiens. in decr. ueritatis, de do. & contu. ut ibi post ipsos scripsit d. p. m. super prin. 2. glo. & post ipsum Host. hoc eo. ti. qualr. 2. §. debet ante, super uerbo illi, ubi dicit Host. hoc potiss. me locũ hr̃e qñ citatur ꝙ personaliter compareat inq̃situs, uel ubi crimẽ sup̱ quo est inq̃situm executionẽ ordinis impediat. Sed obiiciẽs, de decr.

decr.tuæ.de proc. qa cum ibi agaẽ ꝙ plus est ẽt per uiã accusationis de crimine ad thori separationẽ, & admittaẽ ꝓcurator multo fortius est admittendus qñ agitur per uiã inquisitionis, quia † ẽt tunc dr̃ agi ciuiliter, ut de simo.ꝑ tuas,& in actione ciuili admittiẽ procurator, ut hoc eo.ti.super his in fi in c. cum dilectus,ad hoc ẽt facit de test ex parte Adæ. ad decr.tuæ, ıñde agere ad thori separationẽ ꝑꝑ adulteriũ est potius agere ad interesse singulare ipsius agentis,ut absoluatur ab obligatione,& seruitute,qua erat ipsi adulterio obligatus q̃ ad pœnam, & quod hoc sit interesse nõ pęna patet quia cũ pœna nõ imponaẽ, nisi à iud.ce,ut 33.q.2.§.in hoc,& C.de iudæis, l.nullus,& no.de diuor.porro.in glo.2.Talis autẽ separatio aliqñ fiat iudicis auctoritate non expectata, ut de diuor. significasti, ergo pœna non est dicenda.Decr supꝑ his loquitur qñ ꝑ modũ denunciationis euangelicę ad pęnitentiã agiẽ ꝑ modũ exceptionis ex qua nõ debeẽ pœna,imò dicamus ꝙ ex quo in his casibus à iure ꝑmittitur, in aliis intelligiẽ ꝓhibitũ de ꝑsum.nonne,cũ concor. ibi not.decr. cũ dilectus intelligitur de euãgelica denunciatione ad pniãm qđ probant,qa† ibi mandatur inqri an denunciantes sint criminosi, qđ in aliis denunciationibus non obstaret, circa qđ uide quod scripsit d.p.m.in decr.cũ oporteat.eod.tit. super gl.uel dic ꝙ ibi denunciantes.& quorum noĩe denũciatio facta fuit cõsortes eiusdẽ litis, quia tã suo q̃ aliorũ noĩe denunciabant,& ideo admitti debuerũt. Ad decr.ex parte Adæ põt ıñderi ẽm unam lect. Inn.ꝙ ibi fuerat ꝓcurator cõstitutus ad certũ articulũ tm̃. Vel dicas ꝙ licet admitti procurator non debuerit, ex quo tñ de facto fuit admissus, nec exceptũ ualuit qđ cũ ipso fuit actũ.Ad hoc bñ facit hoc eo ti uenıens.& ibi no.d.p.m.supꝑ 1.glo.& qđ not.de iud c.1.lib. 6.& hoc ultimo modo posset ad oĩa contraria rñderi,posset aũt ex ꝑmissis dari generalis doctrina,ꝙ † quoties inquisitus non hẽt sub iurõ rñdere,possit procurator interuenire.Secus cum habeat ıñdere cum iurõ, tñ si tunc admittatur, & non excipiatur ualet qđ cum ipso agitur, indubitatum tñ est ꝙ ad allegandas causas absentiæ q̃ consistant siue in facto ut quia infirmus,cõparere non potuit,uel similes,siue in iure, puta declinatoriæ iurisdictionis,ut qa non teneatur comparere qa excommunicati ęstis,uel nõ ualet rescriptũ uel non,qa de suo foro,uel quod non arctat citatio põt interuenire procurator ut not. post Inno.d p.m.hoc eo.tit.ueniens super 1.gloss. Nunc aũt de solennitate inquisitionis circa q̃ est distinguendum,qa alia est ordinaria quæ fit ab ordinario iudice, alia extraordinaria q̃ fit à delegato. Est aũt inter istas differentias, qa† ordinarius põt inqrere contra subditum licet nõ infamatũ,dũmodo sit sibi suspectus, ut dixi supra in princ huius.§.sed in extraordinaria secus est quia delegatus nõ põt nisi cõtra infamatũ ut eo.ti.cũ oporteat, & uide qđ ibi scripsit d.p.m.ipso inqsito cõtradicente.secus si nil opponat,ut eo ti.c.3.lib 6.Multa aũt q̃ opponi pñt tã cõtra impetrantẽ literas inqsitionis q̃ contra tertiũ, seu ẽt contra delegati ꝑsonã,& ꝓcessum uidere posses per Guil.in Spec de inquis.§ 1. in princ.In quolibet aũt casuũ ꝑmissorũ subdistinguiẽ;qa aũt inqsitio fit aliquo ipsam ꝓmouere, & tunc non iurat inqsitus de ueritate ıñdenda. Aut ex officio ad denunciationẽ officialis,uel archiepiscopi,de quo supra § prox.iudi.uel fama sua clamosa insinuatione deferente, & tũc iurat inqsitus supꝑ cõtentis in inqsitione ıñdere ueraciter,uel plenã,& merã dicere ueritatem,ut in Spec.de inq.§. nunc tractemus uer.inquisitores quoq; & uer.hãc ẽt circa mediũ,& uer.sed ut q̃ ꝑmissa de forma aũt iurandi,dic ut dicam infra uer.si aũt interest. Aut nullo deferẽte nec clamosa insinuatione deferẽte; & de hoc ultimo satis dictũ est supra eo.§.in princ.unde hic de hoc membro nil dicã.In 1.casu.s.qñ aliquo ꝓmouẽte,& denunciante crimen ꝓcedit iudex subdistincte, qa aut talis denunciat ıõne priuati cõmodi, de quo de usur.tuas dudum, & de iureiur.ad nostram,2.& hoc casu fit inqsitio ẽt nulla fama ꝑcedente†dũmodo charitatiua ꝑcesserit monitio, qa duo interposito iurõ pacti sunt de aliquo adimplẽdo,qđ aliter negligit obseruare, hoc n. casu ex quo charitatiue est tertio admonitus poterit denũciari, & ad talem denunciationẽ debes iudex inquirere, & probatur de iudi.nouit,de iureiur.ad nostram,2.in fi. & quod ibi not. & hoc casu probato crimine conseqtur interesse suum. Aut denunciat ratione publici commodi puta ad pœnã, qa publice utile est ne crimina remaneãt impunita,de sententia excommunicationis, ut famæ,ff.ad l.Aquil.l.ita uulneratus. 1.resp.ad fi.Et tunc subdistingue,quia,aut interest de-

nunciantes aliquo modo, ut quia forsan est subditus, quia ad hoc tenetur, 2. q. 7. qua p p uel patronus, ut 16. q. 7. filiis, uel parrochia nis 23. dist. illis. & tunc admittitur eod. titu. il la præpositorum. Aut nullo modo interest, ut quia non est de illis personis, & tunc non admittitur, ut præalleg. d. illa præpositorũ. Eo
5 saluo, quia † si crimen quod denunciatur hẽt facti perseuerantiam, ut fornicatio, tunc admittitur quilibet 11. dist diaconi, alias non. Si aũt interest denunciantis, & tunc aut generaliter per denunciationẽ agitur super statu ecclesiæ, tã in capite, q̃ in membris, aut super excessibus singularis personæ. In primo casu non puto monitionem necessariam, quia cũ hic non agatur specialr̃ de alicuius singularis crimine, quõ debuit, uel potuit monitio fieri non uideo. sed nec ẽt hoc casu tradentur capitula ut scripsit d. p. m. in decr. qualr̃, eo. ti. super uerbo puenit. ubi alleg. decr. contra certam, de cle. lib. 6. & † ibi ipse dicit hãc dici ge-
36 neralem inqsitionem ut supra in prin. dixi. & debet hoc casu inquisitor descẽdere ad locũ, & ibi p̃misso uerbo Dei. recipiat iura prælati, & clericorum illius ecclesiæ, qui iurabunt plenam & merã dicere ueritatẽ tam in capite, q̃ in membris, exceptis occultis criminib. ut eo. ti. qualiter. 1. in fi. uel q ad inquisita ueraciter r̃ndebunt, ut eo. tit. cum dilecti de forma aũt talis iuri, uide in Spec. de test. §. seq̃ uers. porro. usq; ad finẽ. tñ ut scripsit d. p. m. in decreta. cum dilecti. eo. ti. cũ agitur de statu ecclesiæ p p uinculũ periurii sufficerent si iurẽt tm̃ r̃ndere ad interrogata. Cum uero de certis criminib. tunc iurabunt q plenam, & meram dicent ueritatem, tñ ut ibi dicit qualiter cunq; agatur potest iudex recipere quod maluerit iur̃m debet aũt tale iur̃m præstari in publico, ut de ipsius forma possit fides fieri si dubitetur, ut præalleg. dec. cum dilecti. & hoc ibi scripsit d. p. m. super gl. simile supra, post modũ interrogetur ẽm quod habetur in Spec. de teste. §. nunc tractandum, uer. porro. usque
36 ad fi. ẽm quosdam † ubi solus prælatus est diffamatus, potest inquiri tã in capite, q̃ in membris, quia capite languescente cetera mẽbra languẽt, uel languere p̃sumuntur 6. q. 1. cap. sunt plurimi ad idem 2. q. 7. sicut, inqt, & 61. dist. miramur. & hoc tenuit Inn. in decr. cum dilecti. eo. tit. & de simon. licet Hely. Sed Host. ibi cõtra arg. de his q̃ fiunt a ma. parte c. quæ fiuit. qđ mihi placet. rõne quã ipse ponit, non enim fit inqsitio sup occultis, ut eo. tit. qualr̃ fateor tñ cum ipso Host. q contra ipm epm tm̃ poterit eo casu fieri inquisitio. tam in capite, q in membris, ut uz inquiratur qualr̃ se habeat erga suam ecclesiam, ibi qualiter erga canonicos suos, & alios clericos, & laicos, qualiter in uillis, castris, & ecclesiis, & de hoc qui d. p. m. hoc eo titu. cũ dilectus, placet Guil. in Spe. de inq. §. nũc tract. uersi. si igitur aliquo. in fi. in quo uer. circa fi. reprobat opi. istorũ q dixerunt q cum hoc modo pceditur sit libellus offerẽdus, lite cõtest. fac. & iudiciarius ordo seruandus, quod est falsum, imo hoc casu sufficit seruare formam dec. cum l. & A. de re
38 iud. Tñ † legitima defensio semp est seruanda, ut patet in ipsa dec. cũ l. & A. Probato aũt hoc mõ crĩe, fiet qđ dixi sup. eo. §. uer. si aũt.

Cum aũt inquiritur sup excessib. singularis psonæ, aliquo pmouente inquisitionem, tũc primo citabitur inqsitus, & interrogabit̃ an sit infamatus de illo crimine, si confiteat̃ infamiã, tunc pcedet̃ ad ulteriora, & fiet hoc casu libelli oblatio. lit. cõt. & seruabitur subsequẽter ordo iuris q habet̃ eo. ti. qualiter, & patet hoc de sim c. p tuas, in principio, quia subsequenter tradent̃ sibi copĩa inqsitionis, & deĩnde mũ citato inqsito iurabũt testes, & sup ipsis examinabunt̃, & tã noĩum, q̃ dictorũ testiũ ei fiet copia, & ipsius defensiones ligitimæ admittetur, tã cõtra personas, q̃ contra dicta, ut sic fit dr̃ia inter inquisitionẽ q̃ fit super statu ecclesiæ. & illam q̃ fit cõtra regularẽ psonam quod aũt de noĩbus dixi uerũ intelligas pterquam in crimine hæresis. ut de hæretica. ult. lib. 6. Si aũt † exhibitio prædictorũ denegare-
39 tur posset inquisitus appellare licite, ut in Sp. de inq. §. 1. uer. & gñaliter sed si inquisitus negaret se infamatum prius est probatio recipiẽda sup infamia, qđ si denegaretur, uel nõ seruaretur appellare posset, ut eod. titu. cum oporteat, & c. qualiter, 2. probata autem infamia procedetur ut supra, alias ipse absoluetur, & denuncians punietur. ut de cal. c. 2 An aũt probata infamia admittatur is cõtra quẽ fit inquisitio ad pbandum se bonæ famæ, & q testes hoc casu sint p̃ferendi, plene notauit d. p m. hoc eo. tit. cũ opportat. sup uerbo formã ipsius, post prin. suæ gl. & est iste talis modus seruãdus qñ inquisitus est pñs, alias uero ipso absente non p cõtumaciã non est cõtra ipm pcedendum aliquo modo. qđ placet Guil. in Spec. de inq. §. 1. uersi. q̃ritur an cõtra.

40 sed † si cōtumaciter abesset, tūc in eius odiū facta fide prius de in famia ꝓcedet ad receptionē testiū, & ad diffinitiuā ēt lit. nō cōt. ut lit. nō cōt. c. qm̄ §. sunt alii. de do. & cōt. ueritatis, de acc. qualiter. 2. §. debet. pmissa aūt colligi possent ex not. in Spe. de inqui. §. nūc tractemus. uer. si aūt. Et qualiter dicere debeant testes q sup infamia deponūt. Et an ēt si interrogati debeant nominare eos apud quos dr̄ infamatus scripsit d. q. m. e. ti. cū oporteat sup uerbo. no dubitō. & eo ti. qualiter, 2. sup

41 uerbo. honestis. ubi dicit † duos testes sufficere ad ipsam ꝓbandā. de quo ēt uidere posses p Guil. in pdicto uer. si aūt eo. §. uer. hoc aūt notandū, & seq. Tractatur qd iuris si in literis inqsitionis cōmisisse dicat̄ tali significāte accepimus qd̄ talis sit de tali crimine infamatus, uel si nil de infamia dicat̄ in ipsis. Itē qd si in rescripto nō fiat mētio de aliquo nūciāte, sed dicat̄ ad audiētiā nostrā ꝓuenit an primo sit sup infamia ꝓbatio redipiēda nec ne de his aūt dic ut scripsit. d. p. m. hoc eo. ti. cū oporteat sup uerb. famā ipsius, ubi recitatis opinionibus aliorū dicit distinguendū inter uerba narratiua, & assertiua literarū apostolicarū p decr. si Papa de priui. lib. 6. dicens finaliter standū ei quod habet̄ in cle. literis, de ꝓbatio, quodlibet aūt casuum pmissorum in isto. § usque ad uers. nūc aūt non tenet̄ inqsitus iurare. & pōt procurator constitui. ut dixi supra. §. subsequenter, uer. & puto, de poena aūt infligenda ꝓ crimine p hunc agendi modum ꝓbato, dic ut supra. eo. §. uers. si aūt de multis autem q̄ cōtra rescriptū inqsitionis possunt opponi uidere posses in Spec. de

42 inq. §. 1. An autem ualeant literæ inquisitionis per excōicatū impetratæ no. de rescirp. c. 1. in gl. quid si ex[illegible]atus. lib. 6. Hoc autem est ponderandū. quia secundū d. p. m. ubi de prælato tm̄ agitur inquirendo de ipsius fama, est qrendum à capitulo, & canonis suis & si apud ipsos nō reperit̄ infamatus. non uidetur ulterius procedendum. alle. in arg. de præsump. quosdam. & c. quāto. & hoc eo. ti. qualiter. 2. respon. uers. debet igit̄. supra de electio. postquā. & c. scriptū. & 86. dist. si qd de quocunq;. pterq̄ in tribus casibus puta nisi ipse plātus esset inter alios cōuersatus, uel nisi pp prælati potentiā uel tyrannidem timeat̄ de occultatione ueritatis, & contra ipsum uerisimiliter psumat̄ de excel. pla tanta, uel nisi propter ipsius tergiuersationem, & collusionē dubitaret̄ de occultatione de collusi. detegāda in tm̄, nā tūc fieret inquisitio famæ ipsius ab aliis, ut ipse plenius scripsit hoc eo. ti. cū oporteat, sup uerbo, nō subito.

43 Nunc quoque uidendū est † qn̄ iudex ex suo mero ꝓcedit officio ad criminis inquisitionē, uel ad danūciationē officialis publici, ad inqrendū, & denūciādum deputati, uel archiepi de qbus dixi supra § sequit̄, uer. iudicialis, in prin. uel nullo denūciāte, sed fama publica, uel famosa in sinuatione deferēte, & hāc qdā ut Host. uocant specialē inquisit. ut scripsit. d p. m. in c. qualiter 2. de accus. ubi

44 sciēdū qd̄ † eo casu superior siue iudex seruare debet formā hac, qa primo statuet terminū accusare uolēti, & si appareat accusator ipsum, audiat ut eo. ti. ueniēs. causa. 5. q. c. 1. de pur c. ex tuarū. 2. q. 5. oībus. si uero nō appareat accusator. uel appareat sed p exceptionē repellat̄, pōt iudex si uuit statim purgationē indicere infamato. Tn̄ si pmissa seruare nollet, pōt incōtinēti ad inqsitionē ꝓcedere sup ueritate criminis, & hoc casu refert s̄m Host. & d. p. m. ut ipse scripsit in pal. decr. qualiter. 2. hoc eo. tit. sup uerbo ꝓuenit. utrū fiat cōtra secularē clericū an cōtra regularē, si cōtra secularem. Aut in dignitate uel ꝑsonatu cōstitutū. Aut cōtra priuatū. In 1. casu. s. qn̄ cōtra constitutū in dignitate uel ꝑsonatu di

45 cūt nō sufficere† solemnē famā uel clamorē ēt si sit frequēs nisi sit tanta qnę scandalum generet, uel quæ nō possit, sine scandalo tolerari. in secundo uero, scilicet qn̄ contra secularē priuatū, eo casu dicūt clamosam, & frequētē sufficere ēt si non generet scandalū, & ut scripsit. d. p. m. eo. tit. cum oporteat, super uerbo. non subito due uices inducūt frequentiam allegat de uita, & honest. cler. monasteria, & de electio. uenerabilem. in fi. Dicūt tamen hoc totū iudicis arbitrio relinquendū. Et in quolibet pmissorum casuū dicunt formā seruendā quæ habet̄ in decr. qualiter. 2. eo. ti. & de simo. licet hely. ut uidelicet iudex per se uel alium descendat ad locum, & uocabit eū cōtra quē est inqsitio facienda, & si cōpareat tūc tradet illi capitula super qbus est inqsitio facienda, & primo faciet illū iurare secundū formā alteram decr. cum dilecti, eodem tit. circa quod uide qd̄ dixi supra eo. §.

46 uersic. si autem interest. Et † pstito iuramento ad inquisita respondere, si cofiteatur crimen, hēt intentum, & tunc cum ipso agetur

de

de elect.innouit.ut et not.d p.m.hoc eo. tit. qualiter.2.sup uerbo reddere,nec posset.cō fessionē impugnare quominus puniatur ex eo qđ nō fuisset de illis infamatus, uel qa capi tula tradita non fuissent,ut eod.tit.c.1.lib.6. Si aūt neget crimen non puto necesse recipi hoc casu testes sup infamia qn ipsa defert qa ipsa se exhibet, & facit qđ dixi supra eod.§. post.princ.uers nec posset.& ibi indi ad dictū Host.sed statim recipiet testium iuramēta eo psente.& subsequēter ipsorū dicta,quorū dictorū,& testium nominū copiā faciet illi cō tra quem inquiritur. saluo quod de nomini 47 bus dicitur de hæretico,c ult. lib.6 & † omnis legitime defensionis facultas eidem reseruabitur ut tn dicit ibi d.p.m. leuiores probationes sufficiūt contra priuatū quā cōtra p̄latum infra de simo. licet hely. de off. deleg. pastoralis,in princ.de sent.excommunicationis cū illorū § si uero.Si cōtra regularē pcederet,aut ad correctionē fm regulam, & tūc dic ut supra §.sequitur,uers.regularis.Aut ut remoueatur ab administratione. Et hoc casu si contra Abb. uel priorem conuentualem, uel curiam habentē auctoritate episcopi institutū licet tunc ad unguē non sit p̄dicta forma seruanda,quia illi possunt facilius a suis administrationibus amoueri.i. ex leuioribus causis, & p leuiores probationes item liberius,qa non admittent tot exceptiones de si. licet hely & eo.tit.qualiter 2.uti sic exponit. 48 d. p. m. Est tn in hoc seruandū † ut is contra quē est facienda inqsitio uocetur ut se defendat,ut eo.ti.c.2.de simo. p tuas. Si uero agatur de simplici priore,officiali,uel ad obediētiam tenente,talis p libito abbatis et siue causa poterit amoueri. de statu mona.cū ad monast.§.tales,&c.2.& de priuil.c.2. in fi. lib 6. Et est in hoc differentia qn pceditur ex officio,ut hic, qa tunc non inqritur de infamia, qa ipsa differtur.Itē qa iure.inq situs, & nō datur libellus; ne fit lit.cont. ut dixi supra in p̄ced.uer.cum aūt. Si aūt contumaciter abesset fiat tunc quod dr infra.eod. §. uers. sed si contumaciter.Sed si prælatus diceret subdito,uideo te infamatum, & inquisitio multa hēt diffugia uolo qđ te purges,nunquid pōt 49 hoc facere inuito eo utique qa † pcedere potest quātūcunq; uia melius pōt,assignare criminis ueritatē seu pœnā 24.q.2.ecce. ff. certum petatur l. quidā, nec ualeret appellatio contra p̄missorū aliqđ interposita, & prædicta sumi possent ex nota. in Spec. de inquis. §.nūc tractemus in uer. porro,& uer.sequentibus,& p d p.m.in præced.c.qualiter 2. De pœna aūt infligenda crimine hoc modo probato dic ut supra eo § uer.si aūt p hmō.nec tenet iudex,cum hoc modo pcedit pcuratorē admittere de quo dic, ut supra eo. §. uers. nec puto,quæ aūt p̄missa sunt locū sibi uendicant in criminibus nō notoriis, qa in notoriis secus est,nam in illis nō seruat aliqs iudiciarius ordo, nisi in hoc q super notorio debent citari.& interrogari & eo p̄sente uel cō tumaciter absente snīa fieri de quib.per Guil. in Spec.de not.criminib §.1.in prin.& § ulti 50 mo p totū. Est aut † & alia inquisitio specialis q̄ fit debito officio urgente, qn s. superior hēt electum uel postulatū confirmare, quam inqsitionem et facit nulla infamia p̄cedente uel denunciatione p̄missa,inquirendo.s. de meritis electi, & studiis eligentium, & electionis forma, ut 67. dist. de Petro 61. dist.miramur de electio. scriptum, &c. postquam,& c.cum nobis olim. & c.nihil est, & idem in consecratione.& ordinatione epi,& cuiuslibet alterius clerici.23.dist qui eps.24. dist.quando.75.dist. ordinationis. idem et in matrimonio carnali, de clandest. despon. cap.3.Item ubicunque ex mero, & puro officio procedit iudex, in his maxime in quibus uertitur animæ periculum.de iureiur, ad nostram.2.de off.ord.c.1. ut scripsit.d. p. m. in p̄alleg.dec.qualiter 2.super uerbo, puenit.de materia p Host.in summa eod.tit.sub rub.de inqs. sub rub. de criminibus sine ordine pu51 niendus.† An aūt possint testes compelli qn iudex procedit,uel uisitando, uel confirmando,uel in capite,& in mēbris inquirendo,uel contra certam psonā sup crimine de quo laborat infamia,tractat Guil. in Spec.de inquisitione § nunc tractamus.in fin. ubi ur uelle qđ non cogatur. Cuius contrarium puto qn inqrit tam in capite q̄ in mēbris, uel contra singularem psonā fama deferente per decr. qualiter. 1. Item quia expedit reip peccata nocentum esse nota, sed qn uisitat non debet exigere iurm a principio per quod occultum constringatur, sed ex quo sine iuramento referunt aliqua corrigenda pōt super his exigere iurm,ut no de censibus Rom. §. sane. lib. 6. Ipsius autem dictum posset locum hre cum confirmando inqrit quia præsumi 52 mus quelibet † bonū,& idoneum nisi probetur

tur contrarium, de scrut. in ord. fa. c. uno. & de præsum. dudũ. An aũt admonitio quæ denunciationem debet præcedere fieri possit ꝑ literas, uel nuncium absenti tractat. d. p. m. de simo. licet Hely. su ꝑ correct. ubi tenet qđ sic & idem Guil. in Spec de denunc. §. 1. alias 2. uers. quid si moriens. † Item an denuncians ꝑlatum debeat ab ecclesia hr̄e expensas not. in Spec. eod. tit. §. ult. in princ. usque ad uers. item pone. Nunquid aũt is contra quē facta est inqsitio possit ꝑ familiares, uel cubicularios, suos probare suam innocentiam, tractat Guil. in Spec. de inq. §. 1. uers. gn̄alr̄. per c. 12. q. 2. manifeste, &c. seq & 2. q. 7. cum pastoris.

53

Vtrum aũt impetrante inquisitionem remoto possit alter ipsam proseq., tractatur in Spec. de inq. §. 1. uers. quid si impetratio. de quo dic ut scripsit d. p. m. in dec. cũ oporteat. su ꝑ fin. pen. gl. Et an inquisitore su ꝑ qbusdã pronũciante expiret eius offm̃ super aliis no. Ber. de re iud. cum I & A. & in Spec. de inquisit. §. 1 u, er. & not. & uterque tenet ꝙ non expirat. † An uero inquisitor attestationibus publicatis possit super eodem crimine iterũ alios testes inducere, uel recipere, & de hoc ꝑ d. p. m. in dec. fraternitatis, de testib. in 9. q. & de testib. cum clamor. & dic ut ibi, & de hoc etiam in Spec. de inq. §. nunc tractemus. uer. sed nũquid publicatis, ubi tenet ꝙ possit ubi ex officio ꝓcedit, secus si aliquo proponēte, uel prosequente inquisitionem, quia tunc teneretur subornatio, & ut ibi not. potest inqsitor si in aliquo minus bene processerit illud reuocare, & de nouo procedere, dic ut in præd. dec. cum clam scripsit d. p. m. Præmissa autem in non notoriis locum sibi uendicãt, de notoriis uero, & forma procedendi in ipsis, uide quod plene scripsi in commento qđ feci su ꝑ decreta uestra, de cohab. cler. & mul. Qñ aũt delegationis litera impetratur sub hac forma mandamus qtũs uocatis qui fuerint euocandi super propositis, & aliis negociis contingentibus, inquiras quæ fuerint requirenda &c. intelligitur negociũ delegatũ in modum iudicialis indaginis, non autē in forma inquisitionis simplicis, ut de iudic. exhibita, & ibi not. in 3. gloss. unde d. p. m. post Vinceo. scripsit super ipsa gl. quod ex quo patenter non constat ꝙ hmōi negociũ in modum cõmissionis cõmittatur, præsumitur ꝙ in modũ iudicialis indaginis fiat commissio, ubi ēt dicit in fin. † ꝙ qñ fit cõmissio in modum simplicis inquisitionis semper cõsueuit in ipsa cõmissione poni de insinuatione clamosa. Remittit aũt ad not. in Spec. de inq. §. 1. uers. quid si in litera, & de hoc scripsi in mã rescriptorum §. in 2. uero casu in fin.

54

55

## SOLEMNIS, VTILIS, & quotidianus Tractatus de Excusatore sine mandato Excellentiss. V. I. interpretis & magni practici domini Antonii de Canario.

### SVMMARIVM.

1 *Excusatur quis sit, & qualiter diffiniatur.*
2 *Excusatoris quale officium.*
*Causæ quas excusator allegare habet quomodo intelligendæ.*
3 *Excusator sine mandato an possit esse minor etiam & mulier.*
*Excusationum triplex differentia.*
4 *Excusator sine mandato ad quid admittitur, & quando 5.*
*Contumacia absentis Dei præsentia suppletur.*
5 *Iudex ex officio potest probationes inducere, & supplere.*
6 *Absentiæ causæ cur in quacunque causa per excusatorem possit allegari. Item & innocentia,*
7 *Excusator quid differat à procuratore, defensore, & nuncio.*
*Nuncius est instrumentum quo uox unius uadit in alium.*
8 *Excusator nomine cuius uerba concipere debeat.*
9 *Excusator si non probat quod dicit, ad quid teneatur.*
10 *Exceptiones aduersus excusatorem quæ opponi possit.*
11 *Excusator nunquid procurator ēē possit constituere.*

Excusatoris materiam utilē ꝓsequor ꝑ duas particulas, quarũ prima ponit qōnes concernentes excusatorē sine mandato simplr̄ usq; ad q. 9. Secũda ponit qōnes cõcernentes excusatorē absñtiæ, usq; ad finē Quæro igitur † primo quis sit excusator Rñdeo Spe. in tit. de his qui alie. not. in iud. inter uer. excusator dicit ꝙ excusator est qui sine mãdato ad cãm ad ꝓponendas excusationes, seu cãs absñtiæ non causas causæ admittitur, de elect. bonæ el 1. & Spec. in tit. de

1

exc.

excus.dicit ꝙ excusator est is qui uenit ad ꝓponendum causas absentiæ alicuius, qui nõ poterat ratione sui,uel causæ procuratorem constituere,uel qui uocatus erat, ut ꝑsonalr̃ ueniret,allegat prædictum uer. excus. de dolo,& cont.eum dilecti. Sed contra attende ꝙ in 1. dist. dicit sine mandato,non ideo dr̃ ꝙ causæ absentiæ ꝑ procuratorem allegari nõ possint,sed quia si mandatum hr̃et ad proponendas causas absentiæ foret procurator nõ excusator.ff.de proc.absens. & d.c. ueniens. quod aũt dicit ad causam,quia causa multis modis assumit,ut not.Ioã And.in c. cum dil. super gl.caus. de acc.Et intellige pro iudiciali cõflictu certarũ personarũ quod dic.de uer. sig.c.forus.in uerbo causa.Quod aũt subdit. ad proponẽdas excusationes, seu causas absentiæ non causas causæ minus restringit ex cusatoris officium ,qm̃ nõ solũ causas absentiæ allegare potest,sed ẽt causas causæ patentes peracta.amplius & causas absentiæ , ut dicam in seq.q.Quod aũt ultimum dr̃, admittitur,intel lr̃ sine mãdato ut præmiserat, & ad de seu uenerit,ut in seq.descriptione , quia si non mittitur, uenire põt,ut in dicta seq.q. dicam. Quod aũt in secunda descriptione dr̃, qui non poterat ratione sui,uel causæ constituere procuratorem,uel qui uocatus erat, ut personaliter ueniret,non est satis dictum ,qa licet possit citatus constituere procuratorem ad causas causæ,vl̃ sit citatus simplr̃ ꝙ ueniat non personalr̃, non ideo excluditur accusator ad allegandũ absentiam, uel innocentiã, ut patebit in seq.q. Dic ergo ut prædicta effugias,ꝙ excusator est ille q̃ sine mandato mittitur, seu uenit ad causam in iudicio ad allegãdum causas abñtiæ, seu innocẽtiæ abñtis.

2 Secundo quæro,† quid sit offm̃ excusatoris,seu quas excusationes proponere possit excusator sine mandato hmõi. Rñdit Spec. in tit. de exc.in fin. remittens se ad Inn. in c. ueniens.de acc.qui in prima gl. ut ẽt ibi eum refert,& sequitur Ioan. And.super 2. gl. dicit quod offm̃ excusatoris est allegare causas absentiæ facti de proc. querelam. ff. de iud.l. si prætor.Ad causas causæ necessarius est procurator cum mandato,uel satisdatione. Dicit tñ ꝙ post lit.cont. in ciuilib. uel criminalib. uel in aliis ubi proceditur lite non contest.iudex anteq̃ condemnet in defensum cõtumacem admittet quemlibet allegantẽ iura causæ ẽt minorem. & forte infamẽ.ff.de proc. l. seruum quoque.§.publ.C.de proc. l. exig. in fin.& in d.cap.ueniens fuit admissus non hñs mandatum,nec satisdans,nec persona coniũcta ad causas causæ.Causas uero intelligit q̃ colliguntur ex actis in eadem causa habitus. Nõ.n.credit posse producere testes,uel instrã uel alias defensiones cum procurator nõ sit. Secus in causis absentiæ quas probare põt,& admittitur ẽt non satisdans.Dicit etiam ꝙ excusator non allegat causas absentiæ de iure puta,corã uobis non tenetur comparere , qa excõicati estis,uel non ualet , hoc n.non per excusatorem ,sed per seipm̃, uel procuratorẽ proponere debet,de rescr super literis Io. Et s̃m prædicta intellr̃ dictum Guil. Anglici.qđ idem Io.And.refert in tit.de defen. suꝑ rub. dicens defensorẽ sine satisdatione admittendum ad allegandum causas absentiæ, vȝ intellige meri facti,† quod dictum Inno.declarans Bart.in l.pen. §. ad crimen. de publ iud. in 2.parte illius.§. in mã excusatoris ꝑmittit ꝙ talis excusator qui non hẽt mandatũ, nõ curat̃ an sit mulier,uel minor, ut not in d.§. pub. Item non tenetur satisdare de rato. ita no.ĩ l.in eo qđ §.1. ff. de re. dub. & uult Inn. in d.c.uen.Et demũ subdit,ꝙ q̃dam sunt excusationes necessarie,quæ impediunt reũ ue nire,ut puta,est infirmatus,uel carceratus ab alio,uel non põt transire per iter. istæ causæ pñt allegari per quẽlibet,nec requiritur ꝙ caueat de rato,qa uelit nolit. pur sic est , q̃dã sunt excusationes ꝓbabiles, q̃ eum excusant à ueniendo ꝓbabilr̃,põt tñ uenire si uult , ut puta qa in loco habet inimicos , & sic excusatur à ueniendo,ut d.l.de ætate, ad Treb.de leg.1.l.sciendũ.§.1.tñ si uult uenire põt, tũc talis simplex excusator non admittitur sine mandato ad allegandum talem excusationẽ, qa nescit qd abñs ille uelit. Quędam excusationes sunt mere uoluntariæ,puta , qa tu nõ es merus iudex,hoc casu si reus uult põt prorogare iurisdõnẽ ideo excusator nõ põt proponere sine mãdato,cũ hoc cõsistat in uoluntate absentis,ita intellr̃ d c.& dcm̃ Innoc.s̃m Bart.Conclusio ꝑdictorũ ẽ, † ꝙ excusator ad mittitur sine mandato ad allegandũ ꝙ abñs non põt cõparere,sed non ꝙ nõ tenet̃. Amplius ex ꝑdictis patet ꝙ excusator sine mandato admittit̃ ad allegãdũ cãs causæ, q̃ colligunt̃ ex actis in eadẽ cã factis,eo casu quo in abñtẽ põt diffinitiua snĩa ꝓmulgari in quacunque cã ciuili,uel criminali,siue excusator

hmõi

hmõi sit maior, siue minor, masculus, siue fę mina, & ēt infamis, siue q̄s sit absens cõtumaciter. siue nõ cõtumaciter, & sine satisdatione ꝑ d. §. publ. & ꝑ. d. l. exig. in fi. q̄a s̄m Inn. q̄libet admittit̃ ad allegandum, & docendũ q̄d de iure partis, q̄a partis absentis contumacia Dei p̄sentia supplet̃. C. de iud. l. ꝓperandũ. § cum aũt. Et iudex non solum ꝓ se, sed quemcunque alium ueritatē quærere debet. Sed Bart. in d. §. publ. dictum Innoc. intelligit ꝙ ubicunque potest s̄nĩa diffinitiua ferri in absentem quantũcunque sit causa. siue sit ciuilis siue criminalis, pecuniaria, siue capitalis, quilibet admittit̃ sine mãdato ad ostendēdũ de eius innocentia. Quod aũt d. §. loquat̃ in eo q̄ uenit sine mandato, uel cũ mandato, maior sit siue minor, masculus, siue fœmina, seruus uel liber, cõiuncta ꝑsona, uel nõ, patet in uerbo, à q̄buscunque defendi, & in uerbo, quemuis uerba facientem pro eo. Adde ꝙ loquatur in qualibet causa, patet ex principio d. §. q̄d aũt loquat̃ cõtra allegantem innocētiam patet in uerbo, & innocentiã allegantē. hanc lecturam ꝓbat Bart. q̄a ēt nemine hoc petente iudex potest, & debet hoc ex suo officio facere ut in auth. q̄ semel. C. q̃uo, & q̃n iud. ibi Perquisita ueritate. & in l. ampliorē §. pe. C de appell. licet gl. ibi dicat esse speciale in causa appel. Sed speciali est ꝙ in causa appellationis possit ferri s̄nĩa in absentē, & ideo iudex inquirit ueritatem ꝓ absente, & si põt suo off̃õ, multo magis quouis ueniente, & de innocētia docente. Et illud ur̃ uelle Inn. in d. c. ueniens. Adde ut patet ex rõnibus allegatis ꝑ eũ. in quib. Bart. fundat se in d. §. 6. 5 Et ꝙ ex officio suo q̃n potest iudex ad diffinitiuam s̄nĩam diffinire possit parte absente ꝓbationes inducere, & supplere tenuit Bart. in l. 1. C. ut quæ de. aduo. par. latius in l. 4. §. hæc aũt. ff. de dam. infe. & in disputa. sua, quę incipit, Iudex maleficiorũ. & ff. de pœ. l. si nõ defendant̃. & ff. de q̄õ. l. 1. §. si quis ultro. Et si dixeris, ꝓcurator in causis relegatione supra interuenire nõ potest, ut no. in d. § publ. & d. §. ad crimē, & d. c. ueniens. R̃n̄det Bart. quēlibet admitti ad innocentiã, nõ ꝙ possit. facere aliq̄d ꝑ q̄d absenti p̄iudicetur. & ideo nõ admittit̃ ut ꝓcurator ꝑ nocet, & prodest domino, ut l. nõ solũ. ff. de proc. Sed tanq̃ q̄libet ad informandũ iudicē secundũ eũ, in d. §. publ & in d. §. ad crimē. & in extrauagã. ad reprimen. super uerbo, legitime. Nã ꝑ excusatorē hmõi non deducitur aliq̄d ius absentis, sed solum ius publicum dixit Bal. in reos. circa fin. C. de accus. qui pub. utilitatis est absentes à quibuscunque defendi, ut d. §. publ. Collige igitur quatuor casus, ꝙ aut excusator uult allegare causas causæ simpliciter. Aut causas causæ resultantes ex actis in eadē causa factis. Aut causas innocentiæ ex cã in qua ad diffinitiuã s̄nĩam deueniri potest. Aut causas absentiæ. Primo casu nõ põt sine mandato uel satisdatione de raro, uel ēt cum mãdato, & satisdatione in causis à relegatione supra. Aliis tribus casibus, põt, ut patet ex prædictis Et attendendum ꝙ differt allegare causas causæ resultantes ex actis, & allegare causas innocentię. Quia primo casu admittit̃ excusator in oĩ cã. Secundo demum in causa in qua potest ad diffinitiuam s̄nĩam deueniri, quia utrũque iudex nemine fauēte, seu allegãte simpliciter debet admittere ut patet ex superius alleg. oĩ. n. casu quo iudex tenet̃ seu põt, req̄rere ueritatē ex suo officio ꝓ absente, & tenet̃ admittere quēlibet defensorē, ut probant rationes Inno. & Bar. supradictæ.

6 Tertio quæro iuxta proximę dicta, † quare causa absentiæ potest in quacunque causa allegari, & innocentię demum in causa in qua põt ad diffinitiuã s̄nĩam deueniri. R̃n̄deo q̄a allegatio causæ absentiæ excludit dãnũ cõtumaciæ absentis, ut ea allegata, & probata cã differratur, ut dicã in q. 27. quæ contumacia põt esse ēt in cã in qua non põt ad diffinitiuã s̄nĩam contra absentē deueniri, & sic dãnum cõtumaciæ q̄d multiplex esse potest, de dolo & cont c. prout, & per totũ, & in Spec. de contum. §. tunc dicimus. Allegatio aũt innocentiæ excludit condemnationē rei ut dicã in q. 11. quæ condēnatio locũ habere non põt nisi in casib. in q̄b. põt ad diffinitiuã s̄nĩam deueniri, nõ aũt excludit cõtumaciã. q̄a licet reus nõ teneat̃, seu non deliquerit, nihilominus cõtumax esse potest, & dãna contumaciæ pati.

7 Quarto quęro † pro nominis intelligentia q̄d differat excusator à ꝓcuratore, defensore, & nuncio. R̃n̄deo à procuratore differt, q̄a excusator sine mãdato, ut dictũ est in 1. q. ꝓcurator cũ mandato q̄ ad excusandũ tm̃ cõstitui põt, ut ff. de ꝓc. absens, & ad unã rē ff. de ꝓc. l. 1. §. 1 A defensore aũt differt q̄a excusator ad allegãdũ cãs causę resultantes ex actis in eadē cã factis, & innocētiam rei, & causas absentiæ, ut dictũ est in 2. q. Defensor aũt ad

totam

totã cãm,ut not.Spec.in tit.de his q a ie.not. in iud.inter.§.1.uer. defensor. De nũcio autẽ qa excusator cõcipit uerba in persona sua,ut dicã in seq q.Nũcius in ꝑsona dñi. Nuncius est uelut pica,& organũ quo mediante uadit uox unius ad aliũ,& nihil ꝑ se agit,sed dñs ꝑ eũ uelut ꝑ epist.ff.de cõst pec.l q aũt,§ fi. cũ l.seq.ubi de hoc ꝑ gl.& Bart.& not C.si quis alt.uel sibi.l.mulrũ interest,in gl.in uer. põt & Spec.in tit.de ꝓc.§ ut aũt.uer.& not.ꝙ large.Horũ tñ.noĩum sæpe unũ ponit̃ pro reliquo,& ꝑsertim ꝓ excusatore nã sępæ excusator idẽ ꝓcurator, ut d.c.ueniẽs,dr̃ defensor, ut d.§.publ.in gl.magna,& in §.ad crimẽ, & in l.in eo.§.1.ff.de reg.iu. Et dicit̃ nũcius, ut d.c.bon.de el.& d.c.uen.de acc.Nã, & ꝓcurator dicit̃ nũcius,sed nõ ecõuerso,ut d.Spe.in uer.& not.Ponunt̃ ꝓprie, & ĩproprie ẽm subiectam materiã,ut ex prædictis uerbis patet.

8 Quinto quæro,† qualiter excusator debet uerba cõcipere,an uidelicet in ꝑsona sui uel rei cuius absentiã uel innocẽtiã allegat.Rñde qđ debet cõcipere uerba nomine suo proprio.Cũ rõne publicæ utilitatis nõ rõne utilitatis priuatę admittat̃,ut d.§.publ.& humanitatis rõne qa qlibet homo debet alii bene facere.ut ff.de ser.expor.l.seruus ea.Nã.n.cõstituit cognitionẽ inter nos ff.de iust.& iu.l. ut uim.& ff de app.l.nõ tm̃ in uers.humanitatis rõne,& qđ ibi no.in 1.gl sicut dicemus in tutore.ff.de his qb. ut indig.l.tutorẽ. & C. eo. ti.l.polla.& qđ ibi not.in 1.gl.in uer.pupilli nomine,&in coniuncta ꝑsona. C de proc.l. exig. Dicẽdo ego dico Titiũ accusatũ, seu inquisitũ absentẽ ex tali casu iusta,& cõparere non posse,uel cũ fore innocentẽ,& terminũ ad ꝓbandũ peto Sane, & si dicerem nomine Titii dico,&c.admitti deberẽ,ut d.l non tm̃, qa intelligeret̃ nomine Titii.id est ad utilitatẽ Titii,ut not.in d.l.tutorẽ,& d.l.polla.si tamẽ simpliciter cõpareret,ut ꝑmisi,malefaceret,iudex cogere eũ ad exprimendum quo nomine ageret,& cõ parere,ut dicit Inn.in simili.in c. cũ olim.de test ẽ n Bart.in d.l.nontm̃.Ego cõsueui dicere comparet talis excusator,seu defensor sub ꝓprio noĩe, necnon excusatorio seu defẽsorio noĩe Titii,& tãq̃ unus de ppl̃o & ꝓ interesse pub.& oĩ mel.mõ noĩe,& cã,& forma qb.magis , & melius possit, & debeat cõiũcti vel diuisim,&c.uti si uno mõ possit excludi alio nõ excludat̃, & cõsuetudo ĩ ꝑdictis amittit defensorẽ quocunq; noĩe cõpareat

9 Sexto quæro† ad quid teneat̃ excusator si non ꝓbat qđ deducit iudex suꝑ excusatione proposita põt procedere duobus modis.Vno mõ suꝑ excusatione simpliciter ꝓcedẽdo ad instãtiã excusatoris,& tũc excusator nõ probans,de calũnia uenit cõdẽnandus extra ordine,sicut dicimus in denũciatore suã denunciã coram iudice ꝓsequente. ff.ad Turp.l.ab acc §.denunc & ff.de cust.reo.l.diuus,ubi de hoc ꝑ Bart.& in c.fin.de cal.Ac ẽt debet condemnari in expensis,sicut condẽnat̃ reus. ut no.C.q acc.nõ pos.l.q de crimine , cum suo nomine compareat,ut dictũ est in prox.q.& sicut cõparens in iudicio sine mandato.C.de proc.l.licet.& qd ibi not. per Doct. Alio mõ põt ꝓcedere iudex ex suo offõ ꝑ inquisitionẽ ꝑ illã excusationẽ q̃ corã eo allegat̃, & tũc ꝑinde habet̃ ac si iudex ex officio suo mero, & simplici moueret̃,& in nihilo excusator tenetur.Quinetiã non prohibet̃ eo casu excusator esse testis sicut dicimus in denũciatore ut scripsit Bar.in d.l.diuus,qa dicto casu iudiciũ totũ fundat̃ in iudice ingrẽte,q tenet̃,& põt perquirere ueritatẽ,ut dictum est in præc. q.

10 Septimo quæro,† Iuxta præmissa quę exceptiones opponi possunt contra excusatorẽ. Rñsio patet ex dictis in ꝑcedendi. q. qa si iudex ꝓcedit ad instantiam excusatoris opponi poterunt oẽs exceptiones q̃ opponi pñt contra personã accusatoris seu cõtra personã illius q alieno noĩe comparet,sicut dicimus in denũciatore,de acc.c.licet Hely.& tenet Bar. in d.l.diuus.& sic opponi poterit ꝙ est minore excõicatus,& filis ideo obstat.l.exig. in fi. C de proc qa est speciale ibi in filio ẽm doc. q põt cõparere sine mandato ad plenã rñsione in causa patris absentis,in quã poterat ad diffinitiuã procedi licet foret minor, ergo secus in aliis,& iudex ad instantiã accusatoris seu actoris.& ẽt ex suo offõ poterit talẽ excusatorẽ repellere.ex suo tñ offõ poterit ingrere ueritatẽ,& sic ad sui informationẽ audire minorẽ fœminã.& quęcunq; allegantẽ.& sic intellr̃ lect. Bar.in d.§.pub.& qđ dictũ est in 2.q.Et ex his ẽt patet quòd excusatorẽ primo mõ sumptũ iudex tenet̃ admittere.Scđo autẽ mõ assumptũ nõ nisi ut ĩformet,ut dictũ est.

11 Octauo quęro† an excusator hmõi possit cõstituere procuratorẽ ad excusationẽ ꝓpositã ꝓsequẽdã Rñdeo ꝙ sic,qñ iudex ꝓcedit ad instantiam excusatoris,cũ ad eum causę periculum spectet,licet aliud sit ĩ procuratore,& tutore

tutore qui ante lit.cont. procuratorē non cō stituunt.C.de proc.l.neque. ut cōcludit post multa argumenta,ꝑ,& cōtra Spec.in ti.de ꝓ cur.§.1.uer.sed nunquid defensor qui licet lo quatr in defensore q satisdedit iudicatū solui idē in executore prædicto qui satisdare nō te net,ut dcm̄ est in 2.q.ꝑ rōnes alle.per Spec. in d.uer. sed nunqd defensor. & in ꝓxima q.

1 *Excusator sine mandato quomodo innocentiam pro ponere possit.*
2 *Absentis probata per excusatorem innocentia,quid habet facere iudex.*
3 *Innocentia per excusatorem in qua iudicij parte al legari possit.*
4 *Excusator nunquid possit à grauamine ,seu senten- tia appellare.*
*Excusator post latam sententiam comparens utrum possit à sententia appellare.*
5 *Excusator appellās pro eo qui ad supplicium ducitur nūquid possit sine mādato prosequi appellationē.*
6 *Innocentia post sententiam in rem iudicatam tran sactam reo etiam inuito an & quibus casibus al legari possit & coram quo iudice.*
7 *Excusator absentis quas excusati nes meri facti pos sit allegare.10.*
8 *Absentiæ causa iuxta quæ dicenda.*
9 *Excusator absentis qui metu supplicij aufugit num quid admittendus.*
11 *Absens quis dicatur,& absentia quomodo proba- tur.12.*
13 *Absentia sola nūquid probet impedimentū iustum.*
14 *Excusator absentis petens terminum citationis pro rogari ut absentem inueniat quem nescit ubi sit nunquid audiendus.Et quid si dicat se non inue nisse.15.*
16 *Impedimentum puri, & meri facti absentis quomo do probetur. Et an sufficiat impedimen i semiple na probatio 17.*
18 *Impeditus an teneatur excusatorem mittere,quid iuris si mittatur.*
19 *Item si non mittat.*
21 *Excusator allegans impedimentum facti præcisi nun quid audiendus.*
22 *Excusator in causa capitali,an satisdare debeat de præsentando finita absentiæ causa.*
23 *Procurator cum mandato generali nunquid absen tiæ causas proponere possit.*
24 *Absentiæ causa utrum possit inuito absente allega ri & probari.*
25 *Excusator nunquid possit allegare eius absentiā con tra quem petitur sententiæ executio.*

## Secunda Tractatus particula.

NOna qō circa secundam partem cōcer- nentem qōnes allegantes causas inno- 1 centiæ† qualiter innocentiam poterit excusa tor iste proponere.Respondeo illam per quā constet reum non deliq̄sse.ut si condēnatus, uel inq̄situs de homicidio probaret hoīem q̄ dicitur occisus superuiuere, non autē posset proponere innocentiam per quam constaret delictum commissum quacunque rōne non punibilem.puta quia occisus poterat impu- ne offendi,uel delictum erat præscriptum ex forma statuti,& similia,qm̄ id non posset iu dex ex suo officio reo nō properante supple re,ut dixit Bart.ff.de pœ.l absentem.in 4.q.in §.neque per excusatorem sine mandato id de duci ut dictum est in q.2.

2 Decimo quæro,† probata innocentia per excusatorem quid hēt facere iudex Rn̄deo ꝙ habet reū absentem absoluere ſm Bar.in ex trauag.ad reprim.sup uerbo,ad receptionē, alleg.C.de iud.l.prop.§.finaūt.& merito quia constito de innocentia ēt nemine de innocen tia ꝓponente,debet iudex reū absoluere ut ff.de pœ.l.si nō defendantur.& l.unius.§.co gniturum.ff.de quęstio.ut dictum est in 2.q.

3 Vndecimo quæro, † qn̄ possit innocentia allegari.Rn̄deo in quacūque parte iudicii ēt post publicationē ꝓcessus,& post cōclōnē in causa,cū constita innocētia totum iudicium resilit in iudice ingrente,seu in causa cogno scente.ut tenet Bar.ff.de q.l.1.§.siquis ultro. & l.4.§.hoc aūt iud.ff de dam. inf.& in d.l.si non defendātur & in disputatione sua.Iudex maleficiorum,allegat.in 2.quæst.

4 Duodecimo q̄ro,† an excusator possit gra uamine,seu à sn̄ia appellare. Respōdeo à gra uamine,seu à sn̄ia interlocutoria in cā excu- sationis planū est posse appellare,quia ad eū cāæ piculū spectat,ut dcm̄ est ī 6.q.Idē à dif. finitiua si subscri.excus.ꝓposita iudex sn̄iam diffinitiuā ꝓmulgauerit eadē rōne.cū ī ea ap pellatiōis cā possit grauamē suū releuare. ff. de app.l.1.& grauato rēr appellatio sit ꝑmis sa.C.si ut se ab hæreditate abst.l.1.& de app. l & in maiorib.ff.de app.a sn̄ia. Sed dubium est,an excusator cōparens post latam sn̄iam possit à sn̄ia appellare Rn̄deo non nisi ꝑ eo qui ducit̄ ad mortem,& intra tpa quæ ad ap pellandum largiuntur,quo casu ēt reo inui- to quilibet humanitatis noīe appellare pōt, ut l.

uel non tm̄.ff.de app.ergo C.de app.l. ad dictos & C.de epi.aud.l. ad duos. q humanitatis rōne exposita cōfert dicto casu beneficiū in inuitū ut notat in d.l.nō tm̄,ī gl ult.& ff. de reg.iur l.inuito.& eo.tit.c inuitū lib.6 ꝑ Dyn.& ff de neg.gest.l.soluēdo.ꝑ Bar.qđ interesse humanitatis nō attenderet in alio casu,quo qs ꝑiudicare posset, vt dictis iurib.no.

Decimotertio quæro ꝓ intelligentia præmissæ quæstionis, & maiori declaratione nostræ materiæ.† An excusator appellās ꝓ eo q ducit ad mortē possit appellationē proseq sine mādato Rn̄deo pro cōcordia Bar.& Bal. q uident in dicta quæstione contrarii, dic qđ ad plenā defensionē non admittit ne processus excusatores ꝑiudicet reo cui ius est acquisitū ꝑ appellationē ff an ꝑ aliū causa app.l. 1.coniuncto d §.ad crimē,sicut in causa principali,& sic loqtur Bal.in d.l.addictos,in fin. C de ep.aud.ad allegādum aūt, & ꝓbādū causas innocentiæ bene admittit sicut in causa principali.Et sic loqtur Bal.in d.l.nō tm̄.dum ad prędicta alleg.Bar.in l.si nō defendātur.ff. ad pœn.& l.1.§.pen.ff.de qō. Nā innocentia in causa capitali ē t reo inuito allegari,& probari pōt humanitatis rōne ut d.l.non tm̄, & quod ibi not.in ult.gl.& dictum est supra.

Ex his patet qđ talis appellatio utilis est, qa deuoluit causam ad superiorē corā quo innocentia allegari,& ꝓbari poterit,qđ non posset causa ꝑ appellationē nō deuoluta, & qa cū mandato poterit prosequi causam ad plenā defensionē sicut in causa principali cū reus sit in uinculis.ut dicit Bald.in d.l. addictos,& tenet latius Bart in d.l ad crimē,& qa si iudex a quo uellet appellatione interposita sn̄iam exequi,posset excusator ei de facto resistere,qa ꝑ appellationē ablata est iurisdictio iudici à quo ſm Inno. in c.si qn̄ de offi. deleg.quē allegat,& sequitur Bal in d.l. addictos,de episcopali audien.ad hoc l.prohibitū & quod ibi not.C.de iur.fisc.lib.10.

292 Luere in corpore eum debere, qui non habet in ære, quomodo intelligatur.
295 Pœna succedens in locum alterius pœnæ, debet sapere eius naturam.
296 Subrogatum sapere in natura sui principalis quatenus uerum sit.
297 Pœna pecuniaria ubi est a statuto pro homicidio

*dio imposita, cui pœna iuris communis recessum ui deatur.*

298 Procurator an ex parte accusatoris possit interueni re, ubi pro delicto publico uenit imponenda pœna pecuniaria.

299 *Agens actioni populari ad defendendum, an procu ratorem dare possit.*

300 *Intellectus ad l. licet ff de proc.*

301 *Delictum an desinat ex eo esse publicum, quod pro eo imponitur pecuniaria pœna per statutum.*

302 Procurator an possit in ea causa interuenire, in qua in defectum pœnæ pecuniariæ, imponitur pœna cor poralis per statutum, numer. 304. 306. 310

303 *Crimen non censetur capitale, ubi in defectum pœ næ pecuniariæ lex mandat imponi pœnam capita lem per officium iudicis.*

305 *Intellectus ad l. 1. ff. de in lit iuran.*

311 *Procurator quilibet admittitur pro reo criminis ad allegandum causas necessarias quæ reum ipsum impediunt uenire.*

312 *Allegans causam absentiæ non tenetur cauere de iudicatum soluendo, quia non potest condemnari, nec contra eum fieri executio.*

313 *Allegans necessarias causas absentiæ, an admitta tur ubi statutum dicit quod nulla defensio recipia tur.*

314 *Defensio est de iure naturali, & sic non potest tol li.*

315 *Excusator, an admittatur sine mandato ad allegã dum causas absentiæ, nu. 221.*

316 *Citatus ad locum pestiferum comparere, an tene tur.* Et ob hoc excusatus fuit Gregorius 12. *qui euocatus ad concilium Pisanum non succes sit.*

317 *Locus ad quem quis citatur, pro quibus debet esse securus.*

318 *Reus citatus, an excusetur a contumacia propter ho stilitatem quæ sit in territorio, per quod habet trã sire.*

319 *Impedimentum non censetur iustum, quod facile potest remoueri.*

320 Principi *concedenti saluum conductum non est fa cile credendum si aut tyrannus est, aut non solet fidem datam seruare.*

322 *Citatus ad locum non tutum, in quo habet inimici tias capitales, non tenetur uenire etiam si haberet literas salui conductus.*

323 *Contumacia sonat in delictum.*

324 *Delictum non præsumitur nisi probetur.*

325 *Nullus est ita insipidus qui non cupiat cruciatum corporis, uel mortis periculum declinare.*

326 *Defensor quare non admittatur sine mandato ad opponendas exceptiones dilatorias, & declinato rias & an id sit perpetuum. nu. 333.*

327 *actoris interest, ne iudicium reddatur elusorium.*

328 *Aduersat ua sed, cuius naturæ sit.*

329 *Intellectus ad l. si ff. de requir. reis.*

330 Procurator *aliquando defensor appellatur.*

332 *Absens cum condemnari non potest eius bona con fiscantur.*

335 *Homicida absens quæ cautela excusari possit, ut cõ tra eum procedi non possit.*

336 *Exceptiones, quæ crimen tangunt, licet opponantur ad processum an possint per procuratorem opponi. num. 337. 343. 347.*

338 *Dispositionem omnem censeri debere ex eo, quod principaliter agitur.*

339 *Ubi quis principaliter de delicto inquiritur, ibi cri minale, & capitale iudicium principaliter tracta tur.*

340 *Finis in omni dispositione est considerandus.*

341 Ratio finalis *quare in criminalibus non admitta tur procurator.*

342 *Exceptio declinatoria an ueniat appellatione defen sionis.*

344 *Procurator an possit admitti ad opponendam exce ptionem notoriam in causa criminali.*

345 *Notorium a quibus releuet.*

346 *Iudex quod non possit supplere defectum partis in opponenda exceptione notoria, quatenus uerum sit.*

348 *Ordo est, in notorijs ordinem non seruare.*

349 *Delictum quantumcunque notorium puniri non po test per iudicem competentem.*

350 Exceptio *incompetentiæ iudicis nunquam censetur exclusa.*

351 Procurator *an admittatur ad opponendam exce ptionem peremptoriam, quæ in uim peremptoria opponitur.*

352 *Dubietas siue sit in facto, siue in iure, non potest in teruenire procurator.*

353 *Comparens pro accusato, & proponens quod accusa tus non interfecit illum de quo accusatur, non de bet admitti.*

354 *Procurator non admittitur ad opponendum quod interfectus erat bannitus.*

355 *Exceptio banni an sit declinatoria, an peremptoria. 357.*

356 *Exceptio respiciens qualitatem personæ agentis, in dicanda est potius declinatoria, quam perempto ria.*

357 *Statutum quod bannito denegetur audientia in criminalibus, an eidem tollat ius agendi ipso iure*

*Verba*

358 Verba non audiatur, an induceant declinatoriam an vero peremptoriam.
359 Intellectus clemen constitutionem de elect.
360 Accusatus, uel inquisitus de crimine capitali qui ex forma statuti non potest proponere aliquam exceptionem, uel defensionem nisi compareat personaliter, an proponere possit per procuratorem exceptionem banniti, uel aliam exceptionem notoriam remissiue.
361 Exceptio, quod quis non fuit rite cancellatus de banno, an possit in iudicio deduci procuratorem.
362 Exceptio quae seorsum à crimine uenit examinanda, an possit opponi, & deduci in iudicio per procuratorem. nu. 367.
363 Intellectus ad l. 2. C. ad l. Flau. de plagi.
364 Procurator admittitur in accusatione falsi ciuiliter porrecta.
365 Procurator interuenire potest in actione furti ciuiliter mota.
366 Procurator an possit interuenire, ubi quis accusat aliquem de crimine plagij, & obijcit exceptio quod seruus in quem fuit commissum plagium erat ipsius surripientis.
368 Processus criminalis, in quo non admittitur procurator reddatur nullus, si interueniat procurator licet non opponatur nu. 371. 375. 378. 382. 388 391. 393. 400.
369 Persecutio est perfecta secutio.
370 Dictio frustra quam significationem habeat, nu. 376.
371 Iudex in causa criminali procuratorem recipere non potest.
372 Sententia lata sine causae cognitione est ipso iure nulla.
373 Causa statutus prohibetur agi per procuratorem.
374 Dictio (penitus) importat actum esse nullum.
375 Actus ualet, si ea fiunt per procuratorem, quae per eum fieri non possunt, & pars non opponat.
377 Lex abhorret quòd iudex cognoscat de crimine publico in absentia accusatoris, uel accusati.
379 Lex uult examinari causa capitalis in praesentia accusatoris, & accusati.
380 Poena calumniae an possit per partem, & iudicem accusatori remitti, nu. 382. cum seq.
381 Intellectus ad l. quamuis. C. de adul. nu. 399.
383 Vtilitas publica suadet calumniam, & maleficia puniri.
384 Calumniae posse aliquem accusare, licet de ea nihil dictum sit in primo iudicio.
385 Abolitio publica, nec priuata prodest fallaciter, & per calumniam accusantibus, nec specialis indulgentia principis.
386 Intellectus ad l. fallaciter, & ad l. abolitio C. de abolitio.
387 Iniuriam ex crimine priuato sibi illatum licet possit quis remittere, quantum ad actionem ciuilem tamen non potest pacisci de accusando criminaliter.
389 Calumnia tendens ad uindictam publicam remitti non potest.
390 Sententia non tenet ubi iudex in plenario iudicio dicit summarie cognouisse.
392 Cautio praestationis potest remitti procuratori.
394 Crimina punienda sunt undecunque clarescant.
395 Sententia lata pro uno in causa in qua agens non petit sibi aliquid sibi dari, uel fieri, prodest omnib.
396 Sententia pro procuratore accusantis prodest accusatori.
397 Calumnia accusatoris, & fallacia confutari debent.
398 Calumnia hoc ipso remissa uidetur, quod non sit probatum crimen
401 Sententia lata super confessione, & spontanea rei ualet si totum iudicium esset nullum, tanquam lata super notorio.
402 Confessus non potest opponere de ineptitudine libelli.
403 Confessus per tormenta non potest opponere, quod non potuit interuenire procurator.

1 Materia huiusce tractatus ut Bartol. exorditur in hoc. § ad crimen. est †fecunda, & secundum Alb. † est solennis, & subtilis. Quorum sententiae astipulari uidetur paulus Castrensis in l. seruū quoque. §. pub. ff. de proc. qui hanc materiam nedum subtilem, & utilem sed periculosam, & confusam dicit, nec ab horum patrum sententia discedit. Ang. in l. reos. C. de acc. qui & ipse subtilem, utilem, & altam fore attestatur. Ego tamen quanto clarius & breuius potero in hisce caloribus enitar totis uiribus eam uobis explicare, nonnulla pro planiori intellectu praemittendo, deinde ordinate ponam quamplures ampliationes, & limitationes ad huiuscemodi §. ultra eas, quas tradunt Mod. in cap. uen. de acc. quas ex post succincte, & tanto subtilius quantum potero disputabo, ut & procuratoribus si potero & causarum patronis eminentissimis satisfaciam. Est igitur primo praemittendum illud uulgare † quod sine accusatore nemo damnandus est. l. rescrip. §. si quis accus. ff. de mun. & hon. quod non solum procedit in publicis crim. sed etiam in priuatis delictis. l. fin. ubi pulchre Alber. ff. de in ius uoc. facit text. in ca. 1. ut eccl. benef.

& tradit

& tradit Bart. in extrauag. ad reprimendum in uerbo per accusatione. † & sic ut quilibet admittitur ad testificandum qui uero reper. e prohibitus. l. 1. de test. † ita admittitur qlibet ad accusandũ qui à lege non ꝓhibetur gl. in rub. C. qui acc. non pñt cum similibus de qui bus per Hippol. in cons. 84. col. 1 non tñ ita passim, & ita facile cuipiam accusare ꝑmitti tur. † qñquidem oporteat quemlibet accusatorem se ad pœnam talionis inscr bere lege 12. tabularũ hoc dictante. §. pœna. inst. de in stit. de iniur. & l. si cui. ff. de acc. & l. fi C. eod. quod ẽt a lege canonica ꝑmittitur. 8. q. 4. c. i. & c. quisquis. 2. q. ult. † immo accusator, & ac cusatus debent detineri in pari custodia d. l. fi. C. de accus. & l. 3 ad l. Iul. maiest. & tradit Bart. inf. in 2. col. † est uerũ ꝙ Guid. de Suz. in l. fi. de acc. dicit, ꝙ sæpe uidit peti ꝙ accusato ri in carcerẽ detruderet una cũ ipso accusato tñ hoc nunq̃ de cõsuetudine seruatum fuit, & istud est ẽt de mente Bar. & Alb in d. l. fin. Et † subdit Alb. ꝙ de cõsuetudine amplius nõ fit inscriptio, † tñ hoc nedum à lege antiqua ac media iuris prudentia, & lege cæsarea statutum est, sed ẽt a lege pontificia, † & hæc est potissima rõ, ꝙ ex parte accusatoris ad crimẽ publicũ ꝓsequẽdũ ꝓcurator cõstitui nõ põt, & non ab re dicit Alb. in l. in priuatis ff. ad Turp. ꝙ † in hisce casib. in qb. non hẽt locũ pœna talionis, non ꝓcederet. §. nr̃ qđ non puto uerũ, & maxime, † qa in casibus in qb. ꝓceditur ꝑ uiam inqsitionis, seu denũciationis, de qbus ꝑ Bar. in l. 2. §. si pub. ff. de adul. & in extrauagãti ad reprimendũ in uerbo ꝑ inqsitionẽ. & in uerbo ꝑ denunciationẽ, non ꝓcederet huiuscemodi. §. & tñ ipsemet Alb. in d. l. seruũ quoq; §. pub. col. 6. uult † ꝙ ẽt ex parte inqrentis, seu denũciantis procurator cõstitui non possit, cuius sñiæ astipulatur vulgaris regula. §. affinitatis, inst. de nupt. & l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hæred inst. est uerũ ꝙ Io. de Anan. in suo cons. 1. refragari uĩ opinioni Alb. in d. l. seruum. §. pub. crebrior tamen, & solidior cẽsẽ sñia Alb. tum qa accusator, & accusatus non debent ad imparia iudicari, tum ẽt quia ex parte denunciati, & inquisiti ꝓcurator ad crimen publicũ persequendum cõstitui non põt. ergo nec ex parte inqrentis, seu denunciantis per illud uulgare nõ debet actori licere qđ reo nõ permittiĩ. Secundo ꝑmittendũ est † ꝙ publicũ iudiciũ põt tripl'r sumi. s. stricte, & large, & largissime, ut Bald. Ang. & Imo. dñe in l. 1. supra eodem. In hoc tñ tex. ẽm Ang. & Imo. capitur stricte, & dr̃ stricte publicum iudiciũ ubi lege cautum est, ꝙ si publicum, & in hoc public intelligit ẽt l. infamẽ. eod. tit. & l. qui publ. co ff. de acc. † & in hoc publico iudicio ubi est certa, & determinata pœna hẽt locum pœna talionis. ut tradit Alb. in l. in priuatis. ff. ad Turp. † & i le q desistit ab accusando, & ꝓsequẽdo crimẽ publici iudicii incidit in Turp. † qđ solũ uẽdicat sibi locũ in crim. pub. l. i. C. ad Turp. & l. si qs repentes §. fi. ff. ad Tur. † Sunt tñ quædam publica iudicia in quibus qs puniĩ extra ordinẽ, & pœna pecuniaria, ut in l. 1. infra ad l. Iul. de ann. l. 1. ad l. Iul. de amb. & in aliis casib. de qbus per Abb. in d. l. in priuatis, & in quibus probabil'r posset dici non hr̃e locum huiuscemodi. §. sed inf. dicã. Tertio ꝑmittendum est, ꝙ † licet text. loquaĩ de publico iudicio tñ ẽm cõem opin. habet etiam locum ĩ priuato, ubi imponitur pęna corporis afflictiua. † Et sciendum est ꝙ delictorũ priuatorũ quędam sunt noĩata, & q̃dã innominata. Noĩata. n. sunt furtum, iniuria, & rapina, † ut in casu. l. si quis ex domo. ff. ui bonorũ raptorũ, † & de his priuatis delictis nominatis loqtur titulus de priuatis delict. † Innoĩata aũt sunt illa de quibus in titu. de extr. crim. † & in his delictis, in qbus pœna non est determinata à lege, non hẽt locũ pœna talionis, sed accusans ponitur extra ordinem, qa ẽt in his priuatis delictis proceditur extra ordinẽ. l. fi. de pri. del. & l. in priuatis. ff. ad Turp. † nec hẽt locũ pœna Turpilliani, de qua in l. 3. §. fi. ff. de præuaric. Quarto, & ultimo ꝑmittẽdum est. † ꝙ in hac mã sunt plures tex. qui uiñ diuersimode loqui. & primo tex. in l. i. ff. an per alium cau. appell. q loquitur in principio, ꝙ in criminib. alius ꝓ alio non põt appellare, † tñ appellatione criminis tam priuatum, q̃ publicum, & tã leue, q̃ graue continetur. iuxta l. leuia inf. de accus. tñ ille text. in uerbo finaũt. loquitur de causa capitali, & cuius appellatione strictissime uenit pœna sanguinis. l. transig. C. de trãsac. strictæ uero pœna dãnationis in metallũ, & deportationis. l. exilium. ff. de interd. & releg. † & tñ est ualde dubium an tex. nr̃ habeat locum in relegatione quæ large dr̃ pœna capitalis. l. licet. ff. de uerb. sig. Item tex in l. seruum quoque. §. publ. de procuratori. tradit pro regula. ꝙ in causis capitalibus defensio datur;

uur ergo uŕ innuere ꝙ possit admitti procu
31 rator † imo tradit pro regula, ꝙ ubi absens
pōt cōdemnari in criminalibus, ibi admittiŕ
procurator, & tamen in hoc tex. l. C. uŕ innue
re ꝙ possit ferri sñia in absentem. dum dicit
32 sñiam differant. † & ideo iste text restringiŕ
ẽm Ang. & Imo. hic in sñi annotationis bo-
norū. de qua uide pract. Bar. in l. 1. ff. de req.
33 reis. † Est & alius tex. in l. 2. C. de proc. qui ui
detur īnuere, ꝙ solū in causis pecuniariis pos
sit constitui procurator, & tñ alia iura uolūt
& ubi agitur de pœna remotionis ab ordine
alicuius dignitatis. q̄ est minor pœna relega-
tionis iuxta l. 1. ff. de iniu. uel de pœna inter
dictionis loci, uel patrocinii. iuxta. l. mor. ff.
de pœ. ꝙ possit admitti ꝑcurator, & ꝑ ꝑ ista
iura quæ uiŕ adinuicem contrariam hæc mā
difficilia redditur. q̄ quidem infra cōcordabo.
34 Aduerte tñ dū supra dixi † ꝙ in delicto pri-
uato non hēt locum pœna talionis, ut decla-
rat Alb. in l. in pri. ff. ad Turp quia in contra-
rium uŕ casus in l. fin. de pri. del. dū dicit nec
cogendus erit in crimine subscribere, quem
tex. ponderat ibi Alb. & in l. fin. C de iniu cō
sidera si dici potest ꝙ ista iura loquanŕ de sub
scriptione partis, q̄ profitetur se uelle ꝓseuc-
rare in acc. de qua ꝑ Bar. in l. in cui. ff. de acc.
uel dic. melius. ꝙ habet locū subscriptio, sed
nō quasi sit iudiciū publicū, ut dicit pulcher
tex. in l. fi. ff. de fur. q̄a talis subscriptio fit ad
pœnā extraordinariam imponendā arbitrio
iudicis, ut tradiŕ in c. suꝑ his, de acc. & decla-
rat Alb. in d l. fi. Sūma hunc tex. & eum diui-
de ut hic ꝑ Bart. cū quo transeūt Benedictus
de Plūb. & Imola hic, alio tñ modo cum sum
mat Ang. hic & diuidit ut ꝑ eum, summariū
placet, diuisio autē minime, nam dubiū facie
35 bat in hoc text. 1. regula quæ habet, ꝙ † per
locum à ciuilibus ad criminalia arguitur. l.
abſētē ubi gl. Ia c. de Aten. Petrus, & ceteri. ff.
36 de pœ. sed † in ciuilib. admittiŕ ꝑcurator, &
añ litē cōtestatā, & post, siue agatur ciuilŕ ex
cōtractu, uel quasi, siue agaŕ de crimine ciuilŕ
de primo est tex. in l. 1. §. uisus. de ꝑc. de secū
do est tex. in c. tuæ. in fi. de proc. Secundo fa-
37 ciebat dubium in hoc tex. nā † causa famę, &
causa uitę æqparetur. l. iusta, de man. uind. &
38 l. fi. ff. q̄d metus causa, † sed in causa famæ in
teruenit procurator. l. furti. §. q̄ alie. ff. de inf.
imo interest ipsius rei cōuenti ꝙ possit cōsti
tui ꝑcurator, q̄a qñ ꝑcurator cōdēnatur, nec
ipse, nec dñs infamatur. Tertio faciebat du
bium, nam ille qui ꝓsequiŕ appellationem ac
cusati uel inqsiti cōdemnati allegat causam
39 causæ, † & tamen inuito reo quis pōt appella-
re l. non tm̄. de app. & l. add. C. de appellat.
40 † imo potest quis absentē defendere l. si non
41 defendaŕ. ff. de pœn. & l. 2. inf. de cust. re. † Itē
quis potest sine metu pœnæ talionis in cri-
mine publico, & capitali paciſci, & trāſigere
l. si de præua. & l. 1. de bonis eorum qui ante
sent. sibi mor. cōsc. si ergo q̄s potest appellare
inuito reo, & pōt transigere sine metu calū
niæ siue fit accusator, siue reus, quare non de
bet posse cōstitui ꝑcurator. primę rōni dubi
tādi respōdeŕ, ꝙ illa regula procedi ubi ē ea-
dē ratio, & ubi cōtrarium expresse nō repiŕ,
42 † & ideo dixit singulŕ Rom. in sing. suo. 688.
ꝙ dilationes induciarū, quæ dantur reo per
auc. offeratur C. de litis cont. non datur in
43 criminalib hinc est ꝙ † si quis uulneretur à
pluribus, & ab uno mortaliter, si moriaŕ oēs
puniūtur pęna l. Aquil. l. itē Mel. ff. ad l. Aq̄l.
& tamen non puniuntur pęna homicidii ẽm
Anch in cons. 116. & Alex. in cons. 16. uol. 1.
44 Secundæ rōni dubitādi respōdetur † ꝙ l. iu
sta, loquitur quantum ad causam manumis
sionis. quia sicut iusta manumissionis est cā.
ubi seruus dominū liberauit ꝑiculo uitæ ita,
& periculo īfamię. Itē illa regula procedit in
bonis uiris. l. isti q̄dē. ff. quod met. causa. Sed
apparēt rari nantes in gurgite uasto, nō autē
procedit in delinquētib. iuxta illud oderunt
peccare boni uirtutis amore, oderūt peccare
mali formidine pœnę, uel dic ꝙ causa famæ
æq̄paraŕ cāę crimīali, ubi agiŕ ciuilŕ, q̄a utro
que casu pōt īteruenire ꝑcurator. uel dic ꝙ
ibi īfamia uenit in cōñam, & isto casu admit
tiŕ ꝑcurator. secus si principalŕ, gl. in l. nō so
lū. in §. fi. in gl. pen. supra de ꝑc. nam si admit
taŕ procurator ipse nō īfamat. d. §. ꝙ alieno,
nec ēt dñs. Tertiæ rōni dubitādi d. l. nō solū.
uno mō rñdet Alb. ī d. l. seruū quoq; §. pub.
ff. de ꝑc. & dicit ꝙ ille tex. procedit ex quadā
cōiunctionē, q̄ est inter hoīes. Alio mō rñdet
Bart. in d. l. non tm̄. circa fi. ꝙ ille tex. loq̄tur
ubi reus est incarceratus. sed prima solutio
Alb. nō cōcludit, q̄a attēta illa cōiūctiōe dēt
ēt posse constitui procurator. nō facit ēt opi.
Bar. q̄a tex. in l. 1. ff. an ꝑ aliū cau. uult absolu
te ꝙ in cā appellationis capitali nō admitta
45 tur procurator † tu respōdet alio mō ꝙ tex.
in l. non tm̄. uideŕ solū loqui de actu appella
tionis, nō aūt de ipsius prosecutione. & hoc
pro

probatur in l. add. C. de app. & ratio potest esse quia si tolleretur tps ad appellandum datum, inferretur praeiudicium ipsi reo irreparabile, quia dr̃et decapitari. facit text. in l. si quis filio exhaeredato. §.hi q. ff. de iniust. rup. irr. test. Vltimae rationi dubitandi uidetur, ꝙ ꝑmittitur alicui siue sit accusator, siue reus redimere sanguinem suum per trãsactionem, non tamẽ licet constituere ꝓcuratorẽ.† ideo

46 uidenda est ratio, quare sit accusator non possit constituere procuratore, ut sequamur ordinem I.C. hic, & Bart. assignat hic tres rationes ut hic per eum. Tu aduerte circa primum inquantũ Bart. dicit ꝙ si uera esset ratio But. ꝙ quis posset cõstituere procuratorem uindicando suam, uel suorum iniuriam. arg. d. l. licet quia põt replicari ꝙ ille tex. procedit ubi quis agit actiõe populi, & principa'r uel saltem aeque principali, ꝙ sequitur interesse priuatũ sicut publicum, & si dicatur ꝑut dicit hic Imol. col. 15. ꝙ saltẽ lite cont. in actione populi dr̃et admitti procurator. l. sicut. §. 1. de uerb. sig & tamẽ tex. nr̃ dr̃ absolute, ꝙ ad crimen publici iudicii persequendum frustra interuenit procurator ergo & ante & post lit. cont. replicari potest ꝙ non ab absurdum restringere text. in l. si cui. ut non procedat ubi agitur principaliter ad uindictam publicã ex crimine publico. arg. gl. in l. die. in uerbo quidam. C. q acc. non poss. attento maxime quia in his criminib. publicis reperiuntur multa specialia ut supra dixi. Et si iterum dicatur aduerte, quia tex. noster procedit ẽt in crimine priuato, dico ꝙ est ualde dubium, an iste tex. locum habeat in crimine priuato, & infra demonstrabo ꝙ solum hẽt locum in crimine publico, respõdẽdo ad l. si C. de iniur. alio mõ q̃ faciant Mod. in d. c. uen. de acc. & ꝙ haec rõ sit uera innuit tex. dũ dicit qđ frustra interuenit procurator. q innuit ꝙ ex quo est crimen publici iudicii, ad eũ ꝑsequendũ non põt interuenire ꝓcurator. & ita intelligũt tex. hunc Mod. Sen. in d. c. uen. in 5. col. uer. circa primũ & in uer. 6. rõ sed iste intellectus nõ est tutus quia tex. postea subdit, & multo magis ad defendendũ.† & tamen in actione populari ex

47 parte rei põt admitti l. q populari actione. ff. de pop. act. Secunda rõ est, † ex parte accusa-

48 toris q est uerior ceteris. quòd ideo nõ põt accusans cõstituere ꝓcuratorẽ, qa tenet se subscribere ad poenã talionis. q ratio ꝓbat in c. tuae. de ꝓc. & cum hodie ista ratio sit abolita per generalẽ consuetudinem. ut qꝫ possit defendi haec op ꝙ ex parte accusatoris nõ pos-

49 sit interuenire ꝓcurator, † qa correcta rõne legis, censetur correcta ipsa lex gl. in l. 1. de leg. tut. & si dicatur prout dicit Aret. in l. 2. in 3. col. in uers. circa tertium requisitum. de uulg. & pup. ꝙ licet sit correcta ratio legis remanet tñ lex fundata in auctoritate. facit gl. ſm eum in l. lib. ad fi. ff. de min. & id, quod dicit Bart. in l. cum hi. §. trãsactionẽ. de transac quae iura uolunt, ꝙ licet tollatur rõ solẽnitatis introducendae in alienatione rei ecclesiasticae, uel in transactione alimentorũ. non tñ

50 cessat solemnitas.† qa dico ꝙ id, qđ dr̃ ꝙ correcta rõne legis censetur correcta ipsa lex ꝓcedit ubi ratio est gñalr̃ correcta. Secus si sit correcta in aliquo casu, quia tunc non cessat legis dispõ. ita intellr̃ tex. in l. 1. in fi. de min. ubi licet reperiatur aliquis minor qui bene gerat negocia sua. tñ iura loquentia de mi-

51 noribus non cessant in tali crimine. † nec aliquid facit gl in l. lib. ff. de cap. dim. immo facit pro gl. in d. l. 1. de leg. tut. quia gl. ibi sentit ꝙ si illa imaginaria uenditio, de qua ibi fuisset cã illius capitis diminutionis, ꝙ isto ca-

52 su esset correcta ipsius legis dispositio, † sed ubi erant duae rõnes licet una sit correcta, nõ censetur correcta lex §. affin. inst. de nup. attenta ista opin. infertur, ꝙ siue procedatur per uiam accusationis, siue per uiã exceptionis, uel alio quouis modo ex parte accusatoris ingrentis, uel denũciantis, aut excipientis, põt interuenire ꝓcurator. licet cõtrariũ sentiant cõiter interpretes hic cum aliis copiose relatis per Mod. Sen. in d. c. uen. de acc. in ult. ch. Infertur secundo ꝙ non est tm̃ dubitandum, an possit cõstitui procurator ad libellãdum tm̃, uel ad lit. cont. uel ad excipiendũ, ut infra ꝑ Bar. Ang. & Im. ubi dicemus Tertio

53 infertur, † ꝙ in his casib. in quibus non habebat locum poena talionis. de quib. per gl. Bart. & alios in l. si cui inf. de acc. & in l. qui crimen. C. q acc. non pos. & ꝑ Bart. in l. 2. §. si pub. inf. de adul. poterat cõstitui ꝓcurator, qa cessabat ratio poenae talionis. de qua in d. c. tuae. de proc. & in l. 2. C. qui acc. no poss. Et si qspiam subtilr̃ diceret licet cesset illa ratio militant tñ aliae rõnes, & maxime illa ꝙ ipse principalis magis accurate, & diligenter defendet ipsam cãm qa dico ꝙ illa hẽt locũ, ubi principalis posset subire capitis periculũ l. 1. C. ad l. Cod. de fal. de quo tñ dicã plenius infra.

54 infra Sed † tota difficultas cōsistit in indagādo rationem, quare ex parte rei non possit interuenire procurator. & Bar. hic uř tradere quatuor. & duas alias tradit in extrauagāti ad reprimendum in uerbo legitima, quas refert hic Immol. col. 15. & duas tradit Spec. relatus hic per Imol. & do. Bened. & Plumb. col. 11. & has rōnes & dicta Imol. referunt Mod. in d. c. uen. col. 4 de acc. Veritas cōsistit in tribus rōnibus adductis hic per Bartol. & licet oēs improbent. prima defendi tñ potest ꝙ mens gl. hic fuit dicere, ꝙ sicut sn̄ia capitalis non potest ferri in absentem, non possit ēt ferri in procuratorem. & si dicatur ex quo non potest ferri in procuratorem, q̄a nō deli 55 quit poterit ferri in ipsum dn̄m † l. fin. ī uer. sinaūt iudice contra eum probaturo. C. de in iur. replicari potest ꝙ ille tex. procedit in delictis leuiorib. sed in crimine publici iudicii, in quo uenit imponenda pœna capitis, sicut nō potest ferri sn̄ia contra procuratorem, q non deliquit, non potest ēt ferri contra absentem 56 † quia ratio non patitur, ut in graui delicto abs̄s condemnetur. ut dicit tex. in l. 1. de req. reis. Et si quispiam diceret hoc modo declarādo, hæc ratio erit eadem cum ratione Bar. dicatis ꝙ ideo non p̄ōt cōstitui procurator. quia iudicium posset reddi elusorium. quia uidens aliquis se posset condemnari, cōfugeret ad ecclesiam Diui Antonii, & cōstitueret procuratorem, quia dico ꝙ est eadem ratio indubitanter (quæ s̄m Bart. & alios, & cōiter tenetur) ne delicta remaneant impunita. Sed 57 contra eam ultra alios opponitur, primo † & uř ꝙ licet executio sn̄iæ non possit reddi elusoria, non potest constitui ꝓcurator. probat. in d. c. ueniens de acc. s̄m Aret. ibi. nam ibi executio sn̄iæ non poterat, ut dixi reddi elu 58 soria † quia depositio ab offō. & beneficio, de qua ibi, trahit secum executionem, & tñ prohibetur constitui procurator & tñ attēta rōne Bart. ubi iudicium non pōt reddi elusorium, dr̄et admitti procurator. Secunda obiicitur difficultas. nam ex crimine ꝑꝑ quod uenit imponenda pœna relegationis. iudicium non potest reddi elusorium, quia pōt ferri in abs̄tem. l. abs̄tem. ff. de pœnis, & tñ Bar. inf. in 3 col. uult ꝙ in causa relegationis non possit cōstitui ꝓcurator, & tñ debet posse constitui, ex quo iudiciū nō potest fieri elusorium, 59 † cum abs̄s possit relegari. Tertia obiicitur 60 difficultas, † nam ille qui in crimine semel comparuit in iudicio, si postea se absentet, licet uere sit abs̄s c. comparati, de appellatiō iuris interpretatione uř p̄ns probatur ex notatis in l. fin. ff. de in integ. rest. rit generali, ubi sn̄ia lata contra eum, qui non dimisit procuratorem, dr̄ lata contra absentem, secus si cō 61 tra eum qui procuratorem cōstituit. † primæ difficultati r̄ndetur, ꝙ est uerū ꝙ in c. ueniēs executio non potuisset reddi elusoria, quia sententia illa trahit secum executionem. sed bene potuisset reddi sn̄ia elusoria si potuisset constitui ꝓcurator, q̄a in ipsum non potuisset ferri sn̄ia, nec ēt in illum reum abs̄tem. ꝑ regulam. l. absentē ff. de pœn. Secundæ difficultati r̄ndetur, ꝙ uerior opin. est, ut dicimus 62 infra. ꝙ † in causa relegationis possit cōstitui procurator ꝑ text. in l. seruum quoq;. §. pub. ff. de proc. Tertiæ difficultati r̄ndetur, & fa 63 teor ꝙ † ille qui dimisit ꝓcuratorem dr̄ p̄ns iuris interpretationem, sed in causis grauib. requirit p̄ntia uera, non aūt interpretatiua, 64 per regulam d. l. abs̄tem ff. de pœn. † Et sic habes defensatam cōem rōnem ab impugnationibus Aretii, in d. c. ueniens, in 12. col. de accus. qdquid dicant repetentes ibi in 4 col. qui dñt ꝙ nulla cōcludēs rō possit assignari. 65 Tertia † & ultima datur rō per Bart. hic tam ex parte rei q̄ accusatoris, ꝙ ipse principalis magis accurate, & diligēter defendet causam suam, quæ ratio s̄m Bal. Ang. & Immol. hic 66 fuit † gl. in l. non solum in fi. ff. de proc. licet repetentes in d. c. ueniens, uers. 5. ratio, dicant ꝙ in libro suo illa gl. hoc non dicit, sed decipiūtur in hoc. nā hæc rō uř indubitabilis. s̄m Imol. hic, & post eū Mod. in d. c. uen. quia ubi pōt ꝓcedi cōtra absentē, ibi pōt interuenire ꝓcurator. l. seruuū quoq;. §. pub. supra de ꝓc. Et tñ ēt in isto casu militat ratio, ꝙ quis accuratius diligentius, & fidelius causam suam 67 tuetur. Et † si dicatur ꝙ in casu. §. publice, s̄m intellectum Bart. infra non admittitur procurator tanquam procuratur, sed tanq̄ excusator, & instructor q̄ solum potest prodesse absenti, non aūt nocere, certe ista solo confunditur ꝑ illum tex. dicentem quemuis allegantem innocentiam dr̄e admitti, quæ uerba innuunt, ꝙ etiam tanquam procurator admittatur, qui potest prodesse, & noce-68 re dño, c. 2. de confess. † Et ideo considera, si potest alio modo intelligi text noster, & ille tex. nam in hoc text. dicitur ꝙ ad crimen publici iudicii persequēdum frustra interuenit procu-

procurator, modo dr in l. reos. C. de accus. ꝙ leges publicorũ iudiciorum reos ꝑmittũt in capitalibus causis etiam per procuratores defendi. dico ꝙ ille tex. est intelligendus ubi rei sunt absentes ex iusta causa, & ur ꝙ tunc sit admittendus procurator. & in his terminis ex mēte Ang. quem nullus hic refert potest intelligi ille tex. dum dicit ꝙ ordinarium, & æquum est, quemlibet debere admitti ad indagandã innocentiam, & sic ad allegandum causas abñtiæ. tex. uero ur loquitur ubi quis latitat, & nõ uult cõparere, licet possit, iuxta l. Flac. §. qd sit latitare. ff. ex quib. cau. in pos. 69 catur, & ita intellr tex. hic. † & hoc mõ posset inferri, ꝙ abñs ex iuxta causa in criminalib. posset cõstituere ꝓcuratorem, secus tñ in latitante, esset tñ magna restrictio ad iura dicentia, ꝙ in crimine capitali non admittatur ꝓcurator, quæ sunt plura, ut dixi, sed posset replicari ꝙ æquũ est, regula fallere, ubi æquitas hoc suadet. l. 2. §. item Varus, de aqua pl. 70 arcen. † sed tenendo cõia, põt dici ꝙ ideo nõ põt admitti ꝓcurator, qñ proceditur contra hñtem, quia posset ei fieri maius ꝑiudiciũ, ex quo abñs potest damnari, & ideo æquitas suadet, ꝙ isto casu non admittatr proc. arg. in l. exig. § fi. cum ibi not. C. de proc. & si qs subtilr diceret in casu l. sic diu. C. de proc. & 71 in casu l. lex Corn. §. cõstitutum. † & in extrauag. ad reprim. in uerbo legitime, põt ferri snia in absentes, ergo põt interuenire ꝓcurator, dico ꝙ lex non cõsiderauit tm̃ pręiudicium in illis casibus, ex quo uoluit ꝙ possit ferri snia contra absentem, patet in crimine læsæ maiest. ubi admittunt ẽt testes famosi. 72 Tertia datur rõ, † quia si admitteretur procurator, reus uidens se posse cõdemnari, non compareret, sed hac rõne attenta, idem faceret aliqs ubi uocaretur in seruitutem, & tñ põt cõstitui procurator. & ideo Mod. in d. c. ueniens, dñt non posse assignari cõcludẽtem rõnem, & tñ in col. 30. in 15. q dñt ꝙ quidã assignant hanc rationem, & ideo in causa criminali non potest constitui procurator. quia iudex ex inspectione in faciem, & in ꝑsonam rei, qua trepidatione, & quo colore, & uultu loquatur accusatus, uel inqsitus melius cognoscet, lex ergo uoluit ꝙ in causa tanti præiudicii, nõ debeat admitti ꝓcurator, ut causæ ipsæ melius innotescerent, & liqdarentur, & hãc rõnem posuit hic Imo. in effectu co. 15. & Alb. in d. §. pub. i 10. col. in uer. sed quid si audita causa, & clarius Aret. in d. c. ueniens. Et ꝑ ista rõne iudicio meo est tex. expressus. in c. tuæ, de proc. & eo maxime quia procurator agendo cãm negligentius ꝑiudicaret reip. sed ista rõ licet cõcludat ex parte rei, non tñ cõcludit ex parte actoris, qui non 73 teneť amplius ad pœnã talionis. Et ideo considera † ꝙ lex quantum põt nr restringere facultatem accusandi. l. si cui. infra de acc. & l. fin. eo. tit. ibi, innocentiam feriamus & ideo ubi quis uult accusare, lex uult ꝙ ipsemet accuset. & ubi accusauit si desistat, afficit cũ pęna, de qua in l. 3. §. fi. de ꝑuar. Et hoc facit, ne aliqñ contingat innocẽtes dãnari. d. l. fi. ibi. ne innocẽtiã feriamus, nil mirum ergo si nõ uult ꝙ accusator possit cõstituere procurato-74 rẽ † ex parte uero rei, qa causa ẽ magni præiudicii, adeo ꝙ reus in causis criminalib. suis defensionib. renunciare non põt, gl. in l. pactũ inter hæredẽ. ff. de pact. ideo uult ꝙ non possit proc. cõstituere. attento maxime, qa ẽt interest reip. ut uterque tã accusans, q̃ accusatus compareat corã iudice, ut possit dignoscere, quo uult, & quo colore, & qua animi trepidatione loquatur. iuxta l. 3. ff. de testib. & ſm Bart. ad finem huius. § ur ꝙ intersit ẽt reip. ut accusans ipse ẽt compareat. & sic iungitur quodãmodo fauor publicus cũ priuato. ut pulchre declarat Aret. in d. c. ueniens, col. 12. sed ista ratio fauoris publici non tm̃ cõsideraf q̃ præiudicium ipsius rei cõuicti. patet, qa ubi accusans, uel accusatus suspicabit se posse cõdẽnari, uterq; põt trãsigere, & sic sanguinẽ suũ redimere, ꝙ sic isto casu nõ ꝓcedit titulus de præuar. nec ꝓcedit l. in fisci causis. ff. de iu. fis. ut est casus in l. 1. in fin. de 75 ꝑuar. † Et ꝙ lex magis cõsideret præiudiciũ ipsarũ partium, q̃ reip. probatur in l. 1. de requir. reis. ubi lex uult ꝙ in casu graui absens non possit cõdẽnari, & ex quo uult ꝙ absens possit cõdẽnari ꝑꝑ grauitatem causę, uult ẽt ꝙ non possit interuenire procurator ꝑꝑ grauitatem causæ, quia ista duo procedunt à pa-76 ri. Primo nota ex hoc tex. † ꝙ ad crimen publicum persequendũ frustra interuenit ꝓcu-77 rator, & est aduertẽdum. † quia omnia iura loquunť in criminib. publicis, ut probatur in l. tunc conuenit, C. de acc. & in l. de fide. C. ad l. Cor. de fals. & in l. 2. C. qui acc. nõ poss. 78 † & ideo Ang. hic in 3. col. fuit in ista opi. ꝙ ubi crimen est publicũ, siue possit ferri sentẽtia in abñtẽ, siue non, siue possit ĩponi pœna

corporalis,siue pecuniaria, ꝙ in crimine publici iudicii nõ possit interuenire ꝓcurator. & pro ista op. Ang. multum stringit text. hic in fi. qui uř præsupponere, ꝙ hic possit ferri snīa, & restringere istum text. ad snīam notationis bonorũ, ut dnt Ang. & Imol. magna esset restrictio, quia appellatione snīæ ita põt includi snīa causæ principalis, sicut annotationis bonorũ. & suadetur ista op. Ang. quia ita dř publicum crimen illud, quod non est 79 capitale, sicut illud, quod est capitale, † qa publicorũ iudiciorũ quædam fuit capitalia, qdã non capitalia l. 2. supra eo. ergo tex. iste debet intelligi de utroq; crimine. facit pulcher tex. in l. cũ de lege, ubi Aret. ff. de test. & suadetur hæc op. Ang. quia crimina pub. hñt nescio qd spãl tatis. qđ non hñt crimina priuata, probari uř in l. fi. de furt. ut dixi supra 80 † Contrarium tñ tenet Imol. hic. quem sequuntur formalř Mod. in d. c. uen. in 2. mẽb. in 1 q in 8. col. qui adducunt post Angel. & Imo. hic tres tex. & primo l. 3. ubi sen. uel cla. ubi plane probatur, ꝙ etiam sunt quædã crimina priuata, quæ per procuratorẽ exerceri 81 non pñt. † Ad idem facit tex. in l. 1. C. ut tã ciu. q̃ crim. cau. iuncto princ. cum fi. nam ibi in principio fit mentio de furto, quod clare est priuatum delictum, & tñ dř in fine quod accusatione instituta contra officialẽ, finito offõ debet causa ipsa per se prosequi. nõ aũt 82 per ꝓcuratorem. Et suadetur ẽt per tex. in l. 1. an ꝑ alium cau. app. qui tex. facit dřiam, an causa sit pecuniaria, uel capitalis, & in capitalibus uult ꝙ non admittatur ꝓcurator, secus in causis pecuniariis, & tñ in capitalib. lex illa non distinguit publicũ crimen à pri-83 uato, † sed tu aduerte qa Ang. non negat qu §. nř habeat locum ẽt in priuatis criminib. sed uult ꝙ ĩ crimine priuato fiat distõ, an sit capitale, uel non. & non uult ꝙ ista distõ fiat in crimine publico. qa ita dř proprie crimen publicum, ubi imponitur pœna pecuniaria. sicut ubi imponitur pœna capitalis & multa sunt spãlia in ipsis criminib. publicis. contra 84 Ang. tñ dř casus in † d. l. tunc cõuenit. C. de acc. q̃ ꝑprie uult ꝙ in criminib. publicis ubi causa deposcit inscriptionẽ, non possit interuenire procurator, secus in pecuniariis causis, ut ibi subdit tex. Tota igř difficultas reducitur ad hoc, an in criminibus publicis in quibus imponitur pœna pecuniaria, sit necessaria inscriptio, & iura absolute dñt ꝙ in criminib. publicis sit necessaria ĩscriptio, nec distinguunt capitalia à non capitalib. Pri-85 ma † ergo ex prædictis datur ampliatio ad hunc tex. ut procedat nedũ in delictis publicis, uerumetiam in delictis priuatis. Secunda datur ampliatio ut procedat etiã in crimine 86 quasi publico. † & sic in crimine suspecti tutoris. quod est quasi publicum. l. 3. §. cõns. ff. de. susp. tut. nã si agatur ut tutor debeat principalř puniri, nõ admittiř procurator. ut plene ꝑ Imol. hic in 6. col. ubi plene dicã, secus tñ si ageretur ꝙ principalř remoueretur a tutela, qa licet posset contingere ꝙ puniatur, tñ attenditur id, quod principaliter agiř. ut hic plene per Imol. & probatur ultra eum. quia reo existente non soluendo posset imponi pœna corporalis l. fi. de in ius uoc. & l. si quis id qđ §. in seruos. ff. de iurisd. om. iud. 87 Tertia datur ampliatio ad hunc tex. † ut ẽt procedat ubi proceditur per uiã inqsitionis, quia inqsitio de iure ciuili succedit loco accusationis l. 2. §. si pub. ff. de adult. secus tñ est de iure canonico ubi nõ agitur de pœna sanguinis. c. snīa. ne cler. uel mon. & tradit Alb. in l seruum quoq; §. pub. in 6. col. in uersic. itẽ est casus satis notabilis. ubi ẽt ultra alios And. de Pisis. & Bal. ff. de proc. & idem tenet Bar. in d. l. si cui. §. 1. & hæc ampliatio de plano procedit, ubi illa pœna quæ imponitur ꝑ uiam accusationis, imponitur ẽt ubi ꝓcediř ꝑ uiam inquisitionis. Quarta dař ampliatio 88 † ut ẽt procedat, ubi opponitur de crimine ꝑ uiam exceptionis ad finem puniendi. quia isto casu non põt interuenire ꝓcurator. ẽm Mod. in d. c. uen. in 3. q in ult. mẽbro. in pen. col. ubi ẽt quærit an admittatur ubi procedit 89 per uiam denũciationis. Quinta † ampliatio datur ẽm Bal. in d. l. seruũ quoq; §. pub. ut adeo sit prohibitus ꝓcurator in criminalib. ꝙ non possit ẽt offerre libellum, qa libellus est de substantia iudicii l. accus. ff. de adult. & libel. non põt substantiari in persona procuratoris multo minus poterit addmitti ad litẽ cont. ut dñt Mod. in d. c. uen. col. 4 2 in uer. 3. qro. & dicam infra. Sexta datur ampliatio 90 † ut nõ admittař ẽt ad mediũ causæ qa tex. hic dicit simplř ꝙ nõ admittiř ad crimen publici iudicii ꝓsequẽdũ. ergo uideř remouere 91 ꝓcuratorẽ ab oĩ ꝓsecutione † qa cũ remouetř genus, remoueř ẽt qlibet eius spẽs. ita tenet Spec. in t. de ꝓc. §. 1. uers. sed nunqd. ubi Io. And. ĩ add. ad eũdẽ Spec. post Rofr. Tãcr. & Alber,

Alb. Gal. & hæc ampliatio de plano, pcedit i his casib. in qbus absens damnari non pōt, uel ēt ubi non est incarceratus de quo infra dicā 92 late. Septima cadit ampliatio, † multo minus possit interuenire pcurator ad rñdendū positionib. uel cōfitendū delictū, ſm Bal. in d. l. seruū quoq; l. §. publ. ff. de pc. & rō est, qa reus debet p seipm cōfiteri. idē tenet Sal. i l. 93 reos. C. de accus. Octaua erat ampliatio † ut ēt pcedat, ubi qs accusat de uulnere, & dubitat an uulnus sit mortale, qa isto casu ēt nō admittit pcurator, ita uult Bal. hic dū dicit, φ dēt admitti sub cōdōne, ut talis pcurator habeat pro nō admisso, si cōtigat illū mori, & hoc fortius uult Ioā. de Imol. hic q uult φ nō admittat, nec simplr, nec sub cōdōne, qa posset reddi iudiciū elusoriū, ex quo pars sp eligeret cōparere p pcuratorē sub condōne postea cōdēnatus pœna corpis afflictiua, eluderet iudiciū, & statim φ uideret se posse cōdēnari aufugeret. Sed tu cōsidera, φ ſm Bal. & do. Elor. i l. si uulnerato seruo. ff. ad l. Aql. ubi fit pcessus sup uulnere cū pcuratore, si postea sequat mors, est necessarius alius processus nouus, nec ex primo pōt seq cōdēnatio. ſm Bart. ubi ceteri cōiter in l. dāni i. §. Sabinus. de dam. inf. Franc. de Capitibus listę inter cons. crim. Cæp. in cons. 40. col. 2. posset tñ saluari ista ampliatio, ubi actū esset cōtra uulnerantē, q uulnerasset aīo occidēdi, qa isto casu secuta morte ualeret pcessus & p consñam ñ posset admitti pcurator, nec 94 simplr, nec sub cōdōne. Nona † datur ampliatio ad istū tex. ex mēte Bal. in l. reos. C. de accus. & Bart. in l. 1. de publ. iud. ubi uolunt, φ ubi imponunt duæ pœnę alternatiuæ altera pecuniaria, & altera corporalis, ex quo ibi dat pœna capitalis, iō nō poterit interuenire pcurator, qd de plano pcedit, ſm Imo. hic, ubi electio pœnę spectat ad iudicē. secus tñ si spectaret ipsi reo. Sed tu considera qdqd dicat Imo. qa ur φ omni casu possit admitti pcurator. Attento, φ reus non pōt eligere pœnā corporis afflictiuam, qa nemo est dñs membrorum suorum, l. liber hō. ff. ad l. Aquil. & 95 infra dicam. Decima cadit ampliatio, † ubi lex dicit puniat tali pœna, puta amputatione manus, uel alia. nam illo casu, qa dictio alia, est respectiua similiū, nō esset admittendus pcurator. iuxta not. per gl. ubi Bald. eā multum not. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. Vn 96 decimo amplia singulr † ubi pro delicto agitur principaliter ad infamandum, quia isto casu non pōt ēt interuenire pcurator, & ita uoluit gl. in l. nō solū. §. fi. in gl. pen. quam sequunt Mod. repetētes in d. c. ueniēs. col. 20. in uers. 8. quæro. facit tex. in l. uusta. ff. de manu. uin. & in l. fi. ff. φ met. cau. Secūdo facit, quia si posset interuenire pcurator, iudiciū posset 97 reddi elusoriū † qa pcurator alieno nomine cōdēnatus nō efficit infamis. nec ipse ne ille pro quo comparuit. l. furto. §. q alieno. ff. de 98 inf. Duodecima cadit ampliatio, † ut ēt iste tex. pcedat, ubi pro delicto pōt imponi pœna ppetui carceris, q pœna æqperatur dānationi in metallū, per qd qs efficit seruus pęnæ ſm Bart. in d. l. 2. supra eo. & isto casu ur, qd 99 nō possit interuenire pcurator, † sed tu cōsidera, qa ur φ tex. in l. aut dānū. in fi. de pę. uelit q pęna ppetuij carceris æquiparetur damnationi in opus publicū. de quo plene dixi in l. imperiū. ff. de iurisd. om. iud. hęc tñ ampliatio uera est ut tenet Cæp. in cons. 20. col. 2. 100 ut infra dicam, plene. Decimatertia † cadit ampliatio ad istum tex. ut ēt pcedat ubi pro delicto imponit pœna pecuniaria, & corporalis copulatiuę, qa tunc non pōt interueni 101 re pcur. ſm Imol. hic, † qa ubi cōcurrunt duæ causæ una q nocet, & altera q prodest, debet attēdi causa q nocet l. Pedius §. 1. ff. de de arb. & l. si qs r grauī. §. fi. de pc. & si qspiā subtiliter, diceret, non ne de iure cōi rlr admittitur pcurator? quo casu succedit, id qd dicit Ias. in l. si arrogator. in 13. col. ff. de adopt. ubi dicit, qd qn causa q prodest reducit nos ad ius cōe, illa attēditur, replicari, pōt, φ ēt lex cōis uult, φ rlr ubi agitur de pœna corporis afflictiua, phibet cōstō procuratoris, quo casu qn concurrūt duę causæ, una q phibetur, & altera quæ pmittit, nō attēdit causa pmittens l. si Ruffinus. C. de test. mil. Decimaquarta cadit ampliatio, ſm Bar. hic, 102 φ † ubi stat statutū ut qs possit impune offendi, qa cū hæc pœna sit deportatione maior, ur φ non possit interuenire pcurator, & idē est de mente Bal. in l. 2. de publ. iud. ubi dicit φ si statutū dicat φ q declinat iurisdictionē potestatis possit impune offendi, pdit ius illius ciuitatis, cuius ur factus hostis, qd de plano pcedit ubi talis pęna est ppetua, uerum est φ Bald. in l. seruū quoque. §. publ. ur uelle contrariū, sed præcedens opi. est. uerior & tenenda, quam ēt tenuerunt repetentes in d. c. ueniens. col. 27. in 12. q. de accus. & si dicatur

dicat, ut dicit ipse, ex quo sñia põt ferri in absentē, uř q possit admitti ꝑcurator repli-cari põt q ista conña non tenet ut infra per Bart. in 3. col. ubi dicam latissime. Decima-103 quinta cadit ampliatio, † ut ubi ꝑ statutū imponitur pœna arbitrio ptãtis, ut Papiæ, ubi statuto cauet ex delicto aliquem puniri in ęre uel in persona inspecta qualitate delicti, & cõdõne ꝑsonę arbitrio ptãtis, isto casu non poterit interuenire ꝑcurator, ut plene scribit Signorolus in suis cõsilis cõs. 168. incipiẽte statuto ciuitatis Papię cauet, & tradit plane Anch. in consi. 273. incipiẽte plene, & subtiliter est allegatum. Decimasexta cadit 104 ampliatio † etiam in pulchro casu quē tradit Cœpol. in cons. xx. in ij. col. ubi dicit, q si condẽnatus ad ꝑpetuos carceres aufugiat, q sicut in illa tali causa nõ potest cõparere per procuratorē, ita non potest ꝑ procuratorem testes qui cõtra eũ deposuerunt accusare de falso, ẽm Bal. & Nellum per eũ relatos. Deci-105 maseptima cadit ampliatio, † ut ẽt uxor & filii nõ possint cõstitui ꝑcuratores in causa criminali, immo nec possunt cõparere ꝑ eorũ interesse, ut ꝑ Cępol. in d. cõs. xx. in 2. col. ad fi. de quo tñ infra dicã. Decimaoctaua ca-106 dit ampliatio, † ut ẽt procedat tex. iste, ubi uirtute statuti põt ꝑcedi cõtra absentē, ita sentit Bart. supra in 5. col. & idẽ Bar. ĩ extra uag. ad reprimẽ. nã ẽt isto casu nõ potest interuenire ꝑcurator q possit nocere ipsi reo accusato uel inquisito. & hęc fuit opinio Raynerij in l. reos, ubi Bal. in 8. col. in uer. quęrit ubi absũt, & hãc esse cõem dicit Alex. ĩ cõs. cxvi. incip. Animaduersis statutis, est uerũ q Ias. in l. is q. in iij. col. q test. fac. pos. uř amplectĩ cõtrariã sñiam q immo qñ põt ꝑcedi cõtra absentē in eius cõtumaciã possit interuenire ꝑcurator, & plures alios cita Hipp. in sua practica in §. sequiť in 6. col. & in cõs. 81. in 8. col. ꝑcedentem tñ opin. tenet Cor. Per. in cõs. cxxij in ii. col. uol. iiij. sed infra plene dicã & in disputatione ponã. Decimanona 107 cadit ampliatio. † q adeo uera est hæc opi. ut nõ possit ẽt reus accusatus uł inqsitus cõstituere procuratorẽ ad cõfitedũ ipsum delictum. ẽm Bal. in l. ii. C. quorũ sñiæ app. non reci. Vigesima cadit ampliatio ẽm Angel. & 108 Imo. hic, ut adeo sit uera ista regula: † ut Papa nõ possit de ptãte ordinaria ĩ causa criminali admittere ꝑcuratorẽ, licet de potẽtia absoluta possit hoc facere. & ideo ẽm Ang. princeps põt ꝑ suum rescriptum facere q admittať ꝑcurator in causa criminali. dũmodo in rescripto apponat clausulã nõ obstãte tali lege, sed ista ampliatio apud me est dubita-109 bilis. † qa q nõ admittať ꝑcurator fuit introductũ ꝑꝑ grauitatẽ causę, & qa iudex partibus auditis melius põt ueritatẽ discernere, & ideo sup hoc cogita. Vigesimaprima dať 110 ampliatio, † q adeo uera est istã regula, q ꝑcurator nõ põt admitti ad petendũ restitutionem in integrum aduersus sñiam latã in causa criminali, ita uoluit Bal. in l. 1. §. de qua. de postul. & Aret. in d. c. ueniẽs. col. 20. de quo plene scribit Hippolytus in singulari suo. 221. incipiẽte. Restitutis ĩ integrũ. & idẽ Hippol. in d. §. sequiť. col. 1. Vigesimasecũda 111 dať ampliatio, † ut ẽt ꝑcedat, ubi in crimine publico, seu capitali imponiť pœna ipso iure, qa ẽt isto casu nõ põt interuenire procurator, ẽm Pet. de Ancha. ĩ d. l. seruũ quoq; §. publice interest. ad fi. de ꝑcur. & uult Alex. in addi. Bart. in hoc. §. nostro, & Hipp. in d. §. sequiť. col. 8. in uers. item suos. Vigesima-112 tertia datur ampliatio ad hunc. tex. † ẽt procedat, qñ reus accusatus uel inquisitus est ꝑsens in iudicio, qa ẽt tũc nõ põt interuenire. & ꝑ hac opin. facit iste tex. q gñalř loquitur. Secundo facit tex. in l. 1. ff. an ꝑ aliũ cau. app. agi po. Et merito qa accusans, & accusatus debet esse in uinculis. l. j. 2. & 3. ff. de cust. reo. & si dicať cõtrariũ tenet Bal. in l. reos. C. de acc. & Mod. repetẽtes in d. c. ueniẽs. co. 31. in q. 7. rñderi põt, q l. non tm̃. de app q ꝑ eos adduciť, non facit ad ꝑpositũ, & me-113 rito, † qa ꝑdicti Moder. repetẽtes uolunt, q ꝑ accusatore pñte oblato libello ꝑ accusatorem possit ad oẽs alios actus interuenire ꝑcurator, quod uř contra hunc text. q loquiť gñalř, q ad crimen publici iudicii ꝑsequẽdũ frustra admittiť ꝑcurator, & sic uř re-114 uocari ꝑcurator ab oĩ prosecutione, † & à quo remouetur genus remoueť qlibet eius species l. fundũ. de fundo instr. & l. fi. §. 1. de suis, & legit. & facit quia uř speciale illustri-115 bus q pñt ꝑstituere procuratores, † & tñ in l. fi. C. de iniu. ꝑsupponiť q illustres essent pñtes, nisi dicas tenẽdo opin. Bal. q iura referunť ad absentes, ut ꝑbať in d. l. reos, C. de acc. & in d. l seruum quoq;. §. publice interest. Et certe durũ esset ab hac opin. recedere in 116 practica. Veritas † tñ depẽdet ab illo articulo, an ꝑ carcerato possit interuenire ꝑcurator,

tor, & Bar. hic col. 4. tenet quod sic, & idē tenet Ang. hic col. 1. Imo. col. 9. q. dicit quod sic serua tur de consuetudine. & idē dicit d. Bened. de Plumb. col. 11. & hãc opin. tenet Alb. in d. l. seruum quoq;. §. publice, in 6. col. post Archi di. per eũ relatũ. ubi ēt Bal. dicit quod sic seruat de cõsuetudine. & idē dicit Bal. in l. reos. C. de acc. & est cõis opi. ut testatur Fel. in ca. in ueniemus. de acc. & Mod. repetētes in d. c. ue niens. in 18. q. col. 30. de accusa. & sic s̃m oẽs istos seruatur ista consuetudo. Fundamentũ huiusce cõis sñiæ consistit in quatuor. Pri-
117 mo qa sicut † dñs admittit procurator pro seruo carcerato. l. sciendũ, & l. seruus ff. eod. & l. Lucius. ff. de appel. ita, & quilibet alius. secũdo facit l. si non defendantur. ff. de pœn. ubi carceratus seruus non solũ à dño sed ab oĩbus defendi põt l. nõ tm̃. de appel. ubi Bar. uult, quod ēt ipso reo inuito possit quis causã appellationis psequi. & tñ ille qui non põt constituere procuratorē in cã principali, nõ põt ēt in cã appellationis, ut in hoc §. iuncta l. 1. an causæ appel. per alium red. po. Tertio
118 † facit stringens fundamentum. nam s̃m Bart. in carcerato uñr cessare oẽs rõnes per quas ex parte accusatoris nr̃ prohiberi con stõ procuratoris. patet quia in ipsum pñtē sñia ferri poterit. & contra ipsum executio ni mandari. & hoc mõ iudicium elusorium non reddetur. & quia plenius, diligentius, & accuratius ipse cũ procuratore q̃ solus cau sam suã defendet tñ Io. And. relatus hic per Imo. intelligebat hãc cõem sñiam hoc mo-
119 do, † ut incarceratus posset cõstituere pro curatorem ad oẽs actus. præterq̃ ad litē con testandam, & ad sñiam audiendam: quæ opi
ne noxali l. apud Celsum.§.si quis aũt .ff.de doli mali.& metus excep. q̃ oĩno, ut ibi traditur.æquiparatur causæ lucratiuę. † Quia succedit in delictis duas causas lucratiuas in cõfiscatione concurrere non posse, ut expresse tradit Bar.in l.Mæuius.§.duorum testam. de le.2.& ꝓpea licet duplex qualitas concurrens in persona offensa delictum aggrauare uideatur,qđ & ex lege feudi,& ex lege ciuili puniri põt,tñ quia illa duplex qualitas non reponit delictum in diuersis speciebus, & ubi ita esset una lege duntaxat, cum ex utraque executio quantum ad priuationem feudi fieri non possit,agendum est iuxta tradita in l. senatus ff. de acc. ubi Barth.& in l.nunq̃ plura ff.de priua.delictis,& in l.si gemina.ff.arb.fur.cesarũ Sal.plene in l.qui de crim.C.q acc. non pos. Bal.in l.q sepul.C.de sepul. uiol. ubi dicit qđ duplici lege pœna in executione imponi nõ põt alleg.l.prætor edixit.§.1.ff.de iniur.& idem tradunt cõiter scrib in l.quicunq; C. de seru. fug.& coadiuuatur ex regula tradita i l.in numerationibus.ff.de sol. & in l. 3. §. ex plurib. ff.de ac q.pos.ubi traditur† ꝙ ex plurib.causis eo. uel diuersis tꝑibus cõcurrentibus dñium eiusdem rei quæri non põt, & præsertim in causis lucratiuis quarũ ꝓhibitus est concorsus l.inter stipulantẽ,§.pe.ff.de uerb.obl. ubi late Doc q alleg. concor. & sic cõcluditur ꝙ necesse est ex altera duntaxat, & non ex utraque coniuncta inferri debere ad perditionẽ, & confiscationem bon. feud. Or quælibet cã separata,ut dictum est,illud non operatur.igitur,&c.imò,& si utraq; cõcurrere posset,nõ rẽperit iure cautũ,ꝙ cõcursus duplicis causæ operet priuationẽ dñii ipso iure,& pœna priuationis ipso iure nunq̃ imponitur nisi in casibus à iure expressis,ita tex. formalis ad propositum in auth. de nõ eligendo secundo nubentes §.cũ igit,uer.si naũt non ualuerit, ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dices , col.2. quẽ ponderat Bal.in auth. ex testamento. C. de secun.nup.& bonus tex.in l.& si quis §.diuus aũt ff.de religi.& sum.fune.gl quam ibi Pan.dicit singularẽ in c.fi. de iure patro. † & multa congerũt Mod.in c.q̃relã.de iureiur.q̃ uideri possunt.Imo placet retorquere fundamẽtũ adductũ ꝑ auctorẽ cõtra eũ,nã dũ ipse se fundat in l.contractus feudalis ,illa (ut supra pluribus rõnibus cõprobatũ est) operat, ut dñs sit obligatus uasallo ad non disuestiendũ,nisi culpa cõuicta,& maiorẽ causæ cognitionẽ adhibere teneat ꝑ legẽ cõtractus feudalis cui subiicit, & sic anteq̃ ad eã priuationẽ deueniat,ad causæ cognitionẽ adhibendã maiori uinculo est astrictus, ut supra late dictũ fuit, ẽt i Imperatore cõtra quẽ nõ est dubiũ quin q̃s incurrat læsæ maie. crimen.Nec obstant iura q̃ ultra auctorẽ supra deduxi, ꝙ uidelicet in pœna priuationis fit extẽsio ꝑ rõnis identitatẽ,nã,ut supra dictum est, hoc non habet locum in pœna priuationis q̃ ipso iure imponit,& iura allegata loquuntur in reuocatione donationis,q̃ fit ꝑ uiã actionis tũ ẽt q̃a non militat, ut in sequentibus dicetur, oĩno eadem rõ in utroque crimine , hæresis uidelicet , & læsæ maiest. cum longe grauius sit diuina , q̃ humanam offendere maiestatẽ, ut infra subiiciet, tum ẽt quia induceret correctio I quęsitũ , & in correctoriis ẽt ex identitate rõnis non debet † fieri extensio gl. in auct.quas actiones C.de sacrosanct.eccl.late Doc.in l.si constante,ad princ.ff. sol matr.& facit gl in c.cupientes §.qđ si per2o.de elect. lib. 6.cũ similib.Non obstat pariter aliud fundamentũ eiusdem auctoris , dum dicit ꝙ res de facili reuertitur, &c. nam licet suã rõnem cõprobet Alex.quem ipse non allegat in l.cũ mulier. ff.sol.mat. ubi uoluit ꝙ in ſmã feuda in qua agitur de amissione dñii utilis solum, facile fit extensio,quia facilis est reuersio,&c. tñ salua pace tanti Doct. dixerim.confundit ex doctrina singulari Barth.in l.2 C.de fund. patr.lib.xi. ubi dicit ꝙ ita difficilis est ablatio uel priuatio dñii utilis sicut directi , & exclamant oẽs in l.Gallus § quid si tñ si de lib.& posth & per illud dictum Bar. reprobat dictũ Alex.Ias.de Mayno.in l.cum quidam ad fi. 4. col.ff.de lib. & posthu.ex quib. oĩbus præmissis quadrata seqtur conclusio , ꝙ ẽt in crim. læsæ maiest.cõmisso contra principem dñm feudi , feudum non reuertitur ad dñm feudi ipso iure,sed requiritur sententia , quod præsertim respectu agnatorũ , ut supra dixi allegando Bald.in §.nulla in fi.tit. ꝑ quos fiat inuestitura,non habet aliquod dubiũ , & ita intrepide tenendum puto quidq̃d dixerit auct. Ex quibus ẽt correlarie infertur † ꝙ cum requirat sentẽtia ad priuationẽ feudi ẽt si delictũ esset notorium non poterat procedi ad executionem,licet.n.dicat Inno.in c. ex parte,de uerb.sig. ꝙ in notoriis debet potius ꝓcedi exequendo q̃ condemnando, & Bald in c.ad nostram,tertio,de iureiur.dicit ꝙ in notoriis

toriis ordo est ordinē non seruare, tñ anteq̄ ad id deueniat,& pœna censeat imposita,requirit ꝙ super illo notorio interueniat sñia usque adeo ꝙ notorium non sufficit,ubi requiritur sñia maxime in mā priuationis, ita expresse in materia feudali tradit Bal.ꝑ tex ibi in c.unico,qualiter dñs feudi ꝓprietate priuetur,ubi dicit formaliter notorium non haberi pro sñia,& in materia criminali ꝙ requirat sñia,nec sufficiat notoriū expresse dicit Bald. in l.fin.per illum text.C.de male. Et ideo dicebat Bald.in l.si maritus. C.de do.inter uir. & uxo.& in l.nam ita diuus.ff.de adep.& in l. 23 cum fratrem,C.de his quibus ut indig.ꝙ †licet episcopus sit notorius homicida, non tñ debet deponi siue sñia.& iuris ordine non seruato,& dicit Bal.in c.ad nostram: in 3 col.de iureiur.ꝙ etiā in notoriis pars est citanda,& sñia est ferenda,ꝙ in eis ēt requirit talis qualis causæ cognicio, qa sñia debet ferri de facto,ad qđ allegat,c.cum sit Rom.de appel,Et l.ea quidem.C.de acc.Et ꝓ hac opinione mea ultra prædicta adduco gl.cōiter approbatam in c.euidentia,de acc.quę expresse dicit quod super notorio sñia est ferenda, & idem dicit Bal.in l.cum fratrem,prę allegata, & firmant Mod.in l.si uero.in § qui pro rei qualitate,ff. qui satis.cogan.& Ang.multum no.in l.libertas,in §.fi.ff.de sta.hom.ubi dixit quod si statutum dicit quod condemnatus de maleficio possit impune occidi quærit qd si non est cōdēnatus,sed crimen est notorium, an poterit impune occidi,& dicit: uꝛ ꝙ sic,qa notorium æquiparat sñiæ,ut in l.emptorem.in prin.ff. de act.emptio.unde in notoriis ꝓceditur executiue.i pōt incipi ab executione.ut in l.ictus fustiū.ff.de his qui not.infamia,& not.Inno. in c.statuimus de offic.deleg.& in c.ex parte in Xpo.de uerb. sign. ueritas tñ est in contrariū,dicit ibi Ang.qa hoc notoriū nō æquiparat sñiæ,& dicit ꝙ ꝓ hoc est casus in l quicunque.q̄ est lex fin.C.de malef.& mathe.qđ dicit esse notorium,ꝓ quo facit qđ uoluit Bal. in l.presbyteri.la prima,in 3. col.ibi secundo 24 quæro.C.de episc.& cler. † vbi dicit ꝙ licet iudici sit notorium,tñ non ꝓcedit ad condēnationem,nisi citet,qđ dictū refert Fel in c. cum olim.in 8.col post me de re iud. & ultra adduco decisionē Bart.in l.decem.ff.de uerb. oblig.Lud.de Rom.& Iac.in l.fin.ad prin.ff. si cer.pet.ubi dicunt qđ licet non sit opus discussione,ubi notorium est debitorem nō esse soluēdo,tū requiritur sñia, per q̄ declaretur ita esse.& adduco tex.singularem quē nullus Mod.allegat.in c.cum dilectus,§.his igitur,de purga.cano.in uerbo nimirum si crimen notorium existebat , non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sñia promulgata,& ibi lucerna iuris canonici Io And.dicit nor. ꝙ hic est text. ꝙ ēt in notoriis ferenda est sñia diffinitiua.nec sufficit solum præceptum iudicis, etiam si reus confiteatur statim ex quo destruitur altera conclusio au ctoris,dum dicebat ꝙ confessio operabatur effectum sententiæ ut bona censerentur con 25 fiscata ipso iure.†nam & in pœnis secū trahentibus executionem,confessio non sufficit ubi requirit sñia,ut tradit gl.in c. super eo,in princ.de test.& in c.denique,de excep.& probatur in l.3 §.lege.ff.de test.& in l.q ad statū. ff.de pœnis.& in l.qui iud.ff.de bon s eorum qui mortem sibi consciuerunt,& in l fi. confessus,ubi Bart.plene, ff.de custo. reo. & opc. & Bal.quos allegat auctor, nunq̄ dixerunt illud ad quod ipse eos allegat, sed loquuntur duntaxat qđ rōne confessionis pœna efficit transitoria ad hæredes. sed ꝙ ꝓpea bona ipso iure confiscentur sine sñia.nunq̄ dixerunt aliqđ,& infideliter referunt per auctorē tractatus,salua sua dixerimus honorificētia, ut uerbis utar tex.in cano.neq; 9.distinctione.

1 *Feudum an dicatur nouum,uel antiquum,si uasallus feudo priuatus ipsum recuperet.*

*Debita per propositionem reformata non amplius censenda sunt hæreditaria.*

2 *Res semel alienata, & per hæredem recuperata,penes ipsum esse censetur ex noua causa.*

4 *Aedificium radicitus destructum, si readificetur, omnino nouum dicetur.*

*Princeps rem suam infeudando de nouo,legem quā uult dicere potest.*

5 *Feudum iuxta principis uoluntatē regulari debet.*

*Verba quæ in concessionibus principum ponuntur, plene intelligi debent.*

*Restituere quid sit.*

5 *Restitutio quæ fit ad bona,est plenissime interpretāda.*

6 *Princeps facere potest ut factum pro non facto habeatur.*

7 *Feudum quod restituitur , ex quadam subrogatione antiquum esse censetur.*

8 *Feuda quo ad alienationem ad instar rerum patrimonialium sunt redacta.*

Quæstio 2.

QVAESTIO. II.

Secunda quęstio quæ se examinandam offert est,† num uidelicet si uasallus feudo priuatus fuerit, & postea restitutus, feudum recuperatum dicatur nouũ uel antiquũ, in qua qõne auctor tractatus allegat iura ad utranq; partem, & satis plene tangit mãm, sed ego considerandum puto, an uidelicet feudum fuerit ueraciter acquisitũ dño per realem apprehensionem post sniam latam & ex ueris probationibus, & tunc si per uiam gratiæ fieret restõ cum alteratione qualitatũ substantialium, & non constaret ex uerbis q princeps uelit iure feudi antiq cõcedere; tũc sine dubio pcederet auctoris cõclusio p iura q ipse adducit, ultra q facit qd singlr dicit Ang. in consi. 31. incip. do. Philippus. ubi pulchre dicit, q debita reformata per cõpositionẽ non dñr amplius hæreditaria, qa renouata causa nõ dr hæreditaria. & sic primæua alleg. l. cum hæreditas, ff. ad Treb. & idẽ tradit pulchre Aret. in cons. 168. inc. in qõ. proposita, col. pen. & facit bene text. in l. si à me. ff. ad l. falc. quam auctor seq. qõ ad aliud propositũ alleg. ubi pbatur† q res semel alienata, recuperata per hæredem, dr esse penes eũ ex noua causa, eo qd semel exiuisset dñium suum. & ibi Bar. & Alex. inferunt ad qõnem de emphytheuta alienante, & postea recuperante, &c. & optime quadrant tradita p Bal. & alios in l. ab emptione ff. de pactis. quã Io. Rayn. p hac opinione adduxit. ubi dicũt qd ubi ẽ semel facta traditio, & translatum dñium. si post disoluat ille cõtractus. cẽset esse nouus cõtractus, ut & noua gabella debeat, & ita ẽt tradit Bal. in l. si prædium C. de ædiliti. actio. Bald. & Ang. in l. iurisgẽtium. §. adeo. ff. de pactis. & idem Bal. & Sal. in l. 2. C. qñ liceat ab emptione discere cum similibus. Et in simili solet dici q qñ ædificium oĩno destructũ est tũc dicet, si reædificet, oĩno nouum ædificiũ ut late tradit Ias. in l. ius ciuile allegata p auctorem. & latius in repetitione l. quominus. ff. de fluminibus, & pmissa sine scrupulo pcedũt qñ princeps nõ est usus uerbo, restituo. sed si uerbo restituo, usus fuerit, tunc ẽt post appręsionem feudum dr antiquum. Ad hoc dicendum moueor primum † q princeps in feudando rem ẽt de nouo, põt dicere legem quã uoluerit, & sm eius uoluntatẽ regulabitur nã feudi, ut pulchre Bal. inquit, in consil. inc. sanctiss. & illust. Regina, qd est positum inter consilia Ang. cons. 110. idem Bal. in c. 1. de alienatione feudi paterni, & in ca. 1. in pe. col. an agnatus uel filius. Iac. Alb. post Iac. ar. dispositin c. 1. de uasallo decrepitę ætatis. & in c. 1. de grad. b. succedẽdi in feudo. tenuit et hanc opin. And. de Iser. in c. 1. de contr. feudi apud pares terminanda, eam ẽt sequit Mart. Laud. & Card. Mediol. in c. i. de aliena. feudi paterni. Alex. cons. 30. inc. quoniam oẽ datum optimum, col. 2. uol. 1. & cons. 56. inc. pspectis, 14. col. in 4. uol. & cõs. 10. circa. 10. col. 5. uol. Franc. de Aret. cõs. pen. in l. si mihi, & Titio, ff. de uerb. oblig. in qb. locis late cõcludũt, sm principis uolũtatẽ feudũ regulari debere, ut ẽt si sit nouum ex uoluntate principis possit haberi p antiquo, nimirũ, qa princeps potest immutare substantiã actus, ut dicit gl. sing in c. 1. de capell. monacho, in 6. ad eã aũt uoluntatẽ principis colligenda, maxime uerborũ tenorẽ, & ulm considerare debemus, & sm uerba dispositionem regulare, ut p multa fundamenta, q refert laboriosum esset, cõprobati Franc de Curte cons. 48. & cõs. 49. ubi plenissime loquit. † & uerba maxime in principiũ concessionis apposita, debent plene intelligi l. si de præp. agentiũ in rebus, lib. 12. l. si qñ de bon. uac. lib. 10. C. succedit nunc q uerbũ restituo, ex sua propria signõne significat repositionẽ in pristinum statum oĩno, textus quadratus in l. 2 §. restitutus, ibi, restituere ur qui in pristinum statum reducit, ff. ne qd in loco publico, & tex. aurens in l. uideamus, § in fauiana. ff. de usuris dicit q plenissimam signonem habet uerbum, restituere, ut p nõ facto actus restitutus habeat, ut p restõnem casus pro non aduento reputari debeat, & facit uulg. l. quod si minor. §. rest õ. ff. de min. & text. in l. 1. in fin. C. de senten. pas. & rest. & in l. princeps, ff. de uerb. sign. & in §. cum aũt, ibi restituti fuerint, inst. qui. modis ius patriæ potest, soluitur, & in l. 2. ff. de natal. restit. & in l. 1. C. de iure aureorũ annulorum, uerbum. n. restõ, latissime patet, l. restituere. ff. de uerb. signif. l. in condemnatione, §. 1. & l. cum prætor. §. 1. cod. tit. & facit cap. uenerabili. in uerbo, plenarie, de off. del. & text. in cap. pisanis, de restit. spol. & melior text. in l. Lucius, §. 1. ff. de administr. tutorum, ubi restitutio facta ad bona plenissime interpretat, ut extendatur etiam ad actiones quæ nunq fuerunt in bonis, & tradit Bart. in l. fin. C. de sen. pas. ubi

ubi dicit, ꝙ plenissime debet restitutio interpretari Ang. & Mod. in l. fi. ff. de const. principum, & pulchre Ant. de Butr. consi. 20 col. 2. 5 Si q; cũ uerba p̃missa habeant plenam sig̃nationẽ remittendi oĩa in pristinum statũ, princeps illis utẽdo nouiter non cõcedere, sed pristinã inuestituram suscitare uoluit, q̃a cũ ẽm uerba p̃sumatur eius mẽs, cõstat ꝙ de nouo uoluit cõcedere, quod maxime procedit ubi sunt apposita uerba, ꝓut tui antecessores tenuerũt, quæ uerba faciũt ut princeps iure feudi antiqui cõcedere uoluerit, ut late deducũt scrib. in locis alleg. & pro hac opinione est bonus tex. coniuncta gl. in l. filio quẽ pater. ff. de lib. & posthu. ibi, sed antiq. redditus, & ibi põderant oẽs Doct. & bonus tex. coniuncta glo. & ibi ponderat Paul. de Cast. in l. peculium §. fi.ære. ff. de pecul. & oẽs post gl. in d. l. quod dicit allegata ꝑ auctorẽ. ff. de impensis in rebus dotalibus factis, & ꝓbatur in d. l. filio de liberis, & posthumis, ꝙ ẽt ubi facta esset executio habeat locũ maxima p̃missa, nã ibi loq. tur tex. de filio emancipato, qui reuera exiuerat patriam potestatẽ, & effectualiter, & tñ si arrogetur, dicit tex. ꝙ nõ de nouo in patriam potestatẽ assumi, sed antiquæ patriæ potestati redditus uidetur, & tñ nõ est dubiũ q̃n oĩno semel exiuisse, & ita in proposito esto qđ res feudales oĩno per apprehensionẽ reuersæ essent ad principem, tñ restituendo non de nouo dedisse, sed ablatũ feudum reddidisse uidetur, maxime q̃n utiẽ uerbo, restituo, quod hẽt hanc plenam sig̃nationem. Nec obstat l. ab emptione. ff. de pactis, in qua est fundat opi. Io. Rayn. quẽ allegat auctor contra, nam rñdetur, ꝙ princeps põt hic facere, & fingere in mã feudali ẽt nouum feudum hẽri pro antiquo, imo ut dictũ est ꝑ uerbũ, restituo, uideẽ 6 ueste, ꝙ cõfiscatio habeatur pro nõ facta, † & nõ est dubium q̃n princeps possit ẽt quantũ ad effectus p̃teritos facere quod factum pro non facto habeaẽ, gl. singularis in clem. 1. in uerbo, pro infectis. de immu. eccles. text. in c. is qui, de spõs. & matr. & tex. in clem. 1. de cõcessio. præb. in fi. quare concludendum puto, ꝙ q̃n princeps utitur uerbo, restituo quod plenissimã habet sig̃nationem, ut infra latius dicetur in 4. q. adiiciendo maxime hæc uerba prout tui antecessores, feudum restitutum ẽt post apprehẽsionem censendum est feudum antiquum, & non nouum, & maxime q̃n apprehensio non fuit effectualis per incorporationem, nec aliquid facit reseruatio quæ fieret ꝑ principem in aliq̃bus iuribus, quia licet spẽaliter aliq̃d fuerit reseruatũ, non ꝑ hoc derogatũ uideẽ aliis qualitatibus, q̃ alio modo, & alia uia includũtur, ut not. dicit Sal. in l. de crimine. in 2. opp. ꝑ illum tex. C. de accus. facit tex. in l. 1. & quod ibi no. Bal. C. de diuer. rescr. unde Doct. in restõne loquentes dicunt 7 † ꝙ feudũ restitutũ censeẽ esse antiquum ex quadã subrogatione, quia de iure q̃n una res subrogatur in locum alterius, q̃uis in aliquo discrepet, in aliis sapit naturã eius in cuius locum subrogatur. ita signanter tradit Paul. de Cast. in cõs. 129 incip. licet ista dña Liza, col. fin. uers. nec obstat, & formaliter ad casum nostrũ adduxit. ita firmans Phil. Dec. cõs. 53. incip. placet mihi. circa princ. 2. col. & ultra p̃missa allegat decisionẽ magis exp̃ssam, Soc. in l. Gallus. §. ẽt si parente. ff. de lib. & posth. ubi formaliter dicit ꝙ licet apponaẽ aliquod pactũ contra naturã feudi in inuestitura, tũc alteratur nã feudi cõsecutiui pacti duntaxat, & nõ in aliis, & ibi alleg. optima iura. nec est uerũ, ꝙ uerba apposita in restõne, pro te, successoribus tuis, & hñtibus causam a te, alterent feudi naturã, quia illa uerba in nullo alterant naturã feudi, q̃ppe cum ex consuetudine gñali Franciæ, de qua in seq. quæst. late dice- 8 tur feuda quantum ab alienationẽ sint redacta ad instar rerũ patrimonialium, expressio eius qđ tacite inerat ꝑ consuetudinẽ non alterat naturã feudi, nec aliq̃d ĩmutat l. fi. C. de fideiuss. no. in l. cũ quo. ff. si certum peta. & late legitur, & notatur, in l. 3. ff. de leg. 1. & ita hac rõne in simili concludebant consulendo de uerbis pro se, & descendentibus in infinitũ, & c. Ias. de Mayno, & Ambr. de Opizo. in causa illorũ de Beccaria, ꝓut eos refert cõsuluisse. ita ut p̃dictum est collegiũ Bonon. in cons. suo posito inter cõsil. Franc. de Curte. cõsi. l. ad princ. 6. col. ubi ẽt approbat p̃missã maximã, quare illa uerba exprimentia quod ex natura rei inerat, nõ potuerũt naturã feudi alterare, imo remãsit reuera feudum antiquũ. Nec obst. arg. de adiectione qualitatis, quia ut supra dixi non operatur ultra consecutiua pacti. ne impedit quo minus in aliis fortiaẽ naturã antiqui feudi. & ita concludo.

1 *Bona eius qui crimen læsæ maiestatis commisit subiecta restitutioni fideicommissi an ueniant in confiscationem.*

2 *Alienare*

2 *Alienare prohibitus an possit delinquendo bona fideicommisso subiecta in fiscum transferre.*
3 *Vasallus ita testari potest de bonis feudalibus atq; de allodialibus.*
4 *Vasallus qui subinfeudauit alteri si felloniam committat an feudum reuertatur ad dominum.*
5 *Delictum uasalli commissum in personam domini quando agnatis præiudicet.*
6 *Vasallus legē contractus faudalis euertere nō pōt.*
7 *Contractus feudalis est innominatus, à consuetudine, & non à iure ciuili inuentus.*
8 *Sententia contra condemnatum lata quando substitutis noceat, & alijs ius prætendentibus.*

## QVAESTIO III.

TErtia quæstio quę in hac materia proponitur est. † nam si bona cōmittentis crimen læsæ maiest. sint subiecta restitutioni fideicommissi, uenient in confiscationem. in qua qōne tenuisse locutus est auctor, salua sua pace dixerim. primum adduxit in medium, ꝙ in crimine læsæ maiest. quæ non pñt transire in hæredem extraneum, transeant in fiscū, & allegat aliqua iura quæ faciūt formaliter in cōtrarium, nam est tex. formalis in l. eos. ad l. Iul. maiest. ff. q̄ non reperitur in hoc correcta, q uult ꝑ literas grossas iura patronatus quæ non transeūt in hæredem extraneū, nō transire in fiscū in crimine læsæ maiest. & est tex. rotūdus in l. iura. ff. de iure patron. bene uerū est, ꝙ d. l. quæ dicebant iura patronatus reseruari filiis, sunt hodie correctæ, eo q filii sint effecti incapaces ꝑ l quisq;, & ita loquitur gl in his legibus, & ēt Bart. sed ꝙ transeant in fiscum nō est uerū imò potius libera renī liberti à iure patronatus, ita formaliter tradit Bald. quem ibi seqtur Alex. in apostil. in illa l. 1. C. de bon. lib. & seqtur ibi Saly. qñ uidelicet tale ius patronatus non ꝓueniebat ex ꝑsona patris delinquentis, sed ex persona antecessorū, & est lata dñia inter illa iura patronatus quæ non pñt filiis incapacibus acquiri, & inter ius fideicommissi quod debetur agnatis, q non pñt effici incapaces ex delicta agnati † unde ꝓhibitus alienare expssa, uel tacite non uł delinquendo in fiscū potuisse bona subiecta fideicōmisso trāsferre tex. formalis in l. Imper. ff. de fideicōmissa. liber. uel saltem per iura quæ auctor deduxit uñr debere trāsire cum onere suo, & traditur ēt in l. cum pater, §. hęreditatē, de leg. 2 expresse loquens in fideicommisso, illa rōne, ꝙ bona illi subiecta non pñt transire in hæredem extraneum, qđ non transeant in fiscum ꝑ multa iura, & auctoritates quas allegat, concludit Alex. in cōsil. 68. incip. opportune cōsideratis, 2. & 3. col. uol. 3 rōnes suas lōgum esset transcribere, uideri pñt, ultra illa iura facit quia qñ fit translatio ēt in pœnam legati de una ꝑsonā in alterā illa semper fit cū onere suo. l. Caio, in prin. ff. de alimen. & cibariis lega. ubi not. Bar. idē Bar. in l. legatum. ff. de adimen. lega. Confirmatur, & maxime q̲a in Gallia feuda sunt redacta ad instar rerū patrimonialium, ut dicit Petrus Iacob in libellis suis in titu. de cōdōne ex mori, & uoluit Ioan. Fab. in auth. ingressi. C. de sacr. san. eccl. & hanc ēt consuetudinem Franciæ generalem refert Ias. in l. de q̲bus, ff. de legib. ubi dicit, † ꝙ ultra montes consuetudine gñali obseruatur, ꝙ possit q̲s de bonis feudalibus ita testari sicut de allodialibus, subiiciens id ꝑ consuetudinē introduci potuisse. allegat Bal. q̲ h. d. in c. 1. ad fin. princ. q. pen. de successione feudi. & idē not. Doct. in c. significauit secūdo de refer. cum simi. succedit, ꝙ ubi una res redigitur ad instar alterius, in se suscipit qualitates, & condōnes rei ad quam adæquatur ita ꝓbat tex. not. in l. 1. §. 1. ff. si quid in fraudem patron & tex. in l. illud in princ. ff. de donatio. causa mortis, & late tradunt Doct. in l. 1. ff de leg. 1. & pulchre, Bal. in l. oia. C. de epis. & cler. qñ. n. una res efficiť ad instar alterius, ut sit bona similitudo, necesse est qualitates quę īsunt uni inesse alteri text pulcher in l. in testō ff. de cōdō. & demon. Sicq́. uidereť cōcludēdū, ꝙ sicut in rebus allodialib. fideiōmissum non extinguitur ꝑ cōfiscationem, ita nec in ꝓposito in bonis feudalibus q̄ ad instar rerū allodialium, saltē quātum ad alienationē redacta sunt. Confirmatur, & fortius ex eo quod signāter tradit Ioan. Fab. in §. fi. inst. de usufr. & Io. Rayn. in c. imperialem. §. illud, īn tit de ꝓhibita feudi aliena. & Frid. † Vbi quærunt de qōne si uasallus subinfeudauerit alteri, & postmod ū primus uasallus cōmittat feloniā an feudum reuertať ad dñm, & primo dñt, ꝙ uł, ꝙ sic, q̲a resolutio iure datoris, & c. allegant l. lex uestigali fundo, ff. de pig. post. modū distinguēdo, dñt, ꝙ aut dñs consensit, aut nō, si cōsenserit nō est dubium, ꝙ non reuertiť, aut non cōsensit, & tunc reuertitur, nisi is q̲ habet ius à uasallo, q̄ commisit feloniā sit paratus seruire

priori

priori dño, & ab eo feudum recognoscere, ex quo sequit in ꝓposito ꝙ ubi agnati qb. feudũ ex fideicõmisso debet, essent parati seruire priori dño, & ab eo recognoscere feudũ, ipse tenet illos adimere, nõ obstante felonia cõmissa ꝑ decisionẽ alleg. q̃ opponit gladiũ ad radicẽ, quam sequit Iac. de S. Georgio in suo opere feudorũ in uerbo dictiq. uasal. 1. ad fi. 3. col. & principio sequentis, qđ oĩno sine dubitatione ꝓcedit ubi uasallus postmodum restituit qa tunc secundus uasallus q ius suũ amisit in cõnam ex resolutione iuris datoris, in cõnam recuperat ius amissum, modo non fuerit in aliũ trãslatum mediũ tpe, ita signãter tradit Iac de Bel. in c. 1. in tit. hæc finit lex cõtradi. deinde cõsuetudines regni incipiũt. quem refert, & sequit Iac. de S. Georgio in loco allegato, & pꝛsertim ubi nõ sunt descendẽtes, in quo casu feudũ debet applicari agnatis & non reuerti ad dñm, ẽt si fellonia in eius ꝑsonam commissa fuerat, Et iura q̃ dicunt† ꝙ 5 delictũ directo in ꝑsonam dñi cõmissum prę iudicat agnatis debent intelligi stantibus descendentibus, tunc n. qa descendentes qui tit. hæred. deberent habere, capere non possunt, tñ quia proximiores sunt, & excludunt agnatos, & ipsi excluduntur a dño, nimirũ si dñs excludat tunc agnatos, qa si uinco uincentẽ te. Secus ubi non sunt descendentes, tunc. n. agnati quibus iure hæreditario feudum non obuenit, & sunt capaces debẽt admitti excluso dño, hanc opin. mediã tanq̃ ꝑ distõnem, alias ad concordiam reducentem amplexus est, & in ea ꝑsistit Iac. Alb. in c. 1. § fin. in 2. cõclusione in ti. q̃ fuit prima causa beneficii amittẽ & est æqua opinio, & tanq̃ media distinguens sequenda l. adeo. §. cum quis. ff de acq. reum do. & ita eam firmat, & sequitur Franc. de Cur. in d. cons. 49. circa fin. consilii dicens, ꝙ est æqua opinio, & ideo his casib. concludendum est feudum non reuerti ad dñm. fateor ꝙ ubi pmissa cessarent, uerior uideret conclusio ꝙ fideicõmissum extinguere tur, & ad id diceudũ moueor primũ qa testator duntaxat sibi, & hæredi suo legẽ imponere põt, & nõ dño feudi, ut uidelicet feudũ nõ euertat felonia cõmissa ꝑ eũ q uasallus erit pro tpe, non potuit. n. testator nisi successori suo legẽ imponere, ita Bal. in l. 2. C. de usucapio. ꝑempro. Confirmat, qa nõ est in ptãte 6 † uasalli legẽ cõtractus feudalis euertere, ex qua ab initio feudũ sub ea cõdõne datũ uĩ, ut si uasallus fidelis sit, ut si igratitudo cõmittatur, feudũ ad ipsum dñm reuertat, & hoc modo ꝑ concedendum conditionatũ, & ideo nõ possunt alii agnati de hoc cũ iustitia conqueri, qa traditioni rei suæ põt unusqsq; apponere legẽ quã uult. l. legem C. de pac. Ista ergo est quædã lex tacite apposita traditioni feudi. & istud est qđ uult dicere tex. in d c. 1, §. fi. q̃ fuerit prima causa benef. amitten. in illis uerbis, ut habeat dñs hanc saltẽ suæ iniuriæ ultionẽ, subintelligit. n. in cõcessione feudi tacita condõ, si primus cui fit concessio, & oẽs ab eo descẽdẽtes, erũt grati uersus dñm, arg. l. cum qs. ff. de sol. & l. stipul. ff de iu do. ergo quam primum aliqs ex descendentibus primi inuestiti cõmittit ingratitudinem contra dñm, cessat tacita condõ, sub qua feudũ fuit concessũ, ideo non est icõuenięs ꝙ feudum ad dñm reuertat arg. l. 1. C. de dona. q̃ sum modo. Et hanc rationẽ formalr assignat Franc. de Cut. in suo opere feudorũ. in 5. parte in principio, & eandem rationem assignat Sal. in l. 2. C. de liber. & eorũ lib. Bal. in l. leg. 12. tab. C. de legib. hær. ubi dicit ꝙ agnati priuantur pp legem contractus, & idem Bald. sentit eandem rationẽ in d. c. 1. §. fin. q̃ fuerit prima causa benefic. amitten. ubi ẽt dicit ꝙ ista reuersio fit ex l. contractus. Et confirmat 7 & fortius, † nam contractus feudalis est quidã innominatus contractus, est. n. contractus inuẽtus à consuetudine, & non à iure ciuili, nunq̃. n. fuit cognitus ciuilibus romanis, qa si cognouissent, habuissent illum exosum, qa quandam seruitutẽ sapit. ita Bal. in c. q̃ in ecclesiarum. de constit. Quia omnes contractus quos cõsuetudo inuenit, ut cõtractus feudi, qa nomẽ usuale habet magis adhærent contractui innominato q̃ nominato, ita Bal. in rub. C. de rerum ꝑmuta. Idẽ Bal. in l. fin. 1. q. C. quãdo liceat ab empt. disce. Idẽ Bal. in c. fi. col. fi. de causa possessio. & ꝓprie. & sicut quidam contractus conrrepectiuus quales sunt contractus innominati, uidelicet do. feudum ut facias. i. ut sis fidelis. & ideo ubi ex parte uassalli non adimpletur cõtractus ex capite causæ non secutæ, repetit res, succedit ꝙ ubi ex lege prioris cõtractus introducit illius resolutio, omnia onera medio tpe imposita tolluntur. tex est quadratus in l. 3. ad prin. ff. quib. modis pignus uel hypothec. solui. tradit expresse Bar. in l [illegible] aqua plu. arcen. & in l. 2. ff. de in diẽ addictione. cũ simi.

Et

Et iste rones sunt longe magis urgentis, quã quæ ꝑ auctorem deducuntur, tñ, ut dixi, non procederent in casibus ꝓmissis, debet ẽt temperari ꝓcedere hæc cõclusio, qñ snia lata cõtra uasallum fuit lata ex ueris ꝓbonibus, secus si ex ficto cõfessione insurgẽte ex cõtumacia, & bãno, †licet. n. snia lata cõtra cõdẽnatũ noceat substitutis, uel aliis qui põt ꝑtendere ius in cõñam, ut probat̃ i l. cõtr. ff. de re iudic. & tradit Bart. in l. in diem. de aqua plur. arc. & sequuntur oẽs in l. filiusfam. §. diui, de leg. 2. nec requiritur illorũ citatio, per tex. singularem in l. 1. §. denunciare, ff. de uentre in possessionem mittendo, tamẽ moderatur qñ ferretur snia ex ueris probõnibus, secus si ex ficta confessione resultante ꝑꝑ contumaciã, uel bannum, ita formaliter tenuit Bart. in l. cum filius, ff. de uerb. oblig. quem ibi cõiter oẽs sequuntur, & idem tenuerunt Dynus, & Rayn. in l. 1. per illum tex. ff. qñ ex facto tut. Bal. & Saly. in l. 1. C. ne filius pro patre. Alb. de Ros. in opere statutorũ. q. 258. Nellus de S. Geminiano in tract. bannit. in 2. parte. q. 34. & probatur optime in l. qui repud. ff. de inoff. testam. quem ad hoc deducunt Imol. & Alex. in l. sep. de re iud. & multa cõgerit Fel. in c. cum Bertal. eod. tit. Secundo deberet temperari, & intelligi ubi uidelicet agnati, essent citati saltem ꝑ proclama gñale, secus si nullo modo, quia tunc non præiudicaret. ita tradit Bart. in extrauaganti, ad reprimẽdum. in uerbo per edictum Bald. in l. si eo tpe, C. de remiss. pig. Ang. in l. si perlusorio ad prin. ff. de app. Soc. in d. l. cum filius, Mod. repet. in d. § diui. & est cõis conclusio, quam in propria mã feudali firmat summus feudista Andreas de Iser. in c. si uasallus. in titu. si de feud. fuer. contr. inter dñm, & agn. uas. ubi concludit. ꝙ si feudum antiquum erat pœnes vnum de agnatione, sententia contra alium lata nõ nocet aliis agnatis nullo modo citatis, & ita in hac quæstione concludo salua cuiuslibet rectius sententiis correctione.

1 *Fideicommissum quod semel per confiscationem extinguitur an reuiuiscat si restitutio sequatur.*

2 *Iniuria pacto sublata, pacto subsequenti non potest reintegrari.*

3 *Beneficium ciuilitatis quod per bellum aufertur, pace subsecuta belli remotiua redintegratum non censetur.*

4 *Restitutio sui natura in statum pristinum reponit omnia.*

5 *Ciuis quia restituitur semper ciuis retro fuisse fingitur.*

6 *Exhæredatio per patrem facta eo ipso extinguitur, & reuocatur cum causa illius inductiua remouetur.*

7 *Restitutio omnia in pristinum reponens statum ad personas extenditur quę in principali consequentium puniuntur.*

8 *Restitutione secuta actiones contra restitutum reuiuiscunt.*

9 *Filio capti ab hostibus ante patris reditum obeunte, fingitur pater reuersus retro filium habuisse in potestate.*

10 *Restitutio etiam in tertij præiudicium retrotrahitur in iure sibi quæsito.*

*Mens concedentis colligitur qualis fuerit ex uerbis supplicationis.*

11 *Princeps in dubio præsumitur usus iure communi, non gratia speciali.*

12 *Qualitas accidentalis quando magis attendatur quam naturalis.*

13 *Feudi natura alteratur per uerba pro te, & successoribus &c.*

## QVAESTIO IIII.

QVarta qõ nunc se offert, an v3 † fideicommissum semel per confiscationem extinctum, secuta restõne reuiuiscat, & hanc quæstionem ultra deducta per auctorẽ ad utranque partem examinare statuti, & ꝑ parte negatiua ꝙ ius fideicõmissi extinctum non reuiuiscat, accedit primũ iuris cõclusio q̃ habet ꝙ subsequens dispõ ex intellectu nõ inducit repetitionẽ eorũ q̃ in prima dispõne sunt d. l. per retentionem C. de usuc. l. si tibi certam. ff. de adim. leg. l. cum patet. §. pr certam. ff. de leg. 2. cum sim. Secundo quia si qualitates adiectę dispõni primo durãti non põt intelligi repetite in dubio in dispositione 2. in quã illius primo tunc durantis facta est translatio. l. nouatione. ff. de nouat. l. labeo. §. fi. ff. de arb. l. si cum hermes. C. locati. l. Valer. ff. de præt. stip. cũ sim conñs est ut multo minus qualitates onerose hmõi adiectę feudo quas superueniens felonia totaliter extinxit non intelligantur repetite in hac restitutione sequenti In quam non põt uideri translata defuncti liberalitas inductiua fideicõmissi pino extinta per cõfiscationem. Tertio probatur, quia id renouatum quod de ꝑ se non est causa fidei

sa fideicõmissi non põt inducere eiusdem fideicõmissi iam extincti renouationẽ ad hoc tex. ad propositum ualde notabilis licet uulgaris. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. uers. sed si pactum † dicens iniuriã pacto sublatã non posse pacto subsequenti reintegrari, & subiicit rõnem formalr̃ sic. non. n. ex pacto iniuria nascit, sed ex contumelia. ita igit in ꝓposito nr̃o ipsum fideicõmissum qđ non inducit principis beneficium, sed uoluntas defuncti, non debemus dicere reintegratũ ex restõne. Quarto qa est notissima iuris regula qđ sublatio causæ præcedentis actus sublatiue de ꝑ se solũ actũ iam sublatũ non reintegrat, sed opus est nouo cõtractu qñque uolũtario, qñq; coacto, ꝓut sunt casuũ diuersitates, ut patet in l. si qs acc. ff. de cõd. ob cau. & in l. metũ. §. ex hoc edicto. ff. qđ met. cau. l. ob eũ. ff. de pscrip. uer. & in l. cum mota, fm unum intellm̃. C de transact. posset et̃ ad id adduci mã. l. qui res. §. aream. ff. de sol. l. inter stipul. §. sacr. ff. de uerb. oblig. l. deferre. §. fin. cum l. seq. ff. de iure fis. l. quod in rerũ. §. fi. ff. de leg. 1. cum sim. Quinto adduco aliud fundamentum magis astringens in simili quod punitur in l. 2. C. de lib. & eorũ lib. ubi probat † ꝙ beneficium ciuilitatis ablatum ꝑ bellũ, subsecuta pace remotiua belli non censetur reintegratũ, quam ita ponderat Lud. de Ro. cõs. 459. incip. in ꝓposita consultatione. & est bonus tex. in l. cũ seruus. ff. de alim. leg. ubi legatũ extinctũ ꝑ alienationem facta de re legata, nõ reconualescit eadẽ re ꝑ testatorem recuperata, cui non obstat ꝙ cessante cã &c. nã ex quo extinctio semel oꝑata est suũ effectum non debet recõualescere fideicommissum, licet postmodũ cesset cã extinctiõis. tex. no. in l. fi. ff. unde. lib. ꝑ quem dicit Bart. in l. Titia §. Imp. ff. de leg. 2. ꝙ donatio reuocata ꝑ superuenientiã liberorũ, nõ reconualescit, licet postmodũ tollat̃ causa extinctiua, ut pote, qa filii suspecti decedãt supstite parente. Sexto, & ult. adduco decis. Ang. formatã in illa l. deb. C. de sen. pass. ubi dicit rñdendo ad legẽ, qui res. §. aream. ff. de solutio. ꝙ illa lex tertia intellr̃. ubi bona transierunt in fiscum cũ onere suo, qa tunc non censetur oĩno extinctum debitũ, & ideo nimirũ si ad illa restitutus teneat̃ ad debita a cõtrario sẽtit, ꝙ ubi bona nõ trãsissent cũ onere suo, ꝙ tũc restitutus reincideret in pristinam obligationẽ, & hæc sunt q̃ reuera iud. meo nõ parũ astrĩgũt.

Quibus tñ non obstantibus, quæ reuera nõ obstant, cõtraria cõclu uerior, & tutior de iure ũr, & accedit primum † quod restitutio sui nã omnia reponit in pristinum statum ꝑ iura quæ supra deduxi in 2. q. qua rõne fidei cõmissum extinctum ꝑ confiscationem, suscitari per restõnem decidit expresse Lud. de Rom. qui non est leuis auctoritatis, in cons. 247. incip. primo dr̃. ad prin. 2. col. Secunda facit, quia restitutio æꝗparatur fictioni post liminii, & retrotrahit̃. & perinde hri debet, ac si nunq̃ felonia esset cõmissa. tex. optimus ad propositum in l. si quis filio hær. §. pen. ff. de iniusto reputo irrito facto test. & quod restitutio retrotraharur. firmãt expsse Ang. & Imol. in l. si alienũ. §. in extr. ff. de hæred. inst. & ibi clarius Paul. de Cast. post. Bal. ubi dñt ꝙ ubi restitutus bona recuperat simplr̃ restitutio trahit̃ retro, nisi agatur de præiudicio tertii, licet Bart. cõtrarium senserit in d. §. pen. l. si qs filio exhær. & hanc sniam ꝙ oĩno retrotrahatur firmat solẽnis doct. Car. Rui. in rep. §. & quid si tm̃. l. Gall. de lib. & posth. Tertio adduco in simili dec. Rog. de Per. in cons. incip. punctus Paulutius. posito inter cõsilia Bald. cons. 74. in 5. par. ubi dicit † ꝙ restitutus eius semper fingitur fuisse retro ciuis, eo quod restitutio retrotrahatur, & idẽ sequitur Franc. Tig. in cons. seq. pro quo allegat bon. text. in l. arist. ff. de man. test. ita, & uassallus remissa felonia retro semꝑ debet fingi fuisse fidelis. Quarto facit, quia iura in alium translata quæ fuerũt ablata cõdẽnato ministerio iuris duntaxat secum restõne recuperant̃, ut est tex. formalis. in l. siue patr. in princ. ff. de iure patr. ꝙ tex. in l fi. C. de sent. passis & firmat Bal. in d. §. & qđ si tm̃ idem Bald in c. dño Guerram. in tit. hic finitur lex Corr. & idem Bal in tit. de pace const. in uerbo priuil. & oẽs nemine discrepante in d. §. & quid si tm̃ & tñ eo casu ius respectu condemnati erat omnino extinct. & maxime in casu l. fin. C. de sen. pass. ubi filius per deportationem prĩs omnino erat exutus a patria põt & tñ illud ius iam extinctum in præiudicium tertii, quia duntaxat ministerio legis sine facto hoĩs per restõnem suscitatur. si igit respectu condemnati restitui suscitatio iuriũ extinctorũ locum habeat, a fortiori quãtum ad alios ꝗppe fictio retroctatiua, q̃ illud operat̃. fundat̃ suꝑ maxima æꝗtate, ut late declarat Bart. in l. si is qui pro empt. ff. de usucap.

sed

sed lōge maior eqtas uersať respectu tertii q non deliqt, & q miseratione dignissimus est quā respectu delinquentis.igiť.& cæt. Quinto facit ꝙ singulariter tradit Bar.in l.4. per tex.lbi.ff.de adimen.lega.ubi elegāter inquit 6 † ꝙ exhæredatio facta ꝑ patrē eo ipso extinguiť,& reuocať ꝙ causa illius inductiua tollitur,& remoueť sic,& in ꝓposito,sublata ꝑ restōnem principis felonia causa inductiua extinctionis fideicommissi extinctio cessare debet,& fideicōmissū suscitari.Sexto,& fortius ꝙ restitutio trahať ad oēs q fuerunt puniti ī cōnam, & quorū iura fuerunt resoluta resoltio iure uasal li committentes feloniam. deduco decisionē expressam Iac.de Bleui ī c. 1. in tit. hic finitur lex Corra.& Iacobini de S Geor.in suo opere feudo quos allegaui in qōne præcedenti qui fomalř uolunt ꝙ per restōnem eorum iura suscitentet q̄ ex resolutione extincta fuerāt,q̄ decisio hēt magnā æquitatem.& apponit securim ad radicem. Septimo adduco tex.formalem ad hoc à nemine ponderatū.in l.fi. ff de senten. pas. ubi tex.formalř uult ꝙ restituto principaliter dānato,restituiť is qui in cōnam punitus fuit, & ita intelligit ibi gl.fi.Octauo, & ultimo adduco decisionē ad ꝓpositum singulatē Saly. in l castitati.1.col. C. ad l. Iul. de adul. ubi 7 singlř decidit,ꝙ eo † qđ restitutio oīa reponat in pristinū statū .trahitur ēt ad ꝑsonas,q̄ in cōnam principalis puniuntur,sicut in casu subiecto.& ꝓprie tex.in d.l.si debitor. C.de seu.pas qua actor allega. decidit casum. Nec obstat ꝙ Ang ibi dicere uoluit ꝙ illa l.hēt locū ubi bona trāsibāt in fiscū .cum onerē suo nā reuera, salua pace tāti doctoris dixerm. nō est uerū.& ad eū cōfundēdū ego adduco tex.singularē,quē nemo ponderat in l.2. ff. de sentē.pas.& restitutis,ubi uult tex.ꝙ licet simplř restitutus sine bonis non reincidat in pristinā obligationē,tñ si bona restituātur, incidit, ita ꝙ si uellet dimittere bona nō posset se exuere obligationib. ex quo formaliler īfertur ꝙ obligatio ꝑsonalis suscitatur.& tñ nō principaliter comitātiæ obligationis ad bona restitutus reincidit in pristinā obligationē,qa si dūtaxat illa rōne dimittendo bona liberareť ꝑ l 2.ff. qđ cū eo.cū simil.uulg. & iō gl.ibi singlř dicit qđ illud est iō ꝙ ille in pristinū statū reponiť,& nō alia , ergo sequtur ꝙ respectu rei teneť. nec illa est principalis rō ꝙ bona trāsissent cū onere suo , sed eo ꝙ ī pristinū statū oīum reponitur qñ recuperat bona,uñ ex quadā æqtate lex nō uult ꝙ dānatus restitutus teneať,nisi bona recuperet.nimirū qa bona intelligebanť deducto ære alieno.& ubi nō trāsissent cū onere suo dico ꝙ remaneret obligatus dānatus, saltem nāliter.sicut dicimus in seruo q remanet obligatus nāliter. sed qñ creditores pñt hře regressum cōtra fiscū,nimirū si tunc libereť cōdēnatus in ultimis aūt uoluntatibus qn hæredes sint obligati ex quasi cōtractu acceptādo hæreditatē nemo est q dubitet, qa sunt iura uulgaria.Ad aliud fundamētū,dū dř ꝙ res semel extincta , &c.Rñdeť, ꝙ fictio retrotractiua restōnis istud operatur.q̄ quantū ad effectum facit qđ non censeatur extincta ab initio obligatio. ad hoc deduco tex singularē ī 8 l.3.ff.de senten.pas.ubi uult tex.† ꝙ secuta restōne actiones directæ cōtra restitutum reuiuiscunt,& tñ nisi fingendo nunquam fuisse extinctas non pñt suscitari directo. sed duntaxat utiliter,ut not Doct.in d.l.inter stipulantē.§.sacrā.& sic cōns est ut restitutio q̄ retro fingit, tollat oīno causam extinctiuā ēt quātū ad effectus ꝑteritos,qđ sine dubio princeps facere pōt,ut dicit gl.sing.in clem. 1. in uerbo, ꝑ infectis de immunita ecclesiatū,& ꝑpea Bal. in l. imper.§.1.C.de nupt. dicit ꝑ tex.ibi ꝙ restitutio purgat oēm maculā, eo ꝙ oīa reponat in pristinū statū. Nec obstat si dicať qđ fictio retroctatiua non pōt hře locū hoc casu,eo quod medio tꝑe superuenerit inhabilitas ꝑꝑ omnimodam extinctionem fideicommis.nam rñdeť, ꝙ inhabilitas quæ cōcernit cōna, & non principale , & nō impedit fictionē translatiuam retrotractiuā, ēt quantum ad illa cōna, cum multa cōcedatur in cōnam, quæ principaliter non conceduntur l.1.in fi princip. de auctor.tut.l. quoties. C [illegible]ud. c.de prudentia.de donatio. inter uirū [illegible] uxor.hęc limitatio ꝓbatur in l.si liber homo.§ si seruus.ff.ad legem Aql. & in l.pen.ff.de suis, & legiti, hæredibus, ubi hř 9 † quod si filius capti ab hostibus decessent ante patris reditū demum př reuertať , fingitur retro filium habuisse in ptāte, & ideo oīa bona filii applicantur ei iure peculii, & tñ tꝑe quo pater rediit extremum a quo nō erat habile,cum filius esset mortuus , & ratio est.quia illud extremū ueniebat in consequentiā. & ideo illius inhabilitas non cōsiderať.& istam limitationem ponit Bar. in l.fi.

C.de

C. de ſen. paſſis Ioan. de Imo. & Raphael Cuma. in d. l. ſi is qui pro emptore. ſic intelligentes tex. in l. ſed, & ſi quis ſtipuletur §. 1. de uſu fru. & ita reſident.

Ad fundamenta quæ pro contraria cõcluſione per auctorem tractatus adducuntur, & primo dũ dicit ꝙ reſtitutus non uĩ amplius poſſidere bona recuperata iure hæreditario, ſed ex ſuperuenięti reſtõne, & beneficio principis, quodq. ex beneficio principis fideicommiſſum non inducit, &c. Rñdet, ꝙ auctor falſum ꝓſupponit, ꝙ uidelicet bona recuperata non habeantur iure hæreditario; qa ut dictũ eſt illa reſtitutio retrotrahiĩ, nec aliqd de nouo dat, ſed oĩa reponit in priſtinum ſtatum, ita ut reddita bona nõ nouiter cõceſſa uideãtur. Nec obſtat pariter aliud fundamentũ in quo dĩ ꝙ res ſemel alienata perpetuo durat alenabilis, nec reincidit in priſtinum fideicõmiſſum, & allegaĩ principalĩ tex. in l. pater. §. 15. de leg. 3. Nam rñdetur primo ꝙ ille text. non habet locum in mã feudali. ut eſt text. ſing. quem ad hoc formalĩ ponderat Bal. pro limitatione dicti. §. 15. in c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis maſculis. & fœm. Secundo rñdetur qđ iſta ꝓhibitio eſt realis, & ideo non ꝓcedit diſpoſitio. §. 15. qui loquitur in prohibitione perſonali. ita formalĩ Bart. in l. peto. §. à fratre. de leg. 2. & qđ tradit idem Bart. in l. pater filium. §. fundũ. de leg. 3. Tertio reſpõdeĩ ꝙ hic nõ fuit facta aliqua alienatio, licet eñ per delictum uideatur fieri alienatio, ſuꝑueniẽs tñ reſtõ, quæ retrotrahitur, fingit nunq̃ delictũ commiſſum, & in cõñam alienationem nõ fuiſſe factam, quare ſuũ funda mentum non procedit qđ maxime procedit, ubi reſtõ eſſet facta per uiam iuſtitiæ. tunc. n. nõ eſt dubium qđ trahitur ad oẽs in cõñ am. ita Innoc. in c. auditis. de ꝓſcriptis. Doct. in l. 1. C. ſi unus ex pluribus. unde. & tunc eo ꝙ oĩa reponuntur ĩ priſtinum ſtatũ per l. qđ ſi minor. §. Scæuola. ff. de min. 10 † reſtõ trahitur retro ẽt in præiudicium tertii in iure ſibi q̃ſito. ita trahit Raph. Cu. quẽ ſequutur nouiſſimi in d. §. & qd ſi tñ. Nel de S. Gem. in tract. de bãni. in 1. par 3 tẽporis q. 11. & põt dici fuiſſe factã reſtõnem uiam iuſtitiæ, qñ in pſatione narratiua illius cõtinetur reſtituendũ condẽnatum fuiſſe per contumaciam, qa ex uerbis ſupplicationis qualis cõcedẽtis fuerit mẽs colligitur, text. not in l. 1. de diuer. reſcr. C. & tex. in c. inter dilectos. §. ceterũ. de fide inſtr. Ioan. de Imo. in l. iudex, ff. de re iud. & in ſimili in abſolone tradit Panor. in c. cum pro cauſa, de ſenten. excom. & qđ idem tradit in c. 1. de treuga, & pa cum ſi. Et ẽt põt colligi mẽs Principis ex ſuis proœmiis, & præfationibus l. fin. ubi not. Bal. & Imo. ff. de hær. inſt. l. 1eg. §. licet, & ibi Bar. ff. de iur. & fac. igno. Bald. in c. cum terra de elec. Alex. in conſ. 7. inc. uiſis & animaduerſis. col. 3 uol. 2. 11 † Et in dubio in re cõi præſumitur princeps uſus, & non gratia ſpãli. arg. l. in teſtamento. C. de teſt. mil. nam qñ factum ſuperioris põt referri ad ius cõe, in dubio ſemper ita intelligitur, ut not. Bal. in l. bonorũ. C. qui admitti. & eſt doctrina Innoc. quam Io. And. Ant. de Butr. & oẽs ſequunĩ in c. dudum. de decimis. & not. Paul. de Caſtr. in l. princeps, ff. de leg. cũ ſi. ut tradit Alex. in l. q̃ q̃. C. de teſt. milit. & in ſimili ẽt dicimus qđ in dubio princeps uĩ habere reſpectũ ad ius cõe, ut tradit Innoc. in c. innotuit, in princ. de elec. Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. ꝓſcr. Paul. de Caſt. in l. ſi teſtamẽtum, C. de teſta. Panor. in c. ad hæc. de reſcr. cũ ſi. & facit l. ſi qñ ad pri. C. de inof. teſta. & ubi utraq; qualitas, iuſtitiæ uidelicet, & gratiæ concurreret, qualitas iuſtitiæ deberet potius attendi duplici rõne. Primo qa magis fouet iuri cõi, ut pulchre decidit Bald. in l. ſi qs decurio. C. de fal. Pe. de Anch. in c. canonũ ſtatuta, de conſt & eſt deciſio tex. in l. nã, & miles. ff. de iniu. rup. & irri. fac. teſt. Secũdo qa fauorabilior eſt, ut dicit Bar. in l. cũ qs, in fi. §. ſi qs ꝓ eo, ff. de ſol. & ſic magis attẽdẽda 12 † qa licet alias qualitas nãlis magis q̃ accidentalis cõſideraĩ, tñ ubi accidentalis eſt fauorabilior illa eſt attendenda. tex. eſt peregrinus in l. hæreditatem. in prin. ff. de caſtrẽ. pec. ſi bene inducaĩ. Dum poſtremo auctor tractatus deducit ꝙ ubi ſunt appoſita iſta uerba, & qb. dederis. & c. uĩ cõceſſa facultas alienandi, eſſet magna qõ, quã ipſe nõ intrauit, an intelligeretĩ ꝓmiſſa ſucceſſio ab inteſtato, nã Bal. formalĩr in c. feudũ ea lege, ſi de feudo fuerit cõt. dicit ꝙ ꝑ illa uerba duntaxat cenſereĩ data facultas alienandi, & ſub eis ſolum cõprehenditur uera, & ꝓpria alienatio. & ꝓpea infert. ꝙ nõ comprehendiĩ illa quæ fieret ex delicto, quia non eſt propria alienatio l. ſi qs in tantam, C. unde ui. ergo, & in ꝓpoſito uĩ dicendũ ꝙ nõ comprehendatur alienatio, quæ fit per ſucceſſionem ab inteſtato, qa nõ dĩ defunctus proprie alienaſſe, ſed a lege defertur. l. lege obue

nire dr. ff. de uerb. sign. & l. 3. §. de illo, ff. pro socio, & improprie ac ficte prouenit a defuncto, l. cōficiuntur, & l. sigs cum nullū, ff. de iure codicillorū, & formaliter Bar. iūcto eo qd dnt ibi Ang. & Alex. decidit in l. q Rom. in §. duo fratres, ff. de uerb. sign. q ubi datur facultas alienandi grauato p cum cui debet fieri restō fideicōmis. ita demum pīudicat licentia cōcedēti, si bona fuerint alienata, usq; adeo q si nō fuerint alienata debēt puenire ad cōcedētem licētiam prout alias peruētura erant, 13 † unde de illa uerba, pro te, & successoribus tuis, & hñtibus causam, &c. Non alterant, ut dixi naturam feudi in Gallia, cum tacite insit ex cōsuetudine, fm quam permissa est alienatio rerum feudalium sicut allodialium. Quia ut dixi in quæst. 2. expressio eorū quæ inhærent nihil operatur, & est longum discrimen inter ista uerba quibus dederis, uel, habentibus causam a te, quia per illa uerba habentibus causam, &c. non uī esse data aliqua facultas nisi ubi alias illā haberet de iure, nec presumitur per ista uerba princeps iuri agnatorum derogare uoluisse. iura uulgaria quæ deducere piget, & ita concludēdum puto, saluo semper saniori iudicio.

1 *Pena incapacitatis per legem, quisquis, inflicta filijs, an locum habeat in filiabus.*
2 *Dispositio odium irrationabile continens nullatenus extendi debet.*
*Statutum unū pro alio penam imponens, irrationabile dicitur, & iniquum.*
6 *Constitutio quæ punit unum pro alio est iure naturæ, & diuino contraria.*
4 *Statutum dictans filios rebellium de ciuitate expellendos ad filias non est extendendum.*
5 *Filiæ non censentur comprehensę sub filiorum exhæredatione.*
*Priuatio nunquid inducit nisi specialiter exprimatur.*
6 *Pena incapacitatis filiorum quo ad extraneorum successiones non debet ad filias extendi.*
*Salycetus fuit excellentissimus doct. & præcipuus ueritatis inuestigator cuius opiniones plerunque medullam iuris continent.*
7 *Verba quæ in dispositione odiosa opponuntur, ad alia non extenduntur.*
8 *Titulus institutionis respectu hæreditatis parentum est honorabilis.*
9 *Hæresis in quo differat a crim. lęsę maiest.*
10 *Nati ex reductis in pristinam seruitutem propter ingratitudinem, serui sunt.*
11 *Veritas ignoratur eius quod multipliciter exponitur.*
12 *Extensio ex paritate rationis non fit in pœnis ipso iure instictis.*
13 *Dispositio pęnalis respectu delinquentis est reip. fauorabilis, respectu uero filiorum continet odium.*
14 *Filius est portio quædam corporis paterni, sed & eadem caro dici potest.*
15 *Natus ex sola muliere absque uirili semine, non est maculatus peccato originali, sed quis ille, Christus solus.*
16 *Maiestatem diuinam longe grauius est offendere quam humanam.*
17 *Constitutio pęnalis emanans ad uitanda animarū pericula, extendi potest.*
18 *Pęna legis, quisquis, quo ad incapacitatem successionis extraneorum, non trahitur ad filias.*

## QVAESTIO V.

*Illustri, & excelso I. C. Dom. Iafredo Caroli Reuerendissimi, ac amplissimi Senatus Regij Mediolani præsidi meritissimo.*

*Ioan. Franciscus Ponzinibus Doctor Placentinus S.*



SCio tibi multorū ingenia ludere, & uarias doctorum lucubrationes nomini tuo dicari ita ut possis leuiora hæc, & minuta opuscula fastidire. Verum tn̄ eam in te noui mā suetudinem, ac facilitatem, ut cum sublimiora inspexeris, humilioribus ēt pariter benigne aditum pbeas. Quam, ut literatorū oīm fautor humanissimus habearis, & ad te uel uti amenissimum diuersorium oēs liberaliū artium studiosi libenter cōfugiant, & ueluti cōem patronum, atq; assertorem amplectantur, & obseruant. uersabat̄ superioribus diebus animus meus ī mām Lamiarū, quarū p fectiones in hac urbe Placentina ualde frequētari cepere, & cogitabā q̄ occurrebant, & uera, ac utilia mihi uidebant̄ ī ipsa eadē mā, ī qua plurimæ q̄ones exortæ sunt scriptis demādare. Et cū id faciens inciderit ut arguēdo dicerē ius nr̄m sciam nequaq̄ logicorū more dici posse, & ad id lōgius pgrediēs excellētiā eius explicauerim, ita ut libeliū de Lamiis, ac iuris ciuilis laudib. cōtextim cōfecerim, cū tibi sapiētissime Præses, ac noī tuo cōsecraui Et potissimū rōne q̄ tibi iucūdissimum fore existimaui illius sapiæ laudes intueri, cui impensam ipse operā a iuuētute nauasti. Quam adeo familiarē lōgis uigiliis ac uehemēti animi applicatiōe fecisti. ut illam Ser. Sulpitii tā q̄ delectabilē filiolā amplectaris, cui excellētē illā dignitatē, & maximos honores quos cōparasti soles ascribere, Nec iniuria si quidem eius bn̄ficio factus es Chr̄stianiss. Francorū regi charissimus q eū te sanctissimo senatorio ordini in toto Mediolañ. im pio pfecerit, facile signauit qualē de tua moderatione, castitate, sanitate, opīonē hēat. Cuius sis apud illum

illũ auctoritas, & cũ ut solet dici magistratus uirum ostendit in hac ꝓuincia, quãpluribus iam annis secunda fama gubernasti, tanta i genii magnitudine, tãta es integritate uersatus, ut inter doctissimos iustissimũ, & inter iustissimos doctissimũ possimus appellare. Accipe igiť libellũ hunc exigue qdē faculta tis ac tenuis ingenii, quẽ tuæ dñationi ꝓpensa uoluntate offerro. Et iube tuis felicib. auspiciis ꝓdire in publicum, ac tuo fretũ patrocinio delicatiorũ cẽsurã nõ reformidare. Vale.

## Ant. Maria ad lectorem.

*Intima Franciscus quod Regnator is olympi.*
*Iunxerit humanis legibus ore sacro.*
*Ne mirere, uirum hunc peperit Venus aurea mater.*
*Gratia sic illi est matris ab uberibus*
*Quod cecinit, sagam sine mole accingier artes.*
*Hoc ab Allantiade quo satus est decidit.*
*Iure ergo emunctus cui concessere uicissim,*
*Eloquium genitrix, & pater ingenium.*

## SVMMARIVM.

1 *Lamię mulieres ad ludum dæmonis deferuntur per ipsum dæmonem.*
2 *Theologorum est sacras tractare scripturas.*
3 *Princeps non debet se rebus immiscere spiritualibus.*
4 *Theologia est omnium scientiarum dignissima.*
*Ius canonicum, uel ciuile non est scientia.*
5 *Leges simplicitatem amplectuntur, & subtilitatem respuunt.*
*Lex est uoluntaria opinatiua non passim necessaria, &c.*
6 *Lex est localis, non omnibus prouidẽs casibus.*
7 *Perito cuique de pertinentibus ad artem suam creditur.*
8 *Dubia in spectantibus ad fidem sunt ad Papam referenda.*
*Canones allegari possunt sicut, & leges.*
9 *Subiectum legalis scientiæ nedum circa mores, sed est etiam circa fidem.*
10 *Leges à Deo per ora prudentum, & Imperatorum promulgatæ sunt.*
11 *Legibus subdi debet omnis homo.*
12 *Leges in quibus allegari possint*
13 *Scripturæ sacræ adiuuari debent, & declarari per alias inferiores scientias.*
14 *Ius ars boni, & æqui dicitur.*
15 *Leges rationem, & causam habere censentur*
16 *Ius ciuile est scientia practica & speculatiua.*
17 *Negocia plura sunt numero quam uocabula.*
18 *Scientia iuris est certissima, nobilis, & omni honore digna.*
19 *Doctores iuris priuilegiati sunt in multis*
20 *Contemnentes iuris doctores detestandi sunt uelut pecudes.*
21 *Doctores iuris ciuilis circa quę uersari dicantur.*
22 *Scietia iuris ciuilis nobilissima est, nobilissimos reddens suos professores.*
23 *Scientia iuris ciuilis sapientia est, & res sanctissima.*
24 *Regere seipsum summæ sapientia est.*
25 *Scientia iuris ciuilis est oium sapientum dogma.*
*Legista & canonistæ qualem modum habeant arguendi.*
26 *Scientia quælibet suas proprias imaginationes, rationes, & disputationes habet.*
27 *Facundia oratorum quale habent officium.*
28 *Ratio legis ipsius anima dicitur.*
29 *Leges respuere subtilitates qualiter intelligatur.*
30 *Lex non dicitur uoluntaria, cum ẽt principis uoluntas legem condens ratione regulari debeat.*
31 *Principis proprium est iustitiam exercere.*
32 *Rescriptum principis non est cum alterius iniuria exequendum.*
33 *Principis studium esse debet ut populus sibi subditus bene uiuat.*
34 *Lex rationabilis dicitur eo ipso quod prohibita non reperitur.*
35 *Respondere per uerbum dubitatiuum est philosophicum*
36 *Lex an sit uariabilis, seu mutabilis.*
37 *Lex an sit omnibus casibus prouidens.*
38 *Iuris periti in dubijs sunt adeundi.*
39 *Lamiæ ad ludum dæmonum realiter, & uere deferuntur, & non tantum imaginarie.*
40 *Dæmon potest hominem de loco ad locum portare.*
41 *Deus per artem demonis multa contingere permittit.*
*Negatiua est non ens, & ideo improbabilis.*
42 *Diabolus quoad potest fidei nostræ resistere mititur & eam impugnare.*
43 *Solemnitas eadem requiritur in soluendo quæ in ligando.*
44 *Præcedẽtia declarantur per sequentia, & è contra*
45 *Factum aliquid esse non præsumitur nisi probetur*
46 *Experimenta sermonum uerorum cum rebus sensatis concordare debent.*
47 *Facta per artem Diaboli non uera censetur sed fantastica.*

48 Iura

48 *Iura de aliquibus loquentia locum habent in non expreßis in quibus eadem militat ratio.*
49 *Mulieres super quasdam bestias de nocte equitare, & in momento multa terrarum spacia pertransire falsum est.*
50 *Lamijs dicentibus se delatas ad ludum dæmonum. & multa se fecisse asserentibus, non creditur.*
51 *Argumentum de similibus ad similia est licitum.*
52 *Confeßio lamiarum est erronea; & respuẽda eo quod illusæ sint.*
*Confeßioni rei in criminalib. regulariter non statur.*
53 *Testes probare non poßunt quæ tantum in spiritu fiunt.*
54 *Antecedens destructum censetur si consequens destruatur.*
55 *Loquentis uirtus stat in hoc si bene distinguat.*
56 *Lex fit tantum de his quæ ut plurimum accidunt.*
57 *Poße non dicitur qui sine adiutorio non potest.*
58 *Argumentum inefficax censetur quod instantiam, seu retorquutionem patitur.*
59 *Argumentum à separatis in iure est nullius ualoris.*
60 *Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.*
61 *Baptismus ad sui eßentiam non requirit personarũ præsentiam.*
62 *Occasio capi debet quæ benignius responsum pbet.*
*Lamias portare corpus Christi ad ludum dæmonũ, & illud dæmoni offerere est falsißimum.*
63 *Lamias noctu domos ingressas sanguinem sugere paruulorum est erroneum.*
*Paruuli qualiter poßint f. ricari.*
64 *Dæmones qui aliquem ad peccatum induxerunt cõtra naturam, abominantes fugere est credendum.*
65 *Partic pes, & consc ij criminis non admittuntur in casu delationis ad ludum dæmonum.*
*Inquisitores fidei cogere debẽt ad abiurandum quod eatur ad ludum dæmonum.*
66 *Doctores iuris ciuilis uocari debent ad processus & examinationes inquisitorum.*
67 *Probationes in crimine hæreseos debent luce meridiana eße clariores*
68 *Hæreticus censetur qui leui argumento à fide catholica deuiat.*
*Testes uerisimilia deponere debent.*
69 *Infamia attendi non debet quæ à personis suspectis ortum habet.*
*Cogitatio in solo hæreseos crimine punitur, licet effectus nullus sequatur.*
70 *Confeßio rei ad condemnationem sufficit in sola hæresi.*
71 *Confeßio ad condemnationem sufficiens debet eße uerisimilis, & non æquiuoca.*
72 *Confeßus se alias iudicio hæresim abieciße in manu alterius inquisitoris, non censetur ex noua confeßione relapsus.*
*Confeßio facta in pęnitentiæ foro non sufficit ad condemnationem.*
73 *Testes noui super iisdem examinari poßunt catulis in solo crimine hęresis.*
74 *Publicatio testium non fit in crimine hæresis si inquisitorum timeatur potentia.*
*Hæreticus inquiri potest à pluribus.*
75 *Occultans hęreticum scienter, tanquam hæreticus puniri debet.*
*Hæreticus post mortem inquiri potest, & damnari.*
76 *Bona hæreticorum ipso facto capiuntur uelut publicata.*
77 *Hæreticus non auditur etiam in ualde fauorabilibus.*
78 *Aduocatus, an poßit pro bannito aduocare.*
79 *Inquisitores cognoscere non poßunt an sua sit iurisdictio.*
80 *Iudici per inquisitionem procedenti, & se informatum de fama dicenti non statur.*
81 *Iudex ratione notorij non debet procedere, nisi prius constet de notorij qualitate.*
82 *Dæmones inuocare, & ab eis responsa petere, an sit hæreticum*
83 *Hęresim sapientibus quando detrahendum sit.*
84 *Testes in crimine hæresis cogi poßunt ad testificandum.*
*Dicto ultimo testis statur in crimine hæresis.*
*Examinatio testium in crimine hęresis potest alteri committi.*
*Testes excommunicati & criminis socij admittũtur in inquirenda hæresi.*
85 *Crimen speciem hæresis sapiens puniri debet.*
*Pręlatus suam, sed non ecclesię iniuriam remittere potest.*
86 *Blasphemans Deum non includitur in statuto de pace habita cum offenso.*
87 *Dolus in quibus criminibus culpæ præponderet.*
88 *Suspicione sola in crimine hæresis ad inquisitionem proceditur.*
89 *Coniecturæ quę in crimine hæresis sufficienter dicãtur arbitrio iudicis committitur.*
*Scriptura requiritur in eo qui ab hęresi reuertitur.*
90 *Interpretatio confeßionis in foro conscientiæ ad salutem animę in partem fieri debẽt deteriorem.*
*Malum semper præsumitur de malo homine, & malo uerbo quod ab eo profertur.*

LAmiarum materiã, quas uulgus striges appellat silẽtibus in istis natalitiis testis, iudiciorum strepitibus, tractaturus assumo quod scribitur Matth.4.capi. Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem & statuit eum supra pinaculum templi. & infra. Assumpsit eum diabolus in montem excelsũ 1 ualde.† Ex hoc arguunt multi, & asserũt mulieres istas ad ludum demonis, & per ipsum dæmonem deferri posse quoniam si de quo magis inesse uĩ, & inest, ergo de quo minus auth. multo magis. C. de epis. & cle. l. quanto magis. ff. de iureiur. c. cum in cũctis, extra de electio imò stãte hac possibilitate, & ſm eos cõcedenda, inferunt credendum esse fore eas ad ipsum ludũ oĩno portari uere, qm̃ qđ est possibile est admissibile. Verum, qm̃ ego contrariam sñiam fauore fidei semper existimaui benigniorem, non per modum conclusionis, qm̃ prudentiorũ iudicio me subiicio, decreui in oppositum, inuocato Dei oĩpotẽtis auxilio, nõnullas breuissimas rõnes afferre. Verum qa uĩ theologorũ mã; qa de fide agitur, ne possit mihi obiici qđ scriptum est 6. q.3. c. scriptum. ubi dĩ in alienam messẽ manum non opponas. Censui in primis aliã dubitationem excitare, uidelicet. Nunq̃ d canones leges ue adduci ac allegari possint ad interpretationem diuinarum scripturarum ac seu ad declarationẽ uel decisionẽ theologicarũ qõnum. Nã hoc pacto cessabit obiectum, cognosceturq; maximã esse canonũ ac legũ ptãtẽ, & ꝓpterea leges oĩ ueneratione dignas. Ast, qa sicut aromatum solet esse nã, ut lõge magis cõtrita redoleant, sic, & ueritas quãto magis cõteritur, & oppugnaĩ, tãto clarior, expulsis nebulis, luce ꝓgrediĩ. Notãdo.n. & disputando bene, & optima rõne decreuit Modestinus, dicit tex. in l. fina. §. mixta. ff. de mu. & ho. & ſm Aug. 23 qõ. 6. c. uides, rõ uincit ꝑ disputationis pugnã. Arguẽdo ad partes, uĩ, in primis leges ipsas uel canones nullo 2 pacto sic fore admittendas.† Et primo, qa talis interpretatio uĩ tantũmodo spectare ad theologos qm̃ ipsi sunt, ut hĩ. 20. dist. c. 1. illi q̃ dnĩ tractatores diuinarum scripturarũ, & ꝓpterea, ut ibi dicitĩ in expositionibus earũ summis Pontificibus ꝑponuntur, licet in causis diffiniendis, ſm locum post eos mereanĩ, uana ergo uideĩ hæc disputatio legũ sic adducẽdarum, qa nemo debet se intromittere circa pertinẽtia ad aliũ l. cõsulta diualia. C. de test. Culpa.n. est se immiscere rei ad alium pertinenti. dixi text. in l. culpa ff. de regul. iur. & bonus tex. 10. dist. c. quoniã q̃ dicit, pontifices se non immisceant negociis secularibus, quibus est ꝑpositus princeps, & prĩceps se nõ immisceat diuinis rebus, quibus est summus 3 Pontifex ꝑpositus.† Et ꝓpterea infert ꝙ si princeps, q̃ est supra leges, inhibeĩ se immiscere spiritualibus rebus, ut ibi, ergo fortius hoc inhibeĩ subditis eius. Vel sic, si Pontifices ꝓ cursu tꝑalium immodo rerum imperialib. debent legibus uti, ergo fortius seculares, q̃bus est denegatum se immiscere spiritualib. rebus, debet posse ad allegandas ipsas leges, nisi ꝓ tꝑalibus rebus admitti. Et facit ead. distin. c. imperialium. ubi dicit, imperium suis publicæ rei quotidianis administrationibus debet esse cõtentum, nõ usurpare q̃ sacerdotib. Dñi solũ cõueniunt. & bonus tex. in aut. qũo opor. epi. in princ. ibi. illud qdẽ diuinis ministrans, hoc aũt humanis ꝑsidens ac diligentias adhibens. Et ideo gl. in uerbo cõferẽs. no. ꝙ nec Papa in tꝑalib. nec Imperator in spiritualibus se debeĩ immiscere. Et gl. in d.c. qm̃. ꝑ illum tex. dicit, ꝙ non licet allegare leges ubi est canon.† Secundo, qa theologia 4 est sciẽtia superior, & magis digna, ut habeĩ 10. dist. c. l. uer. itẽ lex, lex Imperialis nõ ẽ supra legem Dei, sed subtus, ut ea. dist. c. certum. & c. suscipitis. Et ꝓbatur qa scientia legalis subiicit Ethycæ. ut ꝑ gl. in proœ. decreti. q̃ Ethica est longe minus digna quam sit theologia, ergo non expedit eam interpretari ꝑ sciẽtiã longe inferiorẽ, & minus scientificam, ac ẽt plus religiosis interdictã c. non magno, & c. super specula. extra ne cler. uel mona. Tertio, qa ius ciuile uel canonicum non est sciẽtia, quia legistę uel canonistæ (ut inquiunt logici) non habent modũ arguẽdi, nec cognoscunt ꝑ causas, sed nituĩ immodo auctoritate legis uel canonis, qa dicũt, ita lex dicit, ita canõ loquiĩ, sed q̃ ꝑ causam nõ cognoscit, nõ scit, qa scire est rẽ ꝑ causam cognoscere. 23. q. 8. occidit, de testibus. cum causam, & hĩ 1. Poster. & secundo Metaphisicæ. ꝑ Io. And. in proœ. 6. in l. pupillus, ubi Bart. & Bal. ff. de acq. hær. ꝑ Ang. in l. q̃ Romæ, §. 5 duo fratres. 14. col. ff. de uerb. oblig.† Et facit qa leges dnĩ amare simplicitatẽ, non aũt subtilitatẽ, ut l. sicut circa fi. uers. si debitori. ibi, hæ aũt subtilitates a iudicibus nõ admittuntur, ff. quib. mod. pig. uel hyp. sol. l. 1. C. ut actio.

actio. ab hær. & contra hær. incip. ibi, nec ꝑ ꝑ nimiam subtilitatem. & in cap dilecti filii, in uer prouideatis attentis. ne ita subtiliter, sed simpliciter, & pure. extra de iud. Præterea lex est uoluntaria, ut per Aristot. in primo de cœlo, & mundo, & not. gl. instit de usucap. dum dicit, ꝙ sufficit pro rõne uoluntas. & probat in l. prospexit. ibi, quia ita uerba faciunt. ff. q & à quib. ff. de leg. 3. l. non aliter. ff. de exer. l. 1. §. si is qui. Nam quod principi placuit legis habet uigorem. dicit tex. inst. de iure nat. gen. uel ciui. & non omnium quæ à maiorib. nostris constituta sunt, ratio reddi potest. d. l. nõ omnium. ff de legi. subiicens. l. seq. quæ incip. & ideo. Et ideo rationes eorum. quæ constituuntur inquiri non oportet alioquin multa ex his quæ certa sunt subuertuntur. & facit l. benignius. ff. eo. ubi dr̃ benignius leges interpretandæ sunt, quo uoluntas earum conseruetur. Est ẽt opinatiua, & formidine permixta, ut vr̃ probari in § rñsa prudentum. in uerbo, opiniones. inst de iur. nat. gent. uel ciui. & in l. si me, & Titium in uerbo. subsisto. ff. si cer. pet. & in l. seruum quoque in prin. in uerbo, subsistimus. ff. de proc. Item non passim necessaria, quia ut hr̃ in cap. licet. de reg. quæ spiritu Dei aguntur, sub lege non sunt. & quod not. Inno in c. pastoralis, de off. ord. ubi habetur, ꝙ homines possunt cum tanta rõne regi, ꝙ nõ subiicerentur exercitio legis. & no. do Abb. in c. rex pacificus. & bo. tex in authen. de nup. §. si uero colla. 4 est ẽt uariabilis. c 1. de const. lib. 6. & ff. de leg. l. non est nouum. cum ibi notatis. 6 † Item localis, q̃a non obseruatur ubique, ut in c. super specula. ibi quia tñ in Francia, & nonnullis prouinciis, laici Romanorum Imperatorum legibus nõ utuntur. extra de priui. & facit qđ dicit Comen. in suo cons. 14. ad fin. qui dicit, ꝙ Veneti non utuntur iure cõi, sed iustitia naturali. Ad idem quia ut uidemus, fere oẽs ciuitates habent sua statuta, & suos ordines, legibus cõibus difformes, & repugnantes. Viuimus ẽt consuetudinibus. ff. de legi. l de quibus. §. ex non scripto. instit. de iure. nat. gen. uel ciui. Item non oĩbus casibus prouidens, quia non oẽs casus possunt sub lege comprehendi, ut dicit tex. in l. neque. ff. de leg. ergo talis cognitio uel notitia non põt dici sciẽtifica, q̃a sciã debet esse de immutabilibus, æternis, & determinatis, ut ꝑ Arist. 5. Ethico. & lex debet poni uniuersaliter, & non particulariter, ut ꝑ eundem in loco præallegato, quia particularia sunt infinita, quæ à nobis cognosci non possunt, sed cum sit de actibus humanis, impossibile est uniuersaliter uerum dicere, quia est utile, in aliquo casu particulari oppositum legis obseruari, & de quo multa exempla poni possunt, & patet ex not. in l. oẽs populi. ff de iust. & iur. ꝑ Bar. in 6. q. & per id ꝙ not. Inn. & Doct. in c. 1. de const. dum dicunt, ꝙ licet aliq̃n leges transgredi ex magna causa, ergo ad scientes theologos vr̃ relinquenda talis declaratio ac interpretatio, q̃a cęcus, nesciens quo uadit, in foueã cadit c. quæ ipsis, 20. dist. & ignorantia est cunctorũ errorum mater. c. 7 ignorantia. ea. dist. † Quarto quia peritus est standum c. fraternitatis. de frig. & malef. c. significasti. el 2. extra de hom. l. 1. circa princ. ff. de uentre inspi l semel C. de re mil. lib. 12. ergo theologis peritis tñ in talibus est standũ, ut ẽt per Alex. in cons. 1. & cons. 107. uolum. 2 post Pet. de Anch. in q. inci antiquis, & moderatis tꝑibus. Quinto per tex. in c. de quib. 20. dist. qui ponẽs ad quos sit recurrendũ cũ sacrosanctę scripturæ auctoritas nõ occurrit, inquit, De quibus causis nulla soluendi ligandiq; auctoritas in libris ueteris, & noui testamenti, & quatuor Euangeliorũ cũ totis scriptis appareat, ad diuina recurri te scripta gręca, si nec in illis ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas scriptas manũ mittite. si nec in illis, Sctõrũ exẽpla ꝑspicaciter recordamini, ꝙ si in oĩbus his inspectis huius q̃onis qualitas non lucide inuestigat̃, seniores prouinciæ cõgregare, & eos inuestigare, ergo ad has personas tm̃modo est recurrendum, & nõ ad doctore legum, cũ sint omissi. Contraria opinio tñ de iure vr̃ uerior. Primo per tex. in ca. relatum. 37. distin. ubi formaliter dr̃. Absurdum non est, si aliquid ẽt ex eruditione cõi ac liberalibus studiis, quæ forte ẽt in pueritia attingit. Ad assertionem ueri dogmatis conferat. Ad idem ea. d. c. turbat. ubi dicitur ꝙ ẽt literæ seculares addisci. ac legi permittuntur, ut errores gentilium legendo detestentur, ac utilia quæ in eis inueniuntur, ad usum sacræ eruditionis uertant. ergo nihil habet obstare, quin, & multo magis leges, canones ue sic adduci possint. 8 † Secundo, q̃a ẽt Papa ad quẽ spectat decisio dubiorũ circa fidem d c. 1. 20. dist. cle. 1. §. porro de sum. Trin. & fi. Cath. glo. in c. sicut unire, de exces. præla alleg. leges, & sequitur eas, ut habet̃ in c. cũ à nobis. in prin.

ibi, & canonica, & ciuilia iura sequentes districtius inhibemus, de testibus, & alibi sæpe. Tertio, quia ēt canones pñt sic allegari, 20. dist. c. de libellis, & cap. seq. & hoc non est dubium, ergo ēt leges, rōne connexitatis, & inuitationis c. 1. extra de ope. no. nun. ubi leges non dedignãtur imitari canones. & econuerso. Cõnexorum .n. est idem iudiciũ c. translato extra de cõst. no. gl. ꝑ illũ tex. in c. quo iure. 8. dist. sed leges, & canones fraternizãt, ac quandam cõnexitatẽ hñt adinuicẽ, ergo, &c. & facit tex. in auth. de nõ alien. aut ꝑmutan. §. cũ aũt. & in auth. de trien. & semis. in prin. ubi idem dr̃ de imperio. & sacerdotio, qa nõ 9 multum dñt, imò fratern zãt. † Quarto, qa subm legalis sciẽtiæ non est tm̃ circa mores, sed ēt circa fidem, qa nedum subiicit æthicæ, sed ēt theologiæ, cum in ea etiã tractetur de anima; & fide, & in ea habeamus multos titulos, q nos dirigunt in deũ, & tendunt ad fidem. Et ꝑꝑea gl. in l. iustitia. ff. de iust. & iur. & inst. eo. tit. in princ. dicit, ꝙ nõ expedit nobis legere theologiam, qa omnia pertinentia ad fidem, & ad diuini iuris scientiam, reperiũtur in corpore iuris, nõ est ergo spernẽda iuris sciẽtia cum lex sit sanctio sancta. Et cũ dicat Imperator in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide Cathol. Cunctos populos quos clementiæ nr̃æ regit imperiũ, uolumus in tali religione uersari, quã diuinum Petrũ Apostolum tradidisse Rom. religio adhuc ab ipso insinuata declarat, hoc est ẽm apostolicam doctrinã, euangelicamq. disciplinã, patris. & filii & spiritussancti, una deitate, sub pari maiestate. & sub una Trinitate credamus, & in auth. qũo opor. episc. §. nos igitur dicit. Nos igitur maximã habemus solicitudinẽ circa uera dei dogmata, & circa sacerdotũ honestatem, quã illis obtinentibus, credimus, qa per eam nobis maxima dona dabuntur à deo: & ea quæ sunt firma habebimus, & quæ nõdum hactenus uenerunt, acquiremus bene aũt uniuersa gerunr̃, & competenter, si rei principiu fiat decens, & amabile deo, & hoc aũt futurũ esse credimus, si sacrarũ regularũ obseruatio custodiar̃, quã nisi laudandi, & adorãdi inspectores, & ministri dei uerbo tradiderũt apostoli, & sancti patres custodie 10 rũt, & explanauerunt. † Præterea dñt leges à deo, ex ore prudentũ, & imperatorũ, ꝑmulgatæ l. fin. & ibi gl. in uer. diuino. C. de præscr. lõgi temp. §. quia igitur imperium in auth. de instr. caut. & fide. 8. dist. c. quo iure, ibi, qa ipsa iura humana, ꝑ imperatores, & reges seculi, Deus distribuit humano gñi. ut 6. q. 3. c. fi. Nam lex cepit à deo in Paradiso, & ideo dr̃ domum Dei, & dogma prudentũ, ut l. 1. ff. de legi. unde Panor. in c. 1. de iur. cal. dicit, ꝙ sicut lex canonica põt dici partim positiua, & partim diuina, qa in parte subiicir̃ æthicæ, & partim theologię. Idem dici debet de legibus ciuilibus. habito respectu ad causam efficientẽ immediatã, licet respectu causæ immediate efficientis dicanr̃ diuinitus ꝑ ora principũ ꝑmulgatæ d. c. quo in re. & d. l. fi. ergo saltem intuitu causæ à qua sic emanarũt, debẽt alle- 11 gari posse. † Quinto quia hoc ēt ur̃ perutile, qa cum omnis hõ sit subditus legibus, ergo adducta lege quisqs facilius obtẽperabit ueritati, & hoc ꝑꝑ timorem pœnæ, qm̃ legi stãdum est c. de capitulis, cũ quatuor capitulis seq. 10. dis. Et hoc ēt in foro cõsciẽtiæ, ut no. Bal. & Doc. in c. q̃ in ecclesiarũ extra de cõsti. do. Abb. in proœ. decr. Petr. de Anch. in consi. 21. incip. vr̃ prima facie dicendum. per Ioan. And. in c. 2. de uerb. sign. in 6 per B. Th 2. 2. 96. q. & per Bal. in c. in omni. de testi. ubi eleganter dicit, ꝙ ideo in foro conscientiæ leges sunt seruandæ, qa alias sequeretur, ꝙ omnis legũ forma, & subtilitas duceret ad inferos, & scientia legũ esset magis dãnata quã maleficium. Et pulcherrime ꝑ Fede. de senis, consil. suo 21 ubi ēt multis rõnibus comprobat ꝙ quis tenetur magis sequi dispõnem legis quam conscientiam eius, pro quo ultimo bene faciunt ēt quæ not. in l. illicitas. §. veritas ff. de off. præsi. & per Paul. de Cast. cons. 296: in 1. parte nouorum, & dicit gl. in cle. ad nostram. in verbo, ieiunare. de hære. & ibi do. Card. & Imo. in rubr. de const. col. 6. Abb. in c solitæ. in 2. col. de maio. & obed. & in c. oĩs anima. de cẽs. ꝙ nõ est aliqs adeo bonus, vel 12 ꝑfectus, q non subsit legi. † Et sic ex hac conclusione q̃ fundatur super utili, debent leges sic posse allegari, & ꝑ qua optime facit text. in c. vt cõmissi, circa fi. de hær. in 6. vbi iubet Iurisperitos dr̃e ab inqsitoribus auocari, vt eorũ ꝑcessibus assistant, & recte factum, qa legistæ sunt tractatores maleficiorũ, & leges ēt tractãt de maleficiis, ut C. de malef. & mathe. ꝑ totũ, & C. de pag. & eorũ temp. & sacr. & C. de thes. l 1. lib. 10. & alibi sępe. Et sic patet, contraria non hr̃e obstare. Et maxime primum argm̃, dum dicitur, vanam esse hanc

allegat

allegationem legum,quia immo pater q est utilis,& non uana. Nec obst.tex. in d. c. qm cum concor.qa illa iura loquunt in casu diuerso,qm aliud est quærere,nunquid Imperator possit se intromittere i causis spūalib. prout loquuntur illa iura, aliud, nunquid leges possint induci in theologicis qōnibus & diuinis prout dicit qō nostra. Et ppea do. Abb.in c.inter illa.in 1.primo no.de imm.ec. qdqd dixerit gl.de.qm dicit q etiam ubi non deficit canon,pōt lex allegari, per illum tex. & pbat bonus tex 10.dist.c.1.ubi dr leges imperatorū non esse omnino eruendas, cum eis sæpe ecclesia utitur cōtra hæreticos, & sæpe contra tyrānos,& per eas cōtra quoscunq; prauos defenditur,concor. ea.dist. c. si in adiutorium ubi dr, q sunt uerba Aug.si in adiutorium uestrum terreni imperii leges assumendas putatis,non reprehendimus. Nam fecit hoc Paul.& cōcor.tex.ubi gl.i c.1.extra de op.no.nunc.& 39.dist.c.1.in uers. ut eorū cautela ecclesiæ seruentur indēnes,& sic uidemus q ēt prædicatores in pdicationibus, & Theologi in suis scriptis allegant leges, 13 & bene.† Non ob.sm,quia ut ēt est dcm, p alias scientias inferiores potest ius sacrarū scripturarū adiuuari,& declarari, ergo tanto magis per leges quarū scientia est sublimior. Et facit quia ēt Xp̄s.cuius actio est nostra instructio, de cons. dist.1.solēnitates p exēpla rerū humanarū,& terrestrium,declarabat altissima,& quæ de sursum sunt,ut in euangeliis. Præterea,ut dicit Philosophus 1. Physic. innata est nobis in uia cognoscendi ad imperfectoribus, Nec ob. quod dr de .c. non magno,& cap super specula. quia hæc scīa, ut ibidem notatur,non est. omnino religiosis interdicta,sed causatiue s.ut magis theologiæ studium amplectentur,ut dilatato sui tentorii loco,funiculos suos faciat lōgiores, attñ cum licentia leges addiscunt,& quas de dicerunt pñt docere,& allegare,& sic fit.Non obst.tertium, qa imò ius ciuile, uel canonicū est scīa,patet ex plurib.Et primo p tex in pœ.ff. circa princ. in uerbo professores legitimæ scīę cōstitutos,& ibi prima uestigia cuiusq;.scīæ mediocriter tradentes. & in 4.col. ibi,& hi q rudes adhuc legitimæ scientiæ çapescendæ aspirant.& in pen.col.ibi, nihil legitimæ scīæ eius deerit. & ibi, hæc sola scīa finē habet mirabilem. † 14 Secundo p tex. in l. 1.ff.de iust.& iure.§.1.ibi,ius est ars boni, & æqui,& ibi, æqui & iniq notitiā pfitemur & ibi æquū ab iniquo separantes,licitum ab illicito discernentes. Nā si ius est ars. ut ibi. & concordat tex. in proœ.ff.col.pen.ibi,nulla euenit arte,ergo est cognitio quia ut dicit Philos.1.Poster.omnis ar.& doctr.fit ex præexīti cognitione sicut contingit in iure, cū in eo distinguamus æquum ab iniquo, sed distō non pōt fieri sine cognitione. Nec hic pōt capi ars pro habitu factiuo,si pdicta cōsiderentur,quimimo dicta uerba ostendunt, ut accipiat p habitu scientifico. & p demrones acquisito.Ostenditur ēt,quia leges hñt rōnē & causam ut subiiciam. Et pōt addudi tex. cum gl.in l.1.C.de stud.lib.11. dum. iurisperiti,& medici dñr esse Philosophi, & uiri pro 15 fundioris scientiæ,& doctrinæ.† Tertio quia leges hñt rōnem & causam, & ideo eam doctores,& præsertim legentes, semp inuestigant quærentes de rōne dubitandi, item de rōne decidendi,de rōne dubitandi, quia lex non fit nisi in casu dubio l. labeo. ff. de carb. edi.l.antiq.C.de.fur.In claris.n.nō est opus laborare.ff.de uerb.obl.l.contin.§. illud. Itē quia de singulis dubitare non est in utile, ut in prædicamentis Arist.& per glos.in l. 3. C. de sum.trin.& fi.cath.de rōne decidendi, ut intelligat quod est cum rōne facta, sicuti esse debet.4 dist.c.erit aūt lex. & sic multis aliis omissis,& ex his cōstat ius ciuile esse sciam, 16 & uerā ex rōnibus, & demronibus. † Constat ēt quia non solum est scientia practica, sed ēt speculatiua, qm oportet prudentē iure soluere nudos, qōnes & controuersias, q nunq̄ etiam contingerunt,quod non potest fieri nisi per subtiles indagationes, & p speculationem.Quo fit ut quia subtilr indagandum est,& procedendum per argumenta, rationes,& similia,& aliis uariis modis sm regulas iuris,quas decet hre notas, quod detestandi sunt illi,qui tantūmodo, (ut sunt multi) q utūtur temeritate pscientia cōtra tex. in l.quisqs.C.de postul. uel qui tantūmodo uadunt p reptoria,& q nihil uolentes a seipsis excogitare,timent cōsulere,uel pronunciare, qm id à doctorib.non reperiunt scm, & hoc licet adsit bona rō,uel bonum simile, sed male,quia ut ēt inquit Paul. de Cast. in l. Clod.ff. de acq. hær. perniciosus est talis timor, & in miserrimus est talis intellectus, qualr.n scientia legalis fuisset augmētata, si ita fecissent antiq,qa noluissent cōsulere,nisi

ubi reptum esset ita à doctoribus determina tũ,& cõcordat ꝙ dicit Boetius de disciplina scholastica,ubi ẽt ipse dicit,miserrimi ĩgenii est,nolle nisi inuẽtis uti. Et ꝑ pea rõnibus innitẽdum est, qm̃ ut dicit tex.in l. 1. §. sed qa. C.de uet.iure enucl.& in proœ.sexti nã [illegible] pe[illegible] nouas deproperat ædere form[illegible], & q̃ de nouo emergũt nouo idige[illegible] auxili[illegible] l.diuus.

17 ff.de rest.in integ.† [illegible] qu[illegible] cum plura sint negocia quam [illegible] ut l.nã.ff.de præscr. uerb.n[illegible] oẽs articuli sigillatim decidi, sed de[illegible] pcedi ꝑ rõnes,& similia, ut l. non pñt.ff.de leg.Et sic patet ẽt non hr̃e obstare, quod hr̃ per Philosophum in 1.Metaph. ubi dicit,ꝙ scientes, quorũ scientiæ non sunt ad usum,sunt nobiliores illis,quorũ sciẽtiæ sũt ad usum,qm̃ illud dictum non debet intelligi de tali scientia quæ est speculatiua, & practica, Aliter diceremus ẽt theologiam, uel medicinã quas theologi, & medici summæ extollũt,non esse sciẽtias nobiliores, cũ sint etiam ad usum,ut patet. Accedat quia est ẽt sciẽtia,quæ nedum uersatur circa mores, sed etiã circa ea quæ sunt ad diuini iuris usum, ut supra est tactum, & ẽt dicam infra. †

18 Est etiã certissima sciẽtia,quia habet finem quẽ non hñt aliæ scientiæ,ut in proœ.ff.col pen. habetq́. certissimas rõnes,& causas,& demõrationes,ut pitis notũ est, sed ut dicit Philosophus in proœmio de anima, una scientia dr̃ nobilior altera, uel subiecto nobiliori, uel qa est certior,uel ꝑ ꝑ utrunq; simul. Est ergo sciẽtia nobilis,& honore digna, qđ ab effectu ẽt demonstratur,qa ꝑ eam hoĩes fiũt nobiles,ut hr̃ in l.2.§.fin ff.de excus.tut. l. ꝓuidẽdum.C.de postu.ꝑ Bar.Bal.& Doct.i præ. C. ꝑ Bart.in 1. const. ff.col.3.& in. 1.constit. C.§.hęc quoq; ꝑ do. Alex.cons. 15 col. pen. & consil 18.col.fin.in fin.in 1.uol. & cõs. 94 col.2.uer. sed ita.eo.uol.& ꝑ Fely. in c. quanto.de mag.Et ꝑ pea,ut ꝑ Doct. ibi infamis, & udęus non pñt doctorari, & bonus text. in l.fin.in uersic.qui ue magisteriæ. ptãtis sudoribus clarus factus est C.ubi sena uel clar. † Itẽ qui à Doct. iuris priuilegiant in mul-

19 tis,ut ꝑ Doct.in uariis locis,& no. do. Alex. in l.cẽturio.circa prin.ff.de uulg & pup. & ꝑ dom.And. Siculũ in cons.57.incip. scribitur apud Iob. in 1.parte, & dom. Parid. Put. in tract.suo synd.in §.doctor.& seq,& in §. mãdauit tex.nã in eis uersat̃ publica utilitas, ut l.1.& ibi gl.C.de stud.lib.ut.Bart.& alii in l.

1.ff.sol.mat.& ꝑ Cyn.in l. 1.C. de iur. & fact. ign.Probatur ẽt quia ut dic[illegible] do Azo.in proœ. inst.sciẽtia ciuilis faci[illegible] ꝓfessores eius in orbe terrarũ sole[illegible] principari, & sedere in aula i[illegible]periali.Et ꝑ pea refert An.de Perus.in l.[illegible]cum salutatus.C.de senten. pas. quod licet Papa recipiat oẽs ad osculum pedis. tñ Vrbanus Papa recipit eum ad osculum pacis.

20 † Vnde ex istis, & multis aliis q adduci possent,merito iure inferri põt,ꝙ tanq̃ pecudes detestãdi sunt q de facili, & lubrico linguæ doctoris iuris cõtẽnunt, & ꝙ similiter pessime faciũt,q uolẽtes uiolare priuilegia doctorũ(prout sæpe istis tpibus fieri conatum est) faciũt hospitia militũ in domibus eorũ,quia hoc cædit dedecori tãtæ dignitatis.& contra tex.expssum in l.2,ubi ẽt gl.C.de mun.patr. lib. 10.Item ẽt cõtra cõsuetum, & cũ læsione publicę utilitatis,& ꝑ pea dicit Patris de Put. in.d.§.doctor.quod officialis faciẽs hoc meretur syndicari & ita dicit factũ contra quẽdam.ptãtem de Theano, q uoluit milites hospitari in domibus cuiusdam doctoris .su ꝑ hoc tñ est prouisum ꝑ illustres pśides, & regios senatores.† Demonstratur ẽt rõne exer

21 citii,qa uersantur doctores circa diuina, circa,cõe & circa ea quæ studet ciuitas,& princeps, & circa alia optima. unde Magnifici uiri appellari debẽt,qa & sic uersantes Magnificos uiros appellat Philosophus,4 Eth. & ita ẽt eos appellat text. 1.const.C. & in proę. inst sunt.n doctores iuris,optimi iustitiæ, & rep ministri,inquit tex.in l. 1. §.discipuli, & §.fin.ff.de.orig. & dicit tex.in in l. aduocati. C.de aduoc. diuer. iud. hi q dirimunt ambigua facta causarũ, suæq́. defensionis iuribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigũt,fatigata reparant,non minus prouident humano gñi,quam si pręliis ac uulneribus, patriam parantesq́. saluarent. Nec.n. solos, nr̃o imperio militare credimus illos qui gladiis ac toracibus nitũtur, sed ẽt aduocati militãt.Nam patroni causarũ, qui gloriosæ uocis cõfisi munimine,laborãtium spẽ uitã, &

23 posteros defendũt.† Est ergo sciẽtia nobilissima,iuris ciuilis sciẽtia,cum & ex ea fiãt nobilissimi eius ꝓfessores,ut supra, & qa nemo dat qđ non hẽt 1.q.7 c. daibertũ. de iure patronatus, qđ aũt.inst.de lib. in princ. per gl. Imo est admirabilis,& diuina, cũ dicat text. in l.2 circa princ.C.de uet.iure.enucl. Nihil in legibus,neq; contrarium,neq; idem,neq; simile

simile inuenit, ut ne geminæ leges ꝑ singulis rebus positæ appareant, qđ quidē cœlestis ꝓuidētiæ peculiare fuit, & humanę imbecillitati nullo mō possibile & ꝓbat, qa est diuinarũ atq; humanarũ rerũ notitia, iusti atq; iniusti sciētia, aucto. Chrysippo, ut l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & inst. eo. tit. in princ. Et à diffinitione non est recedendum, quia ẽm Philosophum. 7. Metaph. diffinitio est sermo indicās qd est esse rei ꝑ essentialia. & ẽm Bald. in rub. C. q. admitti. allegantē Boetium, diffinitio essentiā rei claudit & allusio siue Ethimologia intelligentiā rei. Et ꝓpea Bal. in l. nō sine. C de bon. quæ lib. dicit ꝙ illud dr̄. in esse qđ cōstat ex suo diffinito. † Quinimmo est sapientia ẽm I. C. in l. 1. §. proinde. ff. de uariis, & extraor. cog. q dicit ꝙ sanctissima res est ciuilis sapiētia. & facit qa ẽm B. Tho. 2. 2. q. 1. & art. 2. de domo sciētiæ cognitio diuinarũ rerũ uocatur sapiētia, cognitio uero humanarũ rerũ uocat̃ scientia, sed cognitio legalis est hmōi per iura allegata, & bo. text. in l. 1. C de uete. iure enu. ubi dicit text. Nihil tam studiosum in oībus rebus inuenit̃, quam legum auctoritas, quæ, & diuinas, & humanas res bñ disponit, & oēm iniqtatem expellit, sic sapientia, qm̃ ut dicit gl. in d. § proinde. ciuilis scientia est sanctissima quo ad animā & firmissima quo ad mundũ. Et dicit Philosophus ad Alex. sapientia est conseruatiua animæ. sicut sanitas corporis, sed hæc scientia est hmōi, quia facit hoīes uirtuosos, dirigens eos in Deum, tollens lites, rixas, controuersias, & talia ex qbus solent seq homicidia, & oīa alia malą ergo ē cōseruatiua animę & corporis, & sic sanctissima quo ad animam, & firmissima quo ad mūdũ, & sic cōnr est sapientia. † Corroborat̃, qa seipsum regere est summa sapiētia, ut per Philosophũ. de regi. princ. sed hæc scientia nedum docet seipsum regere, sed ēt ciuitates, prouincias, & oēm orbem terrarũ, ut patet, & dicit tex. in auth. ut oēs obe. iud. prouin. sine ea nihil factum est. & est ꝑcipua aliarũ, quum per eā regunt̃ omnia. Et ꝓbatur, qa decet I. C. hr̄e docendi peritiam. dicendi facundiam, disserendi copiam, interpretandi subtilitatem, solertiam, fidem, bonos mores, & laudabilem uitam. C. de profes. qui, in urbe cons an. l. 1. lib. 12. l. magistros. C. de prof. & med. libr. 10. & in procœmio inst. §. cũq;. quinimmo debet ēt alios præcellere moribus, & scientia. ut in illa l. magistros. nec immerito, qa doctores sunt ad aliorum eruditiones c. sup specul. de mag. & dicit tex. in c. gloriosus in sanctis suis de reliq. & uen sanc. ꝙ sunt luminosæ candelæ ardentes super candelabrũ positæ, quæ in uniuersum corpus orbis terrarũ tenebris profugatis ueluti sidus irradiat matutinũ. & tex. in d. c. sup specul. dicit ꝙ fulgēt ueluti splendo firmamēti. & ueluti stellę sunt in æternitates ꝑpetuas ꝑmansuræ. & tex. in c. multi. de pœni. dist. 2 ꝙ sunt radii solis. & probat tex. ī l. si arborē. § si cōem in uerbo. locus opacus, qm̃ sole cœpit esse plenus. ff. de ser. urb. præd. cum ibi not. p Ang. † Ad idē quia est dogma oīum sapientum ut dicit text. in l. 2 ff. de leg. & uera Philosophia, & non simulata, ut l. 1. ff. de iust. & iure. ergo est sapientia, & ita dici debet, quoniam peritis in arte est stādum, ut dixi supra, & est bona gl 9. dist c. ueterum, & facit tex. in §. responsa prudentum. inst. de iure nat. gen. uel ciui. & quia etiam leges, & sic ipsorum I. C. uerba, à Romana ecclesia, cui, ut dr̄ 22. distin. c. 1. iura terreni, & cœlestis imperii sunt commissa, sunt approbata. Non ob. qđ legistæ uel canonistæ non habēt modum arguendi qa est falsum, & patet quia etiam esto qđ non habeant cũ modũ quē habent dialectici uel aliarũ scientiarũ ꝓfessores, hoc non expedit dũmodo habeant modũ sciētificũ, & cōcludentem, sicut habent, qa ẽm Spe. in ti. de aduo §. nūc de exordiis uer. qd si aliter. quælibet scientia habet diuersa gña loquendi, intm̃ ꝙ proprius modus loquendi in una scientia, est absurdus in aliā, & sunt uerba Augu. in c. locutio. 38, dicit. & dicit Philosophus primo posteriorũ, † unaqueq; sciētia hēt suas proprias immaginationes, rōnes, ac disputationes, & bñ qā locutiones habent esse ẽm subiectam materiā l. si uno. C. loc. & ẽm Philosophũ. 1. Ethyco. tūc ꝑfectæ enunciamus, cum ẽm subiectam mām loquimur, de quo ēt per Bald. in l. data opera. circa mediũ. C. q a cc. non pos. Et ideo indigne dicitur legistam uel canonistam non hr̄e modum arguēdi, licet nō logice loquatur, uel ẽm alium modum. Nā ut inqt tex. in c. indignum. & in c. ecclesiastico. 38 dist. canones non sunt restringēdi sub regulis donati, nec etiam ociosis Philosophorũ scholis & facit qa legistæ sunt reales locutores, & rebus, & non uerbis intendentes, qa nō uerbis sed rebus, leges imponūntur l. 2. C. com. de leg. c. commissi, de elec. libr. 6.

m 4 & ideo

& ideo Bal. in l. ueteris. C. de cõtr. & cõmitt. stip. dicit ꝙ leges sunt ueræ pbiæ legales, & non dialecticæ, & ponderat ad hoc illũ tex. & cõcordãt uerba Io. An. in regula infamib. de reg. iur. in 6. qui dicit, absit ꝙ per sophisticationes uerborũ nãm immutemus, & ideo ſm eum ĩ c. 1. de cõf. in 6. ex mente Didymi

27 ad Alex. † Non artem bene loquendi discimus, nec facundiæ oratorũ, rhetorũq́. operã damus, cuius offm̃ est falsitatis sermonibus figmentare mendacia, & innocentiæ fidẽ cõferre criminibus, ac parricidii reos assignare piissimus, q dũ putant se alienæ laudis fructum p in q uictoriã rapuisse, nesciunt munimentũ suæ cõsciẽ pdidisse p quo facit tex. in c. sedulo. 18. dist. q pclarissime ad propositum loquẽdo dicit. Cõ di casto linguã exercitatã cõferre non audeãt, & putent pponẽdas esse uerbis snĩas. sicut pponit animus corpori, debet q. ueriores, ꝙ disertiores audire sermones, sicut prudentiores, quam formosiores amicos hre. Similter nõ obst. ꝙ legistæ, uel canonistæ non cognoscunt p causas, qa ẽt ex

28 supradictis oppositum pbatum est. † quinimmo rõ legis dr aĩa legis. l. quod dcm̃. ff. de pact. & strictius est obseruantia quã ipsa lex, ſm Bal. in l. qcunq;. C. de ser. fug. & in l non dubium. in 5. col. C. de leg. & p eundẽ in l. si qs seruo. C de. fur. ubi dicit ꝙ rõ est sicut aĩa & uerba sunt sicut supficies, & in d. l. nõ dubium. dicit qđ est spũs uiuificans legem, oẽ dcm̃, & fcm̃, faciens ratum, & firmum, & hr p do. Abb. in cons. 1. in 1. uol. Et dicit Bal. in l. nemo, in prin. C. d. sent. & interl. om. iud. quod ideo Francigenæ tantũmodo allegant rõnem, & dñt sic est ratio legis, non aũt dñt, sic est lex, uel lex sic dicit. Sed concesso ẽt ꝙ simpliciter allegetur lex, uel dicatur sic lex dicit, prout fit, quid ad rem, cum talis allegatio non est sine ratione, cum lex contineat rõnem, & sic ratione facta quo fit ꝙ allegata lege, ẽt ratio legis hr pro allegata. Nam, & idem fit de dictis philosophi, quia eius dictis simpliciter adductis philosophantes acquiescunt, quod nõ est. nisi qđ cõtinent rationem, uel causa. n. Sicut ẽt de dictis Pythagoræ refert Boetius in princ. suæ arithmeticæ, q inqt, ꝙ sufficiebat dici sic Pythagoras dicit. & ad propositum etiam dicit Bal. in c. ad hæc. in 6. col. de pace iur. fir. ꝙ leges non allegantur in curiis regum p auctoritate, sed pro ratione. Breuitatis causa etiam hoc fit qm̃ gaudent breuitate moderni, ut inquit gl. in l. 1. ff. ꝙ met. cau. & facit text. in l. amplio

29 rem. §. in refutatoriis. C. de appel. † Non obstat ꝙ leges non amant subtilitates, quia non est uerum, inquantum tractatur de interpretatione iurium, uel de enucleatione quæstionum, & ad ueritatem eliciendam, sed ne subtilitatibus fiant deceptiones, peruertãtur uera, & recta iudicia, iniquitates æquitati preferentes, in quo gñe boni, & æqui, ut inquit tex. in l. si seruum. §. de illo. ff de uerb. oblig. plerunque sub auctoritate iuris scientiæ perniciosæ erratur, secus, & hoc est de quo proprie loquunt iura cõtraria, & id qđ dñt leges subtilitates non amare, qa est uerum eas non amare, inquãtum tendunt ad decipiendũ, ut ẽt declarat Paul. in ca. dil filii, in 2. col. de iu. ubi latius p eum, q subtilitates sint attendendæ, & q non. & aliqd p Rom cõs. 201. incip. Oĩpotentis Dei postulato suffragio, in pposita cõsultatione. Et pbat tex. in c. si cupis, 16. q. 1. qui dicit habeo simplicitatẽ columbæ, ne cuiq̃ machineris dolos, serpentis astutiã, ne

30 aliorũ supplanteris insidiis. † Nõ obst. ꝙ lex sit uoluntaria, quia est falsum, ut ex prędictis cõstat. Nec ẽt sola uoluntas principis facit legẽ, qa imò debet esset regulata rõne Nam & uolũtas eius subiacet regulæ rõnis, est. n. aĩal politicum, rõne & mortale ſm Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua. & ideo non põt iniquum statuere, ut in quiũt d. Abb. & scribẽtes de cõst. c. 1. & per B. Th. 2. 2. q. 9 art. 6. & ſm Ang. in cõs. suo c. incip. sanctissima. in 4. col. opinioĩ eius non est standum, si cõtraria snĩa est rõnibus melioribus comprobata. alleg. text. in l. Aemilius. ff. de minor. & multa dicit Par. de Puteo in tract. suo syndic. in c. 1. & 2. ꝙ non licet principib. nec regibus in aliquo excedere, nec quidq̃ facere, quod non cõueniat probatissimo, ac sapientissimo uiro, & si aliter faciunt, nõ sunt Principes, nec Reges, & eis obediendum non est, ut ibi latissime per eũ, de quo ẽt p Ioã. And. in c. 1. de homic. lib. 6.

31 post Host. ibidem, ut dñt † ꝙ proprium principis est iustitiã exercere, & si deficit in hoc. auferret ei nomẽ boni & religiosi principis, & si carebit noĩe, carebit & re. C. de feriis. l. à nullo. C. de nup l imper. §. 1. & de uerb. sig. c. nã & ego. Et cõcordat. qa rex dr à gerẽdo. uñ debet regere, & nõ regi. ff. de leg. l. si alias non est rex ſm Bal. in l. nõ ambigit. post Cy. ff. de leg. & in l. post susceptum. ff. de excus. tuto. &

idem

idem de Imperatore, per Bald. in titu. de pace cõstan. in fi. & per And. de Iser. in tit. qui. mo. feu. amit. §. sic si dñm, ubi expresse dicit, qđ male uersantes in regno sunt priuãdi regno. Et ꝑpea non est dicendum, ꝙ sola uoluntas principis faciat legẽ, q͂a imò decernit ẽm rationem, & regulas legis, & rõnis. Pro quo facit, q͂a & ipse attestatur se uelle legib. uiuere l. digna uox. C. de legib. l. ex imperfecto. C. de 32 test. cum concor. † & ordinatum est, eius uoluntatem, uel rescriptu cum iniuria alterius non esse exequendũ, imò esse nullum, & irritum. C. de prec. imp. off. l. quoties. & l. nec dã nosa. C. unde ui. l. auctorit. & ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. merito. & C. de emancip. lib. nec auus. cum cõcor. & facit tex. in cle. past. de re iud. ubi sñia principis, quia cõtra ius fuerũt cassatæ, & annullatæ, & merito, q͂a ut inquit Paul. de Cast. in cons. 70. incip. In Xpi noie, quia frustra disputaret in 2. parte, ẽm stampã nouã. ubi ẽt consuluit cõtra quãdam sñiam principis, q͂a cõstõ regni, & monarchia est de iure gentium, ergo non debet contra illud posse, & sic debet esse eius lex oĩno cõis, rõnabilis & honesta, ut in d. c. erit aũt lex. & 23. q. 4. c. si eccl. in fin. & concordat tex. in auth. de inst. caut. & fide. ibi, quia igitur imperium, ꝑpea Deus de cœlo constituit, ut difficilibus imponat q̃ apud eum sunt bona, & leges aptet secũdũ naturæ uarietatẽ. & Paulo iferius, & dare in cõe subiectis, quos Deus nobis tradidit prius, & paulatim semper adiecit. & tex. in auth. ut non luxurientẽ cõtra nãm in prin. 33 ibi, † q͂a oẽ nobis est studium, & oratio, ut & crediti nobis à dño Deo, & bene uiuant, & eius inueniant placationẽ, & tex. in auth. de priuil. dotis in prin. ubi dicit, unam nobis esse in omni nr̃æ reip. & imperii uita, in Deo spem credimus, scientes q͂a hæc nobis, & aĩæ & imperii dat salutem, unde & legislationes nostras inde pendere cõpetit, & in eã respicere, & hoc eis principium esse, & medium, & terminum. Nec habet obstare allegata. l. prospexit. ff. qui, & à quibus quia secundũ Bal. in d. l. si quis seruo. Imo lex illa quo ad Vlp. cõditorẽ eius, dr̃ hr̃e rõnem, & eam Bal. aperit ibi. & idem Bal. in l. 1. C. quæ sit longa consue. refert, & cõmemorat Fel. in c. si qñ. in 7. col. de rescrip. in uer. circa rõnem legis. Et potest adduci quod dicit idem Bald. in rub. de const. 34 col. 2. ubi dicit † ꝙ lex satis potest dicit rõnabilis eo ipso ꝙ non reperitur prohibita, licet non possit demrari rõ eius, per gl. sing. in l. 1. §. initium, in uerbo ratus, ff. de postul. & per ea quę not. Archid. 8. dist. frustra. ubi dicit idẽ de consuetudine, ut possit dicit rationabilis, ex quo nõ obuiat canonicis institutis, de quo ultimo hr̃ ẽt per Bald. in c. cum uenis. de eo q̃ mit. in pos. col. 3. ubi ẽm eum, consuetudo in dubio debet præsumi laudabilis, & bona, ex quo non reperitur prohibita, & placet ciuibus, quia quod eis placet, generat concordiã, quæ est ciuitatibus utilissima. Non ob. quòd sit formidine permixta, quia immo est fima, & certa, cum sit rõne facta, quæ ut est dictũ facit omne dictum, ratum, & firmum. ut per Bal. in l. non dubium. C. de leg. & probatur in l. solam. C. de test. cum ibi no. in auth. de hær. & fal. §. si uero, colum. 1. in authen. de sanct. ep. §. 1. & in auth. de test. §. & licet. cum conc. 35 † præterea philosophicum est rndere ꝑ uerbum dubitatiuum, ut per uerbum forte, ut inquit glo. in l. cum res. §. sed si stichum. ff. de leg. 1. Præterea leges quibus utimur sunt approbatæ, q͂a quæ uisæ sunt rõnabiles, uel bonę fuerunt approbatæ, ergo uerborum qualitas non habet uitiare, siue nocere. Illud autẽ, ꝙ non sint leges passim necessariæ, & ꝙ ubique non seruantur, sic non habet obstare, q͂a non sequitur, ergo non sunt scientificæ, & bonæ. Nam & aliæ scientiæ quamuis nõ seruentur ubique, tñ ex hoc non sunt minus ueræ bonę, ac perfectę. Nec attenditur id, quod fit sed id, ꝙ fieri debet. l. sed licet. ff. de off ꝑs. sed leges dr̃ent ubiq; seruari. l. leges sacratissimæ. de leg. & not. gl. in d. c. super specula, oĩs enim aĩa est submissa Imperatori, q͂a est dñs totius mundi. l. deprec. ff. ad leg. rho. de iact. & 7. q. 1. in apibus, ergo &c. & facit, quia ut dicit glo. in clem ad nostram. in uer. s. ieiun. de hær. omnis ẽt quantumcunq; iustus subest legi, licet non exercitio eius. & not. d. Abb. in c. omnis anima. de cens. & in d. c. rex pacif. & sentit Philosophus 10. Ethic. qui dicit ꝙ non tantũ ꝑ iuuenes, sed ẽt ꝑpter senes facta est lex. 36 † Nec obst. quod sit uariabilis, siue mutabilis, quia hoc ẽt simpliciter dictum est falsum. Nã quantum attinet ad ius naturale, uel gentiũ, hoc patet inst. de iu. nat. gen. uel ciui. uer. sed naturalia. quia illud est immutabile, quantum autem ad ius diuinum, idem, ut ibi, & in l. ex hoc iure ff. de iust. & iu. quantum uero ad ius, quia ius nostrum est tripartite collectum, ut in §. fin. inst. eo. dicitur quod licet

immu-

in c. satis peruersum. 56. dist. cõcludit ꝙ nõ, & sic transit Panor. in d. c. uergentis. remittens. ad glo. in d. c. quicũque, sed aduerte, q̃a gl. in d. c. satis peruersum, non loquitur in crimine hæresis, sed in crim. læsæ maiest. & gl. in d. c. quicunque ad quam remittit nil dicit de hac materia. Io. And. in nouel. & Dom. in c. ut commissi. §. priuandi. eo. tit. & li. tenet ꝙ tales ipso iure sint priuati beneficiis, nec est fienda distinctio fuerint talia beneficia collata filiis, uel nepotibus ante delictum parentum, uel post, sed simpliciter est dicẽdum q̃d prædiximus, pro quo facit tex. in d. §. priuandi. qui simpliciter loquitur, & tex. in c. felicis. §. quod si quis de pœ. lib. 6. Nec ob. si dicatur ꝙ ille. §. loquitur in alio casu, quia s̃m eos illud est longe minus delictũ qui istud, ad q̃d ẽt facit d. c. statum, sed salua meliori deliberatione ego crederem esse fiendam illam distõnem, quia aut beneficia fuerunt collata ante delictum parentum, & filii non sunt illis ipso iure priuati, aut fuerunt postea collata. & sunt priuati, & pro hac distõne facit tex. in c. quicunque. §. hæret. iuncto d. c. statutum, ubi inhabilitantur ad beneficia obtinẽda filii hæreticorum, &c. & sic iura prædicta loquuntur tantum de obtinendis post hæresim parentum, non tñ ante. nec obst. tex. in d. c. felicis. §. quod si quis, quia loquitur in alio crimine q̃ hæresis, nec est fienda extensio cũ sit ius pœnale per iura uulgaria, & si illud esset uerum oẽs pœnæ contentæ in d. c. felicis. hẽrent locum cõtra hæreticos per fundamentũ istorum, de quo supra, q̃d est absurdũ, ꝑsertim, q̃a interdũ, ꝓ minori delicto imponunt̃ maiores pœnæ, & sic rõ argumentationis eorũ non ꝓcedit, pro quo est tex. in d. c. admonere. 33. q. 2. ubi maior pœna imponitur occidenti uxorẽ q̃ occidenti matrẽ, cum tñ cõstet longe grauius delictũ est matrẽ occidere q̃ uxorẽ. Restat r̃ndere ad d. c. ut commissi. §. priuandi quod satis ṽr urgere. & dicas quod ille text. est intelligendus s̃m iura prædicta, non. n. inducit nouum ius quo ad hanc priuationem, nam ille tex. principaliter emanauit ad declarandum in quibus inquisitores sine diœcesano possent procedere. Vnde q̃d de priuatione beneficiorũ dr̃ enunciatiue narratur, & per cons̃s dispositionem non facit, iuxta tex. in c. si Papa. de priuileg. lib. 6. & ubi uelles quod dispositionem induceret, debet intelligi de beneficiis postquàm parentes hæresim incurrerunt, filiis collatis per ea quæ superius diximus, ut iura iuribus concordentur. 3 † Vlterius quæro an pœna quæ imponitur filiis hæreticorum extendatur etiam ad bastardos glo. in d. ca. statutum, tangit hanc q. & arguit pro, & contra, & finaliter tenet quod extendatur ad eos ne plus habeat luxuria q̃ castitas, & idem tenet ibi Archi. & sequitur Io. And. in nouel. qui dicit, se sic cõsuluisse cum quibusdã doctorib. cum illegitimus sit de sanguine respectus generis. & in ipso ẽt timeatur crimen paternum. C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. Itẽ si puniuntur filii illegitimi à fortiori bastardi, q̃ sunt odibiles legi. arg. de ꝑben. eũ q̃ lib. 6. cũ suis cõcor. Item q̃a iura gñaliter loquunt̃ benefacit ad hoc. ff. de in ius uoc. l. fin. uerum tñ s̃m doctrinam Cyn. in d. l. quisquis, illud esset intelligendũ de bastardo qui patrẽ certum posset nominare, secus aũt esset in uulgo quæsitis natis ex incerto coitu, qui certum patrẽ demonstrare nequeunt, quia tunc cessat in eis rõ cum non cõstet illum esse patrem eorum, & idem sequitur Ioan. And. in d. c. statutũ. Subdit tñ ibi Dom. ꝙ ubi cõis usus alicuius ciuitatis uel loci reputaret illos de domo s̃m ꝙ dicit seruari Florentiæ, & Perusii, ubi deferunt arma illius agnationis de qua esse putantur, tunc ad eos h̃mõi pœnæ extẽderentur, & dicit fuisse hoc de mente Bar. in l. pronunciatio. ff. de uerb. signifi. & in l. filiũ. ff. de his qui sunt uel alie. iu. Confirmo etiã amplius hanc partem. 4 † Nam in casu odii rationabilis simplex appellatio filii comprehẽdit etiam naturalem, ut in l. libertinum, coniuncta rubr. C. de interdic. ma. inter pup. & tut. hoc autem odium rationabile est. nam cum crim. læsę maiest. filii dicantur digni paterno supplicio, ut in d. l. quisquis. §. filii uero. à fortiori in crimine hæresis per d. c. uergentis. ad idem facit quod no. Bart. in l. 2. ff. de acc. & in l. tutelas. ff. de c. dimi. & in l. fin. C. de uerb. sig. ubi tenet ꝙ si ius siue dispositio loqtur per uerba naturalia, ut pote filii uel nepotes, cõprehẽdunt̃ ẽt nãles, & bastardi, quia s̃m nãm si trahunt naturã ã ꝑribus sicut legitimi sic est aũt in proposito, q̃m iura superius inducta loquuntur de filiis hæreticorum per uerba naturalia. s. filii, & nepotes &c. & ꝓsumuntur imitatores delicti paterni sicut, & nãles, imò multo fortius cum ex talibus cõplexibus sepenumero de gñe ui

ri, &

ri,& scelerati nasci cõsueuerũt ut dicit text. 56.dist.si gens angelorũ.† Sed quæro,an pœnæ prędictæ se extendant ẽt ad filios q nati sunt anteq̃ eorũ potres hęresim ĩcurrissent? Cald. mouet hanc q. in consiliis suis in tit. de hær.cons.3.& arguit pro & contra, finaliter tñ concludit, ꝙ non se extendant ad eos per l.emancipatum.ff.de sena.cum mã sua. Item facit qa filius ante natus ex superueniẽte dignitate in persona patris nõ consequitẽ priuilegiũ,uel honorem, ut l.senator. C de dign.lib.12.& l.filii.§.senatores.ff.ad muni.& per cõns si non honorẽ ergo nec pœnã, uel unus, ut l ex qua persona.ff.de reg.iur. ad idem l.1.§.fi.ff.de bon. poss. contrab.& l.si necesse.§.si deportatus ff.de bo.lib. ꝓ quæ iura filii iam nati ꝑꝑ superueniẽtem casum in personam patris nõ repelluntur à successione,& pro hoc ẽt inducit l.diuo Marco. C. de qõ.ubi dicit esse casum expressum.in l 2. C.de lib.& eo.lib. Ad cuius cõfirmationem põt induci,quod in simili not.Cyn.in d.l.qs quis,circa filios illius qui cõmisit crim.læsæ maiest.sed in contrarium facit quod not.ibi Saly.q tenet illam pœnam ẽt hr̃e locum in ante natis,cum non minus in eis hęreditarii criminis exempla sint metuenda, & qa iura gñaliter loquuntur,Nec obstant iura in contrarium inducta ẽm eum,ꝑꝑ grauitatem.n. criminis læsæ maiest.contrarium in eo statuitur,& per easdem rõnes idem ego dicerẽ in crimine hæresis,cum sit lõge maius,ut in d.c.uergentis.ad hoc ẽt facit text.apertus in d.c.statutum.§.fin.de hær.ibi cũ dicit, uel tales ẽt decessisse ꝓbantur, ex quo innuit sufficere,ꝙ patres eorũ in morte fuissent hæretici.nec põt dari conueniens solutio ad illum tex.ad idẽ facit d.c.filii.eo.tit.quod loquitur de illis q ostenderunt signa hæresis, cum decumberent in lecto ꝑꝑ infirmitatem de qua decesserũt.& cõtraria tolluntur ꝑ ea quæ diximus ꝙ sit in hoc crimine speciale ꝑꝑ eius grauitatẽ.† Sed an inqsitores hęreticæ prauitatis poterunt facere statuta utpote augẽdo pœnam contra hæreticos,uel alias circa hoc crimẽ disponendo,& dicẽdum est ẽm Lap.ĩ c.2.§.statuto,de const.lib.6.quod non, quia sunt delegati.ut c.ꝑ hoc.& c.ne aliq.de hær. lib.6.ex quo infertur,ꝙ ẽt delegatus ad uniuersitatẽ causarum nõ põt facere statuta,qa a iure non reperitur sibi concessum. Isti.n. sunt delegati ad uniuersitatem causarum,ut not.gl.in d.c.per hoc, & cõclusionem istam sequitur etiam Dom.in d.§.statuto.

*1 Ciuitas in qua aliqui sunt hæretici an tota pössit igne exuri, aut alias destrui, latissime usque ad quæstionis finem.*

*2 Ciuitas quando dicatur hæresim committere ut uniuersa destrui possit.*

*3 Vniuersitate punita de hæresi, an singuli quoque puniri uideantur, ita ut amplius puniri non possint.*

## QVAESTIO XXIIII.

Vigesimoquarto quæro, † an si aliqui hæretici sunt in una ciuitate possit tota ciuitas exuri siue alias destrui, & gl.in uer.oẽs.in c.si audieris.23.q.5.arguit,quod sic per illum text.& uñr ibi uelle Ioan.& Laur. ꝙ quilibet possit hoc facere, sed in contrarium inducitur.ea.q.si non licet.uer.quasdam.& uersic.his igitur.& q.4. uers.non ergo,& q.ult.quodcũque, & quod not.33.q.2.inter hæc.in 1.gl.Archid.in cap. præsidentes.de hær.lib.6.dicit quod ecclesia concedit generalem auctoritatẽ exterminandi hæreticos.23.q.5.si uos.& c.si audieris. quę non tantum diriguntur principibus.& facit eadem causa.q.8.legi.& de hæret.communicamus.§.cathol c.ubi etiam ad eos exterminandos,cõceditur cruce signatis indulgentia ultramarina,tñ occisio,& spoliatio talium tutum est quod fiat ex edicto principis uel ecclesiæ.c.cum secundum leges.eo.tit.li. 6.ne ex cupiditate uel ultione potius q̃ ex iustitia,uel obedientia pugnare uideantur.23. quęst.1.quid culpatur.& quęst.2.c.1.& q.3. sex differentiæ,quod etiam tenuit Raine.in summa,eod.tit.uers.sed nunquid.& Goffre. in summa,eod.tit.§.sed nunquid catholici, & Hostien.in summa,eod.tit.qualiter euitẽtur,uers.sed nunquid catholici. Idem sequitur Ioan.And.in nouel.in d.ca.præsidentes, ꝙ Dom.qui subiungit oportere necessario præcedere iudicis declarationẽ super crimine hæresis ad hoc ut ista executio fieret, per d.c.cum secundum leges,sed ista uidẽtur mihi cum supportatione nimis crude,& indigeste dicta,& in tanta qõne, ubi de tantorum periculo agitur,& præsertim ubi innocẽtes pro nocentibus puniũtur grauius,& profundius scribẽdũ,& calamus magis tẽperandus fuisset,qua ꝑꝑ ego dicerẽ ꝙ ẽt si aliq de ciuitate

tate sint hæretici, dummodo ciuitas ipsa hæresim non incurrerit, adeo quod delictum istud uniuersitatis ciuitati ascribi possit, non ꝓꝑea ciuitas possit exuri, aut alias destrui. nullo.n.iure hoc reperitur cautum, imò iura clamant in contrarium s.ꝙ peccata suos debent tenere auctores. C.de pœ sancimus. de his quæ fiunt à maiori parte cap. quæsiuit. Ad iura quæ in contrarium inducuntur stat rñsio.ad c.si audieris. per quod gl.præfacta se fundat, dici potest multipliciter. Primo, ꝙ illud erat præceptum legis ueteris, & iudiciale, ut patet clare. nã habetur originaliter Deut.13.& talia in lege noua cessauerunt, nisi de nouo fuissent instituta, nel legitur noua institutio. Nam Cyprianus cui inscribitur ille tex. in decretis nõ habuit facultatem iura gñalia concedendi, cum non fuerit Rom. Pont. eo maxime, ubi de incendio, & morte inferẽdis disponitur, ut patet in illo tex. quę pœnæ ab ecclesia non imponuntur. ne cler. uel mona. sententiam sanguinis, & eo. ti. eo. lib.6. & de exces. prælatorũ, ex literis, uel aliter dicas, ꝙ ille tex. non loquitur de hær. sed de idolatris, & ista crimina sunt diuersa, ut ex superioribus patet. Aliter etiam põt dici, ꝙ loquitur qñ omnes de ciuitate inficerentur illo crimine, & si non omnes, illud tamẽ tempore illo licite fiebat, stãte pręcepto Dei qui dñs est uitæ, & mortis pro quo bonus text. in d.c si non licet, & in cap. gaudemus. de diuor. ubi de homicidio Sansonis fit mentio. Ad alia uero iura quæ inducit Archid. uidelicet, c.legi, respõdetur, ꝙ auctoritate Dei illa facta fuerunt qui interius auctoritatem occidendi inspirabat, ut in d.c. si non licet ad c si uos, dicendum est, ꝙ loquitur qñ auctoritate iudicis illa fiũt, ut patet in fine eiusdem tex. ubi dicit diligentissimi rectores, &c. ad c. excõicamus §. catholici. dicas, ꝙ intelligitur qñ in casu licito bellum contra eos moueretur, & accedente auctoritate superioris qui hanc cõcedere posset, alias autem sequeretur absurdum, quod pro actu illicito, & reprobato Papa concederet indulgentias, quæ tñ pro opere charitatis sunt indulgendæ, iuxta not. per doctores c. quod autem, de pœn. & remissionibus. Pro quo est tex. eo. tit. cum ex eodem tenet S.Tho.4. sententiarum dist. 20. Stabit in hoc conclusio, ꝙ ciuitas labatur in hæresim, tunc demum possit exuri. & destrui, & non aliter. Hanc sententiam firmat Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœn. in crimine hæresis, & in crimine læsę maiest. & alias ubicunque filius punitur ꝑꝑ delictum patris, & sic fuit factum de Carthagine, quę ꝑꝑ rebellionem passa est aratrum, ut ff. quibus mod. ususfruc. amit. l. si usus fructus. Dicit etiam se uidisse sententiam diffinitiuam Imperatoris Henrici quam dedit contra ciuitatem Brixiæ quæ fuit sibi rebellis, in qua dicebat illam ciuitatẽ esse subiiciẽdam aratro, quã pœnã postea ex misericordia relaxauit, quę sñia diffinitiua est lex, ut l. 2. ff. de legi. & in l fin. C. eo. & de re iud. c. in causis. & ita fecit Papa Bonifacius qui ꝑꝑ delicta quorundam templariorũ totum ordinẽ eorũ destruxit, quia erant hæretici. Hanc aũt sententiam nullus inferior à principe ferre poterit, nec sine principis auctoritate hoc fieri potest. ſm quod late prosequitur Bart. in extrauag. qñ. & idem sensit uno uerbo. Sal. in l.1. C. de sedit. in. fin.

2 † Sed qñ dicemus ciuitatem cõmittere hęresim, ut modo pręmisso puniatur, dicas ꝙ si omnes essent hæretici, uel maior pars, ut in l. quod maior. ff. ad municip. & hoc tenet Bart. in d. extrauagan. quoniam in simili materia, & requiritur quod conueniat, ut uniuersitas ad hoc faciendum ut pote communicato consilio, alias dicerentur singuli facere, & non uniuersitas iuxta not. per gl. l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. & l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. neque per hoc credas quod pœna corporali puniantur innocentes pro nocentibus quod manifeste patet per ea quæ Bart. not. in d. §. nonnunq̃ & Saly. in d. l. 1. C de sedit.

3 † Sed iuxta prædicta quæro an punita uniuersitute de hæresi modo præmisso censeantur singulares puniti ad hoc, ut amplius puniri nequeant. Ad hoc rñdeo, ꝙ singulares non eo minus puniri poterunt si culpabiles in hoc delicto reperiantur, quia quod debet uniuersitas non debent singuli, & ecõtra. ff. quod cuiusque uniuer. l. sicut §.1. ff. de reg. iur. aliud. § refertur, facit ff. quod ui aut clã, l. semper. §. si in sepulchro. Ad hanc decisionem, faciunt not. per Ioan. Mo. & Ioã. Andr. in cap. felicis. de pœn. lib.6. in fin. & per Bart. in d. l. aut facta. §. nonnunquam.

1 *Cogendus an sit quis ad Christi ueritatem amplectendum, & an solum sit uerbo agendum, disputatione pugnandum, & ratione uincendum.*

QVAESTIO XXV.

Vigesimoquinto superest nonnullis hæreticorum prædictorum obiectionibus, & calumniis rñdere. † Dicunt enim neminem ad Christi ueritatem esse cogẽdum, uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uicendum, ne fictos catholicos ecclesia habeat, & huius opinionis fatet August. se fuisse cum cecitate infidelitatis primitus tenebatur, postmodum uero cum faciem suam ad ueritatis lucem conuertit, cognouit nedũ uerbis, & auctoritatibus hanc confutari, & confundi sñiam, quinimmo, & exemplis. Nã, & ciuitas sua cum primo tota esset in partes Donati, ad unitatem tandem catholicam legum imperialium timore conuersa est, quã tpe suo uidit ita perniciem præfactam detestari ut in ea nunquam fuisse crederet. Itẽ, & aliæ multæ ciuitates sibi nominatim commemorabantur, ut in ipsis rebus agnosceret, ẽt in hac causa recte intelligi posse quod scriptũ est. da sapienti occasionem, & sapientior erit hæc ille in epistola ad Vincentium Donatistam. & hñr transumptiue. 23. q. 6. uides, ut opinior, qualiter aũt, & sacræ scripturæ testimonio hoc idem probetur considera patrẽ familias seruis suis pcepisse cum ad inuitandũ ad nuptias in uias, & sæpe oẽs destinasset, quoscunq; inueneritis (inquit) bonos, & malos compellite intrare. legimus quoque. Primo Saulum postea Paulum ad ueritatem cognoscendam, & tenendam magna uiolentiæ Christi cogentis esse compulsum, quin potius quod mirum est ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit plus illis omnibus qui uerba tantum uocati sunt in euangelio laborauit, & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Sed, & circa idem aduersarii prædicti obiiciant Deum dedisse liberum arbitrium, & ideo non debere hominem cogi ac bonum, quod, & donatus Augusti obiiciebat, cui, & ipse respondet. attende, & considera, quod non ideo uoluntas bona misericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis diligatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ uoluntatis. nec liberari, nisi bonam habuerit uoluntatem, nõ tñ ideo qui diligu ntur male. suæ uoluntati impune crudeliter permittendi sunt, sed ubi ptãs datur, & malo prohibendi, & ad bonum cogendi sunt. Nam si uoluntas mala semper suæ pmittenda esset libertati, quare Israelitæ recusantes, & murmurantes tã duris flagellis a malo phibeantur, & ad terram pmissionis cõpellebant. ubi, & subiungit multa alia noui, & ueteris testamenti euidentia testimonia, hñr transumptiue 23, q. 3. displicet hoc ẽt philosophorũ schola apertissime docet. q em nec nã ad uirtutem inclinantur, nec ingenuos hñt animos, ut ue. boñ doctrina duci queant (qđ pcipue his cõtingit q assuetudine lunga malũ habitũ induciunt,) necesse est quasi beluas quasdã sub iugo ponere, & legũ austeritate cohercẽdos fore, ut philosophus docet 10. Ethicorũ, & per hũc modum coacti recta operãtes uirtutũ actibus assuefaciẽdo, tandẽ in bonos uiros euadunt, ut ipse dicit 2. Ethicorũ, ex eo. n. quod multoties agitur ẽm rationem, imprimitur forma rationis in ui appetitiua, quæ quidem impressio nil aliud est quam uirtus mortalis ut Thomas ibidem dicit, ad prædicta ẽt facit tex. 23. q. 6. §. si Adhuc instant apostolos in sui fauorem inducentes, quos non legimus uiolentia aliquos ad fidem compulisse, nec a regibus terræ ad hæc auxilia petiisse, sed qui talia dicunt ut inquit August. ad Bonifacium comitem non cõsiderat aliud tunc fuisse, & omnia suis conueniri temporibus quis enim tũc in Christum crediderat Imperator? quis pro pietate contra impietatem legis ferendo seruiret, tunc enim adhuc illuc propheticum implebatur. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ principes conuenerunt in unum aduersus dominũ, & aduersus Xpm eius. nondum. n. agebať qđ paulopost in eodem Psalmo dř. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore 23. q 4. si ecclesia, Posset etiam aliter eorum obiectio confutari, aliter enim cum his qui nunquam fidei sacramentum susceperunt est agẽdum, qui non ui, sed proprii arbitrii uoluntatẽ suadendi sunt, ut ad fidem conuertantur, ut cap. qui sincera & cap. de Iudæis. 45. dist. & aliter cum eis qui semel sacramentum baptismi adepti sunt, qui etiam si metu ad Christianitatem coacti fuissent a principis, sicut factum est temporalibus religiosissimi principio Sisebuti quia iam constat eos sacris diuinis associatos, & baptismi sacramentum suscepisse, &

chrisma

chrismates unctos esse, & corporis dñi extitisse participes, oportet ut fidem quam ēt ui uel necessitate susceperunt, tenere cogantur ne nomen dñi blasphemetur, & fides quam susceperunt uillis, & contemptibilis habeat, ut in d.c. de Iudæis, quod tñ diximus de conuersis ꝑ uim, debet distingui iuxta text. in c. maiores. §. itē qritur, de baptismo. Post hæc aūt obiiciūt ꝙ principes res eorū cōcupiscūt & ut auferant in eos sentiunt. Sed isti pessimi Iudaica suꝑstitione obcecati, suꝑ quorū oculos, ut ait Apost. usq; hodie uelamē illud Moysi appositū manet, ut oculos hñtes non uideāt, non attendunt q̃ sint cōtraria ueritati q̃ loquunt. Si.n. principes p̄fati eorū vellēt bona, nequaq̃ misericordiam pollicētes eos inuitarent ad pniam. Sed quia eorū salutem ex uisceribus sitiunt, etiam ꝙ fisco suo cōpetebat dum tamen conuertantur liberalissime ipsis, relaxant, nec erubescunt hæretici sua dicere, qui in huiusmodi errorem lapsi in suo dominio retinent, ut in cap. quo iure. 8. distinct. & cap. quod autem 23. quæst. 7. Clamant insuper dicentes sæuam crudelitatem in eos exerceri. Sed his respondetur per illud Hieronymi suꝑ Esaiam, nō est crudelis qui crudeles iugulat, sed crudelis patiētibus esse uř. Nam latro suspensus patibulo, crudelem iudicem putat 23. q. 5. non est crudelis. Deus.n. qui miserator, & misericos est patiens, & multum misericors, nō ideo crudelis, & rigidus & cruentus reputatur, ꝙ diluuio genus humanum deleuit, & Sodomā, & Gomorrā, ignē, & sulphur pluit. Egyptios submersit in fluctib. Israelitarū cadauera prostrauit in eremo. Dīt postremo ꝙ reuersi ad p̄iam non recipiuntur, cum ecclesia pia mr̄ gremium non claudat redeunti. Quibus respondetur per id quod scripsimus supra qō. 20. ubi latissime pertractauimus, qūo, & qualiter reuersi ab hæresi, admittendi sunt. Friuolis igitur ipsorum pessimorum hominum spretis querelis iuris censura in eos est exercendo. Aliter. n. Rex seruit Deo, quia Rex est, aliter quia homo est, seruit uiuendo fideliter, quia, Rex est, seruit leges condendo, iusta præcipientes, & contraria prohibentes, ac uigorem iuris in sceleratos exercendos. Et cum his breuiter finem facio. Ad laudem, & gloriam Iesu Christi domini nostri, qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

## TRACTATVS

De Hæreticis sequitur ex tex. ibi mathematicorum cū supra, & infra dicetur ae mathematicus dicatur hæreticus, & mathesis hæresis sit, sūpta occasiōe de hr̄si disseremus ad solatiū.

### SVMMARIVM.

1 *Heresis quid sit, & quis dicatur hæreticus.*
2 *Qui ioco profert uerba Hæretica, quia dicat se habiturum uxorem in alio seculo, an sit hæreticus.*
3 *An, & quan do ex sola uoluntate ut hæreticus condemnari.*
4 *Pertinax hæreticus quis dicatur.*
5 *Hæresis unde dicatur.*
6 *Hæresis quot modis contrahitur prosequere, & primo quando deuiat a fide Christi. & religione Christiana etiam leuiter aduersando, etiam non defendendo.*
7 *Hæresis contrahitur adhærendo opinionibus illorum qui damnati sunt ab ecclesia, de quibus in c. quidam. 24. q. 3.*
8 *Dubius in fide hæreticus est quod declara, & limita quinque modis.*
9 *An hæreticū est tenere usuras esse permissus, & an inter Iudæos, uel inter Iudæos, & Xpianos, nu. 10. Et an Papa possit dispensare circa usuras.*
11 *An sit hæreticum nolle iurare putans iuramētum esse illicitum.*
12 *An aſſerendo usum paupertatis non includi sub uoto religionis hereticum sit.*
13 *An hæreticum sit si dicatur non posse pœnitere eum qui uiuit usque ad senium in peccatis.*
14 *An aſſerendo Papam non habere potestatem dimittendi peccata.*
15 *An si dicat Imperatorem non esse Monarcham, & dominum totius mundi.*
16 *An per nouum sensum, & opinionem hæresis contrahatur, & quando.*
17 *An aſſerendo fornicationem non esse peccatum.*
18 *An recusans se purgari in causa hæresis sit hæreticus.*
19 *An defendens hæreticum, uel aduocans pro hæretico, hæreticus sit.*
40 *An credendo hæreticis sit hæreticus.*
21 *An si steterit in excōicatione per annum, aut biennium hæreticus sit.*
22 *An si per annum steterit, & non receperit communionem sit hæreticus.*

23 An per inuocationem dæmonum, & sortilegia dicatur hæreticus.
24 An idolis sacrificando hæreticus est.
25 An qui dicit incedere noctis tempore cum Herodiade, uel Diana hæreticus sit.
26 An blasphemando hæreticus sit.
27 An oppugnando priuilegia ecclesiæ.
28 An contemnendo canones, & statuta ecclesiæ, asserendo Papam non habere potestatem condendi canones.
29 An asserendo posse esse in ecclesia duos uicarios Christi.
30 An asserendo Papam in temporalibus non habere potestatem sicut in spiritualibus.
31 An per simoniam hæresis contrahatur, ut si credat sacramentum uendi posse.
32 An per schisma hæresis contrahatur.
33 An auferendo priuilegia ecclesiæ.
34 An asserendo peccata non dimitti nisi à solo Deo.
35 Si officialis distulit præstare auxilium contra hæreticos, an sit hæreticus.
36 An negando infernum, & paradisum, & asserendo annonam esse mortalem.
37 An asserendo decimas non deberi clericis.
38 An si professus recedat à religione, & publice contrahat matrimonium.
39 An non consecrando, & celebrando cum hostia non consecrata.
40 An negando ex latere Christi sanguinem, & aquam exisse.
41 An tenendo animam esse sanguineum, & ex præiacenti materia generatam.
42 An contemnendo historias in biblia.
43 An per contumaciam contrahatur hæresis.
44 An persistendo in notorio crimine, & sit incorrigibilis.
45 An recusans iurare ad purgationem.
46 An hæreticis credendo.
47 An episcopus instituens hæredem consanguineum.
48 An fauendo hæreticis.
49 An frangendo imagines crucifixi, & sanctorum.
50 An inuocando dæmonem ad actum luxuriæ.
51 An per apostasiam contrahatur hæresis.
52 An hærendo opinionibus reprobatorum.
53 An asserendo Christum non esse aliquid secundum quod homo.
54 An si abiurasset in iudicio prius, deinde reincidat in hæresim.
55 Officialis recusans iurare obseruare statuta ecclesiæ.
56 An asserendo animam rationalem non esse formam humani corporis.
57 An credendo erroribus illorum de Alamnia.
58 An potens reuocare ab hæresis aliquem non reuocando.
59 An faciendo nouam sectam contra fidem.
60 Hæreticus tandem est qui contra fidem Christi, & articulos fidei, & contra præcepta, & dogmata ecclesiæ credit.
61 De processu hæreticorum prosequere, & primo ad quem spectet cognitio hæresis ad ecclesiasticum, an ad secularem, & an sit mere ecclesiasticum.
62 Ecclesia quam pœnam imponit, & an sanguinis.
63 An tradendo seculari conuictum de hæresi cognoscat secularis processum hæretici. Et an nouas pœnas imponere possit. num. 64.
65 Qui iudices cognoscere possunt de hæresi, & quis sit iudex ordinarius an episcopus, & quis sede uacante. 66.
67 Qui dicantur iudices delegati in hoc crimine.
68 Inquisitor hæreticæ prauitatis quis esse potest, & an minor 40. annis.
69 An inquisitores hæreticæ prauitatis habeant iurisdictionem insolidum si plures sint.
70 An delegati inquisitores in diœcesi episcopi habeant priuatiue iurisdictionem, an cumulatiue, & quis præferatur citantibus ambobus, num. 71. Et an uterque procedat incitando, torquendo, procedendo, & sententiando, num. 72. Et an absoluendo.
73 Qualiter se habere debent inquisitores, & eorum officiales circa executionem.
74 An inquisitores procedere possunt contra episcopos de hæretica prauitate.
75 An possunt cognoscere de sortilegijs.
76 An possint cognoscere super crimine usurarum.
77 An possint carcerare, tormentare, & condemnare absque interuentu episcopi, & quot monitiones requirantur, & an unica sufficiat num. 78.
79 An inquisitores possint hæreticis pœnas pecuniarias imponere.
80 An inquisitor possit procedere ex sola suspicione contra diffamatum tantum.
81 Inquisitor an teneatur ad precium melioramentorum quando bona alienata reuocantur, & precium rerum uenditarum.
82 An possit tollere inquisitor defensiones, & exceptiones reo competentes.
83 An generalis inquisitor possit procedere contra quẽ à Papa specialis datus est inquisitor.
84 Contra quas personas potest inquisitor procedere, & an contra laicas, & contra exemptas, & an diœcesano non requisito, num. 85.
86 An contra usurarios procedere possit ut restituant.

87 An

87 An potest procedere contra prohibentem baptizaviiudęum.
88 An potest concedere usum armorum, & punire turbatorem.
89 An procedat contra iudæum receptantem christianum apostatam.
90 An possit recipere testes facta publicatione.
91 An possit subdelegare.
92 An procedere possit mortuo delegante.
93 An possit cogere secularem ad concedendum auxilium, & brachium, & an puniri impedientes suum officium, & tollere statuta, & consuetudines impedientes officium, & an inquirere post quinquennium, & an cogere hæredes inquisiti ad pœnitentiam, & an contra blasphemantes, & an cum testibus excommunicatis, & an absoluere, & liberare infamatos tali crimine & an excommunicare, & priuare prædicatores officio prædicandi, & an prosequi hæreticum confugientem, ad alienam prouinciam, & an potest procedere simpliciter, summariæ, & de plano & an testibus non publicatis, & an testibus periuris.
94 An si sint plures inquisitores habeant iurisdictionem insolidum.
95 Qua pœna puniantur si male se gerant in eorum officio, & qualiter puniantur.
96 Quando delegantur ab episcopo tales inquisitores quam habent potestatem.
97 Contra quos potest procedere, & qui de hæresi inquiri possunt an episcopus, & personæ exemptæ an Papa an imperator, & per quem, & an deponi potest ex hoc, num. 98. 99 & à quo Papa, & imperator, & an potest facere statutum, ut Papa de hæresi non teneatur, numero 100. & an requiritur incorrigibilitas.
101 An Iudæi accusari possint de hæresi.
102 D processu hæreticorum prosequere, & quòd æquiparatur hæresis crimini læsæ maiest. in procedendo, & quod per inquisitionem procedi soleat & per exceptionem, num. 104. & per accusationem. num. 105.
103 An inquisitor ordinem iudiciorum seruare debeat.
106 An quilibet accusare potest de hæresi, & an publicum sit, & omnes personæ etiam prohibitæ accusare possunt, num. 107. & qui prohibentur, et an excommunicatus, & an minor, infans, & doli rapax & an inimicus.
108 An in crimine hæresis requiratur personæ legitimatio in accusando.
109 An requirantur solemnitates etiam substantiales & quid si accusatio sit inepta, & an locus apponi debet.
110 An diffamatio requiratur in inquisitione de hæresi, & an lis contest. num. 111.
112 An contra citatum contumacem procedi potest, & fieri processus.
113 An procurator admitti potest, & an aduocatus, num. 114.
115 An statim quod comparet carceri debet inquisitus, & an episcopus interuenire.
116 An sufficient leues suspiciones in hoc crimine.
117 An absque iudicijs, ad torturam procedatur in tali crimine, & an personę priuilegiatæ torqueantur & an requiratur indicia alia sicut in alijs, & an testis de iure admittatur, licet non omni exceptione maior, num. 118. & quid si extent suspiciones in eo ut torqueatur quid faciendum, & an purgatio indicenda & an presumptiones sufficiant, & quę.
119 An stantibus presumptionibus non tamen legitimis duellus indicendum sit, & locum habeat.
120 An quando per accusationem hæreticis probari debet per duos testes habiles.
121 An testes probent parte non citata contra suspectum de hęresi.
122 An testes publicandi sunt, & quando.
123 An requiratur probatio quando publice prędicat.
124 An post publicatas attestationes testes recipi possunt etiam ad offensam.
125 Et an sit probatum crimen si libri hęresis reperiantur pœnes inquisitum.
126 An probetur hęresis ex leuibus suspicionibus.
127 An transigi possit in tali crimine.
128 An in ferenda sententia requiratur citatio inquisiti, & an appellari possit, & an quando per accusationem proceditur episcopus, & inquisitor in sententia ad essie debet sicut quando per inquisitionem.
129 An appellari possit, & an habere recursum, num. 130 ubi an prohibitus appellare posset habere recursum.
131 An in hoc crimine admittantur defensiones, & an renunciare potest defensionibus.
132 Quę sint pœnę hęreticorum ordinarię, & extraordinarię, & an pœna ignis iure canonum & regni, & an priuilegium presonę operetur & an secularis cogi potest ad imponendam talem pœnam, & an requiratur incorrigibilitas ut degradari possit, numer 133. & per quos degradari debent, num. 134. & ibi de forma degradationis.

135 *An in hac crimine damnatur memoria defuncti & bona publicantur, & cui bona applicantur, et quid in terris baronum, & cui feudum aut emphyteusis applicatur, & reuertatur, & quæ bona ueniant publicanda, & an inscriptio requiratur in accusatione ne memoria damnetur, & an bona ipso iure publicentur, an sententia requiritur & quæ num. 136. & an declaratio*

137 *An alienatio bonorum hæreticorum sit prohibita, & facta an reuocari possit, & an precium restitui, & quid si bona alienasset, & fundasset hospitale an reuocanda sint, num 138. 139.*

140 *Si hæreticus habeat filios orthodoxos an bona reseruentur filijs, & an priuentur beneficijs, & officiis, num 141. & an etiam obtentis. & qui filij contineantur. & an in hoc differrant hoc crimen & læsæ maiest. & an dotes uxorum conseruentur, & an filiarum, & an filij hæretici contrahãt matrimonium cum fidelibus.*

142 *Infra quantum tempus peti potest publicatio bonorum, & an præscribi possunt, & infra.*

143 *Hæreticus an sit infamis & excludatur à testimonio.*

144 *Hæreticus an sit excommunicatus.*

145 *Hæreticus an priuetur omni beneficio.*

146 *Filij hæreticusq; ad quam generationem priuentur à dignitate obtinenda.*

147 *Hæreticus an careat sepultura.*

148 *Hæreticus an à quocunque occidi possit.*

149 *Mulier heretica an teneatur dotare filiam orthodoxam.*

150 *Mulier hæretica an gaudeat priuilegii mulierum.*

151 *Hæreticus an testari possit an contrahere, an aduocare, an iudicar, an esse notarius, & an gesta per eum si notarius sit ualeant, & an ei legari in testamento etiam militis.*

152 *An hæreticus cogatur ad obseruantiam iuramenti.*

153 *Hæreticus an petere posset restitutionem bonorum, & rerum ecclesiasticarum, & an possit habere seruum christianum, & an habere sinagogas, & an ubique puniri potest, & an expelli a ciuitate.*

154 *Hæreticus reuersus ordinari possit, & an agere si hæres institutus sit, & an cum eo conuersare, an rescriptum impetrare.*

155 *Papa licet promoueri, & eligi non potest si hæreticus tamen si eligatur ualet electio.*

156 *Euntes ad terminum hæreticorum consequuntur indulgentias.*

157 *Matrimonium cum hæretico contractum non tenet. Item punitur aliis pœnis extraordinariis, ut num. 158. cum seq.*

159 *Qualiter euadantur pœnæ ordinariæ, & extraordinariæ, & primo si abiuraueris hæresim, & redierit ad fidẽ, & si nolueris iurare an statim habeatur pro hæretico, & ibi quæ sit pœna, & elapsis, & an bona recuperet.*

160 *Forma iuramenti abiurationis, & forma absolutionis ponitur.*

161 *An, & quando redeundo bona recuperet, & an alienata, & an ad alia prosequere, & an ad firmam ut testis esse possit, & an dignitatem ut promoueri possit.*

162 *Relapsus in hæresim qualiter puniatur.*

163 *Qualiter puniantur receptatores fautores receptatorum, & credentes, & quæ sint pœna introducta, & quid si occultat tantum qualiter puniatur. 164.*

165 *An pœnæ contra receptatores fautores, & credentes concurrant cumulatiue ex quo diuersæ secundum diuersas leges, an nouas tantum, & quando diuersæ pœnæ sint impositæ à iure ciuili, & canonum an omnes imponi possunt.*

166 *An sicut hodie in crimine læsæ maiest. receptator rebellis suspenditur cum publicatione bonorũ ita & in receptante hæreticum.*

167 *An liceat receptare hæreticum consanguineum.*

168 *Hospes an excusetur si dederit potum bannito trãseunti*

169 *An liceat uxori receptare uirum hæreticum.*

170 *Ignoranter receptans, non punitur idem si coacte nu. 171.*

172 *An amicitia inueterata excuset.*

172 *An si gerit receptator pœnitentiam, & abiurauerit euitet pœnas.*

174 *De receptatoribus aliorum malefactorum.*

175 *Alias pœnas prosequere usque ad finem contra receptatores & fautores hæreticorum.*

DE hæresi itaque uerba facturi tanquã de grauissimo crimine. 22. q. 2. cap. 1. & 33. q. 7. c. quid in omnibus. Primo, quid sit hæresis, & q̃ dicatur hæreticus, & unde dicemus. Secũdo, quot modis cõtrahatur hæresis subnectemus. Tertio, de processu hæreticorũ tractabimus. Quarto, de pœnis hæreticorũ, & eorũ fautoribus, credẽtibus, & receptatoribus subiiciemus. Tractari itaq; de hæresi ut sciamur q̃d sit id de quo disputaturi sumus ab eiusdẽ definitione ꝓficisci necesse est, Cic. in off. imitantes, & in reg. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Primo uideamus q̃d

1 sit hæresis. † Hæresis igitur est deuiatio a fide Christi,& catholica religione cum pertinacia, ut probari uſ. in l.oēs.C.de hæret.iun ctis cle.1.§.porro.de sum.Trin.& fide catho. & ibi dictis ꝑ Card.in prin.2.q.text.in ca.dixit Apost.24.q.3.text. in cle.1.§.fin. de usur. Panor.in rub.de sum.Trin.& fi. cath. Iser. in c.1.§.quocunque licet nomine.de stat.& con sue.cōtra lib.eccl.& ꝑ Paul.Ghir. in tract.de hæret. in princ. in quibus dr̄ hæreticum esse eum q non firmiter credit.& pertinaciter insistit, debet ergo esse ꝑtinax in opinione deuiante a fide alias.n.si disputādo dixerit contra fidem nō affirmando, non dr̄ hæreticus, nec ut hęreticus puniri pōt, ut dicit gl.in d.l. oēs.& alii in locis supra, & Card. in d.cle.1. in fi.facit const.reg.inconsutilem. circa ff.ibi in erroris concepti constātia perseueret,&Pa nor.in d.rub.& tex.in d.ca.Apostolus.& cap.

2 qui in ecclesia.24.q.3.†Ideo si gioco, aut ludo uerba hæretica ꝓferantur non dr̄ hæreticus, nec ut hæreticus punitur ut dixit Card. in d.cle.1.in fi.& Iser. in d.ca.1.§.satisfactionem.col.fin.de sta.contra lib.eccl.Quod limita nisi cū pertinacia asseueret, vt si dicat se habiturū uxorem in alio seculo,ut per Card.in

3 d.cle.1.§.nos,de sum.Trin. †Et dixit Fel. in rub.de hær.ꝙ hæreticus non esset nisi suus error habuerit principium,& complementum ad hoc puniat, alias ex sola uolūtate occulta,ut hæreticus puniri non potest.ꝗnā cū non constet ecclesia militans non habet eū ꝓ hæretico,ita dixit Bal.in l. si qs non dicam rapere,col.1.C.de epō, & cle.& Fely. in tracta.de cona.3.fallen.& in c.ad abolendam.col.1.de hære.& nisi forte inqsitori,hæreticæ prauitatis liqueat de tali uoluntate per confessionē hæretici,cum talis mentis cogitatio probari non possit. Anan.in cap.si quis episcopus.2. col.de hęr.& in c.cōsuluit.3.col.de usu. & ꝑ Fran.Ponz.in tract.de lami.uer.6. & 7.& ibi declara qñ confessio fuisset uerisimilis,& nō æquiuoca.licet quo ad Deum sola uoluntas sufficiat, c. excommunicamus.§. credentes. de hær.gl.in c.1.24.q.Card.in cle.1. in princ. 3.q.de usu.Mar.in l.q falsam,2.col.4.casu.ff. de fal.requiritur ergo principium,& complementum expressum patens ut puniatur,facit l.cogitationis,ff.de pœnis. † Pertinax autem

4 hæreticus dicitur,qui dat pecuniam secreto inquisitoribus ne puniatur Bar.in l.tutores, ff.de susp.tut.eodem modo pertinax dicitur si episcopo inquisitori,aut theologo non credit.dum eum corrigunt Bart.& Nic.de Nea. in l.3.§.tutores.ff.de susp.tu.per gl.ibi, dicentem pertinacem dici iudici non obedientem, Compost.in cle.1.§.fi.de usu.& no.gl.in cle. 1.in uers.pertinaciter,de sum.Trin.licet alias pertinacia relinquatur iudicis arbitrio, ut p Io.And.in c. si diligenti. de foro com. Fel.in d.rubr.de hær.& in c.qualiter, & quando,3. col.de accus.& dicit glo.in d.cle.1.§.sane,de usur.2.c.dixit 22,q.pen.ꝙ talis ꝑtinacia debet esse obstinata,uel cū persistentia incorrigibili,facit d.const.inconsutilem, ideo error hæretici debet hr̄e complementum ut supra quot aūt monitiones requirantur ad constituendum in ꝑtinacia per Matth. in d.consti. incōsutilem in gl.cōmoni ti.& gl.in d.c.dixit

5 Apostolus. † Hæresis aūt dr̄ ab electione, erroris cap.hæresis,24.q.3.uel ab erro erras, uel ab adhæreo,qa adhęret opinioni eorum, uel ab ercisco.quod idem est,ꝙ diuiduo,quia ab unitate ecclesiæ sunt diuisi,sic. ff.fam. erc isc.i.diuidundæ,ut in rub.not. & hæc conuenit ut dr̄ in d.const. inconsutilem. in princ. ibi,uocabuli uitio seruientes, quod significationem diuisionis enūciat,& ibi gl. Host. in sum.eo.tit.§.1.Archid.in cap.2. eo. tit. facit c.inter hæresim,ibi,pariter separari,24.q.3. probatur in l.si duas.in princ.ibi, hæreses leges idest diuidentes.ff.de excusa.tut. Host.in sum.eod.ti.in princ. Iser in cap.1.§. pactarenos,de statutis contra libertatem ecclesiæ,& Matthæ.in d.constitutione inconsutilem, 2. not.& Paulus Ghir.in d.tract.de hæret.

6 †Circa secundum hæresis multis modis contrahitur,& primo qñ deuiatur à fide Christi, & religione catholica, & misteriis sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ abnegando, aut impugnando quidqd continetur in l.nos reddētes post epistolam inter claras,C.de sum.Trin.& fi.cath & in c.1.& in c.damnamus. eo. tit.& in cap.1.eo.in 6.& in clem.1.eo.& 24.quæst. 1.cap.hæc est fides.Panorm. in rubr. de summa Trin.post gl.ubi de articulis fidei, & Bonif.in ti. de hære. & quidquid continetur in symbolo apostolorum,& Athanasii, in quibus principaliter consistit fides Christi,& religio catholica,& per Panorm. in dicto capi. damnamus,& per Felyn.in dicta rubr. de hære.uel sacramenta, & misteria ecclesiæ impugnando de quibus in c.ad abolendam,de hæret.& not.in c.ueniens,de transa. & ꝑ Ioan.

And.

Andr. super rubr. de sacra non reiter. Dec. in cons. 151. col. 2. Panor. in d. c. ad abolendam. 1. not. & Fel. ibi. 1. not. & in rub. de sum. Tri. Bald. post Azo. in rubr. C. eo & Matth. in d. const. in consutilem. 4. not. & de his duobus p Pan. post Hostien. in c. firmissime. de hær. & Dec. in d. cons. 151. Amplia etiã, leuiter pdictis aduersando leui argõ, d. l. oẽs. in fi. Iser. in d. c. 1. diffidamus. 3. col. uer. sed an oĩs. & in §. quocunq; noĩe. post Host. in sum. eo. & publice disputando, ut in c. 2. §. 1. de hær. in p. Iser. in d. c. 1 §. satisfactionem, & dicendo contra fidem 24. q. 1. ca. hæc est fides. Amplia ẽt tacendo, & non deferendo in fauorem fidei, ut in c. 1. de hæret. & not. gl. in c. 1. uer. asserere. de sum. Trin. in 6. & pdicãdo, ut p Iser. in d. § satisfactionem. in fi. 2. col. & dicendo. 24. q. 1. c. hęc est fides. † Idem hæreticus est adhęrendo opinionibus illorũ qui hñr in ca. quidã, 24. q. 3. & in l. Arria & in l. quicunq; C. de hær. & mathem. quorum opiniones deueniant à fide Xpi, & misteriis, & sacris ecclesiæ, ut in c. hęreticus est, 24. q. 4. not. gl. in l. quicunq; in gl. Eutycetis, C. de hær. idem ẽt defendendo eorũ opiniones, ut in c. hæreticas. 24. q. 3. & c. qui in ecclesia. & c. qui aliorũ ca. q Panor. in c. damnamus, in fin. 5. col. de sum. Trin. Iser. in d. c. 1. §. quocunque post Host. eo. & de hęr. in c. excommunicamus, in fi. & c. sicut eo. † Amplia prædicta nedum locum hr̃e qñ expresse impugnasse asserens contra prædicta, & nõ credens, sed ẽt si in his dubitat, nam dubius in fide hæreticus est, ut hr̃ in c. 1. de hær. & ibi per Pano. Host. in sum. eo. Iser. in d. c. 1. §. satisfactionem, col. fin. Pau. Ghir. in d. tract. de hæret. q. 2 Quid tñ declara, & limita quatuor modis ut ibidem p Fel. in d. c. 1 de hæret. & primo, ut locum habeat in dubitatione habente in se firmitatem animi, & quandam impertinentiam ut q̃a perseuerat in dubitatione illa, secus tñ in simplici dubitatione, & dubietate proueniente ex primis motibus, q̃bus nõ assistat, sed potius resistat affirmando fidem catholicam, tunc. n. non dr̃ hæreticus, sed potius mereẽ quam demereaẽ, cum primi motus non sint in posse hoĩum, ut philosophus ait. 6. dist. c. sed pẽsandum. de pœniten. dist. 2. c. 1. & c. sciendum, & c. tentatio, ait Ioan. And. & Panor. in d. ca. 1. Limita secundo, nisi q̃s expresse erraret dubitando de fide tñ paratus esset se corrigere si aliud ecclesia tenere, nam referendo se ad fidem ecclesiæ hęc est fides sua, & nõ alia, ut not. in c. 2. de sum. Trin. & in d. c. hæc est fides. 24. qõ. 1. & in d. l. nos reddentes, & seq. C. de sum. Trin. Panor. in d ca. 1. facit gl. in ca. si Papa. 9. dist. & 20. dist. § nunc aũt. & in c. dixit Apostolus. 23 q. 3. & in c. schisma. 24. qõ. 1. Iser. in d. §. satisfactionem. col. fin. Tertio limita, nisi q̃s esset dubius, & errare per simplicitatem, ut quia crederet patrem maiorẽ filio, ut dicit Bald. in rub. C. de sum. Trin. & Panor. in rub. ec. post Innoc. & per Card. in clem. 1. col. 11. & in clem. fin. de usu. & oppo. Quarto limita, nisi q̃s dubitaret uel teneret aliquid in his q̃ ad salutem nõ attinent text. & glo. in c. in quibus, 22. q. 2. uidelicet si teneat aut dubitaret an planetæ moueanẽ contra firmamentum, an cum eo quod ad salutẽ nõ attinet. Quinto limita, nisi essent opiniones inter Doctores ecclesiæ, & theologos, nam eligens unam opinionem magis q̃ aliã non est hæreticus, s̃m Innoc. in c. ne innitaris. de const. Bal. in l. captatoris. 10. col. uers. ideo consulo. C. de testa mi. Quod tñ intelligo. ut per Ioan. de Fant. post Archid. in ca. hęresis, 24. q. 3. nisi alia opinio esset circa pertinentia ad fidem, & pdictis modis duobus qñ contra fidem, & misteria ecclesiæ proprie, & stricte contrahi dr̃ hæresis in cæteris, & sequentibus large ut per Panor. in d. c. firmiss. in 1. gl. & ibi per Fel. de hæret. Allegat glo. in §. ea uero 24. quest. 3. Card. in d. clemen. 1. colum. 6. de summa Trin. §. porro pulchre Isern. in d. c. 1. §. diffidamus 3. col. uersicu. sed an omnis hęreticus de statu. contra. lib. eccles. ubi quis proprie, & stricte uidetur hæreticus post Hostiẽ. n. in summa eod. † Item hæresis contrahitur affirmando. & tenẽdo pertinaciter usuras esse permissas nec eas exercere peccatum esse, cũ hoc sit contra doctrinam euangelicam, & dogma ecclesiasticum. c. 3. & c. cum inter. de usur. Paul. in c. mandato. de simo. & in c. quia in omnibus, de usur. & in constit. regni usurariorum & ibi Matthæ. const. statuimus in 1. no. hoc est quod dicit tex. in clem. 1. uersic. sane, de usur. Paul. Grillan. in d. tract. de hæret. q. 51. col. 2. pro quo facit c. hæreticus, & c. inter schisma. q. 3. hæreticus enim est qui peruersum dogma uel falsas, aut nouas tenet & gignit opiniones, aut sequiẽ, ut no. gl. in d. clem. 1. in uers. hęreticũ, cũ ergo hoc sit contra dogma ecclesię, merito hęreticus est, & in hęresim incidit

hoc affirmãs circa usuras, intellige tñ ut ibi per Card. in fi. qñ pertinaciter hoc affirmasset, non aũt si in lubrico, & lapsu linguæ aut gioco, tunc. n. non punitur ut hæreticus, sed extraord. ut per eum Bal. in l. 2. in authen. ad hæc. 2. col. C. de usur. Ias. in inst. de act. §. fuerat, col. 3. uersi. an aũt. ualeat statuto. & in repeti. l cunctos populos. C. de sum Trin. Mat. in d. const. usurariorum. 16. no. 1. q Amplia ẽt in uno nummo si affirmaret pctm̃ nõ esset, ut inquit Bald. in d. auth. ad hæc. 2. col. & Ias. in d §. fuerat, imò ut ibi dicit Bal. omnes consuetudines, & statuta cassantur ẽt in uno nummo, ut dicit d. clem. 1. Paul. de Castr. in cons. 377. Ang. in consi. 90 Ancha. in consil. 343. Ludo. And. in tract. de usur. q. 98. Et Papa in hoc dispensare non posset ex quo contrarius diuinum, uetus, & nouum testm̃. c. sup eo. de usur. Fel. in c. quæ in ecclesiarum.

10 de constit. † Limita tñ. & declara inter christianos tunc. n. hæc affirmare hæresis est, & ita intelligitur d. cle. 1. secus tñ inter iudæos, aut inter iudæos, & christianos, nam hæresis non est, & ita intelligit d. clemen. 1. Ias. in d. l. cunctos populos, in 2. lec. nam inter iudæos, & cum christianis licet iudæis exercere usuras ex Papæ dispensatione, ut plene prosequtur Ias. in d. l. cunctos populos, in utraque lectura, & Matth. in d. const. usurariorũ. 12. no. ubi plene an Papa possit disponere, & an rex in regno suo posset pmittere. de quo ibi in d. clem. 1. per Card. 15. q. & Alex. in consi 57. uol. 1. & in cons. 1. & consi. 107. uol. 2. Ant. de Pra. in uete. inter consilia Alex. in consil. 69. uol. 4. Arch. tñ in c. hac ratione. 31. q. 1 declarat qñ aliter sine scandalo uitari non possit de quo per Ias. in d. l. 1. & Matth. in d. constit. usurariorum. 12. not. & per Ioan. de Arn. in solilo. 22. & limita in hoste. nam hosti ad hostem licet fœnerari ut per Ioan. de Arno. in proble. 5. tempera nisi iudæus hoc dixerit, & tenuerit inter Christianos ita Card. in cle. 1. §. fin. 19. quæstio. post glo. 161. de usu. alias iudæo licet errare in fide. & sacris ecclesiæ. Limita secundo de usura, nisi quis affirmaret usuras posse exigi ab hoste inimico fidei, & quem nocere possumus ut dicit tex. in c. ab illo 14. q 4. iuncta gl. Ana. in c. 1. penul. col. de usur. Lud Rom. in l. si uero. §. de uiro. 15. fall. ff. solu. matr. Marsil. in l 1. §. præterea. 10. col. uersic. alius est effectus inimicitiæ. ff. de quæst. Limita etiam in aliis casibus à iure pmissis, ut c. conquestus. & c. salubriter. de usur. Ias. in d. §. fuerat. & in d. l. cũctos populos. & Matth. in d. constit. usurariorũ. & per Doct. in l. si insulam. §. usuras. ff. sol. ma. Lu. de urbe. in consi. 573. Anch. in cõsi. 138 Bal. Iuni. in tract. de dot. 7. part. 2. priuil. Campeg. eod. tract. de dot. in 1. auctor. 2. par. Matth. in deci s. 284. & decisio. 291. & casus enumerat. Soc. in tract. fallen. in uersic. accipere ultra

11 sortem. & per Doc. in d. § usuras. † Item hæresis est, & contrahitur si quis noluerit iurare putans iurm habere in se malum, ut per Panorm. post Hostien. in cap. excommunica-

12 mus. in fin. de hæret. † Item contrahitur hæresis hodie afferendo usum paupertatis non includi sub uoto euangelicæ paupertatis, qđ dicere hodie hæreticum est, & temerarium iudicatur, ut habetur in clem. exiui de paradiso. uersicu. dicere autem de uerbo. signific.

13 † Item hæresis contrahitur, si dicatur non posse pœnitere eum qui usque ad senium uixit in peccatis, nec saluari posse cum dicatur in cap. is qui. 29. quæstio. 6. ꝙ quandocũque conuersus ingenuerit saluus erit, ita Oldra. in consi. 271. & Dec. in consi. 137. col. 2. & Fel. in cap. excommunicamus. el 2. de hæ-

14 re. † Item hæresis contrahitur asserendo Papam non habere potestatem dimittendi peccata. cum Petro dixit Saluator quodcunque ligaueris super terram legatum erit, & in cœlis, quodcunque absolueris super terram absolutum erit, & in cœlis 24. quæstio. 1. c. manet. & c. quodcunque. 11. distin. & 50. distin. c. considerandum. not. in c. significasti. de electio. Matth. 16. c. cum uices Dei gerat in terris. c. unico. §. porrò. extra ut ecclesiast. bene. & in c. licet de transla. episc. Old. in consi. 271. & Dec. in d. consi. 137. col. 2. Felyn. in d. cap. excommunicamus Iser. in d. c. 1. §. satisfactio-

15 nem. in prin. ult. col. † Item contrahitur hæresis dicatur Imperatorem non esse dominum, & monarcham totius orbis cum dicatur in euãgelio Lucæ 3. c. exiit dictum à Cæsare Augusto ut describerẽtur uniuersus orbis, & Christus recognouit Cæsarem Imperatorem, ut dr in euangelio reddire quod Dei Deo, & quod Cæsaris Cæsari, Pau. ad Ro. 13. c. in extrauag. ad reprimendum in prin. & ibi gl. de trãsl. epi c. apostolicæ. § nos. de re iudi. cle. 1. de magistris. & cle. 1. de sent. excõica. in prin. & ibi per Card. & per Bar. in l. hostes. 2. col. ff. de c. & post. reuer. facit. l. cum deprecatio.

tio.ff. ad l. eod. de iac.& l.bene à Zenone. C. de quad.præscrip.loquitur tñ Bar.per uerbũ forte, cũ Apostolus narret facti cõtingentiã uide plene per Ias.in d.rep.l. cunctos pop.2. col.C.de sum.Trin.ubi dicit ꝙ Bald. in c.solitæ,de maio.& obed.tenet contra Bar.& Pan.

16 in c.nouit.de iud.in fin & gl.† Item cõtrahitur hæresis per nouum sensum, & opinionẽ in sacra scriptura aliter intelligendo, q̃ sensus Spũssancti flagitat.c.dixit,& seq. 24. qõ.3.& cap.quidam,in fi.& cap.hæresis,& seq.ea.q. tex.in clem.1.§.porrò.de sum.Trin. Iser.in d. c.1 §.diffid. uers. sed an omnis hæreticus. & in §.quocunque noĩe.Matth.in const. incõs.

161 eum.† An aũt bona recuperet indistincte, dic ꝙ gl.ita tenet 23.q.7.in sum.ubi dicit ẽt epatum recuperare, tex.in d.c.uerg.sentit ex quadam misericordia, & gratia restituenda, & ideo si non dicatur ꝙ restituitur ad bona, ea non recuperat,facit l.2.& 3.C. de abol. l. insulam,& l.fin.C.de sent.pass. rest. facit di ctum Bal.in l.si ademp.C.de sent.pass.& Sal. in l.fin.C.eo plene dic,ut per Card. in clem. 1.§.sane.1.q.& in cle.2.§.1.q.6. de hær. & in cle.2.§.1.ult.q. de usur. & Fely. plene in d. c. uerg.& ibi qd si fiscus alternauerit dicta bo na an recursus,& restitutus possit ea recupe rare,dic ut ꝑ eum,& apostil.post eum,& ple ne ꝑ Paul.Ghir.in d.tract.de hær.6.q. per to tam qñ bona recuperat,& quę.& uide tradi ta per Fely.in c.quia de maior.& obed. in c. de hac,in fi.de acc.& in c.ex literis,de cõst.4. col.Doct.in l.fi.C.de re mil.Herc.& Mod.in l.si mar.ff.sol.mat.& in l.Gallus.§. & quid si tm̃.ff.de lib.& posth.cum ceteris alleg.& per Fel.in d.locis,& Doct.in l.sed si huc.§.lib.ff. de in ius uoc.& an recuperat ius pr̃onatus ꝑ Fely.in d.c.uerg.in uer.no.casum,& Doc.in c.qa,de elect.gl.1.q.7.q maximũ,& ꝑ Gem. in c.1.in prin.de iu.pat.in 6.An restituat̃ ad bona quæ erant alienata tpe confiscationis, uide Bal.in l.pen.C.de cap.& postlim.reuer. & Paul.Ghir.in d.q.6.ubi distinguitur, an alienata sint tit.lucratiuo,an onerofo,ut se cundo casu nõ recuperet.Et an ad bona sua per alium possessa,uide Bart.in l.si qua §.1. ex qui.cau.maio.Et an ad fructus bonorũ,& uide Ang.in auth.de hær.& fal.ĩ prin 2.col. & Bald.in l.fin.C de sent.pa.Alexan in d.§.& quis si tm̃,15.col.uer. p̃dictis ad.le.An ad ius fideicõm.sit restitutus uide ꝑ Doc in l.ex fa cto,§.Iulius Long.ff.de uulg.& pup. An ad snĩas latas contra ipsum ex debitis cuilib. ꝑ Bald.in tit.de pa.const.§.snĩę quoq; in prin. an ad feuda Bal.in c.1.ult.col.uersic. ponere hic fini.lex Cor. & Flor. in l.loci.§.sicus,ff. si ser.uend.Et an ad offm̃,& dignitatẽ Bald. in l.cum frẽm,C.de his qui. ut in d. Et an ad reconualescentiam test. Bart.in l.si quis filio §.qtũs.ff.de iniur.rup.rest.An aũt ad famã, ut possit esse capax officiorũ,& dignitatis,à quibus infamis excluditur,maxime ad testi monium,ur̃ ꝙ non:nam cessante causa infa miæ infamia non tollitur ut not.in cap. con stituit 17.q.1.cũ aliis multis alleg.ꝑ Mar. in sing.107.& 273.ubi dixit post multa simila ꝙ Iudæus etiam baptizatus, & conuersus ad fidem non est idoneus testis ꝑꝑ infamiã, & extat decis. sac. conf. sed hęreticus est in- famis, ergo conuersus non desinit esse infa mis dic ꝙ ẽt restitutus censetur ad honores, & dignitates,& testimonium per tex. in l. 1. C.de sent.pass.& l.fin.eo. in quibus Bart. & Bal.nam restitutus per gratiam censetur ad hæc restitutus ut dr̃ ĩ d.l.sed hæreticus cõuer sus restituitur ex gratia ut dr̃ in d.c. uergen. ergo & ad hæc restitutus censetur, nisi con. trarium statuatur in snĩa,ut dicit Bart. in d. l.1.& uide Alexan.in cons.112.uo.2.incipien. omissis argumentis nec ob. Iudæo, nam ei nulla facta consideratur restitutio,ex quo ni hil amiserat,ideo remanet cum sua causa,& ex his etiam ad pœnas extraordinarias resti- tutus censetur.Not.tñ ꝙ licet reuertatur nõ ordinatur,nec recipitur in aliquam dignita tẽ,nisi dispensetur,nec dignitate,& offõ ab hęreticis percepto fungi potest, ut legitur in 1.q.7.ex princ.usque ad c.requisitis, & in fi. c.præced.§.ex hac autem. No. tñ ꝙ licet hæ retico pœnitenti indulgendum sit,ut supra, tñ accusanti hęreticũ nõ indulg t,uidelicet, accusatori desistenti,ut ꝑ Mar.in l.q falsam, in fi.prin.ff.de fals.Pan.post Ioan.And.in c. excõm.lo.2.de hæret.De relapso uero in hæ resim qualiter puniatur,dic ut in d. c.ad ab. in fin.& in an admittatur ad pęnitẽtiã,& de

fensiones, dic ut ibi per Panor. & Fel. in c. accus. in princ. de hęr. in 6. & plene per Paul. Ghir. in tract. de hęr. in 10. & ult. q. distinguẽdo de leui suspicione, & ut graui ut primo admittatur nisi fuerit relapsus, ꝑ d. c. accus. secundo uero non admittit, bene tñ si admittatur debet incontinẽti fieri reuocatio, & ibi dicit ꝙ relapsus dr ne dum qñ in eadẽ specie hæresis: sed et si in alia ut in c. fin. ubi Pan. de hęret. licet supra dcm̃ sit, & an relapsi puniendi sunt ꝑ Bonif. in rub de hær.

162 † Nunc de receptatoribus, & fautoribus aliqua ꝑstringamus, in quo notandũ est, ꝙ puniunt credentes receptatores, & fautores hęreticorũ tñ diuersimode, nam credentes hæreticis sunt hæretici ut dicit text. in c. pen. de hęr. & ꝑ consequens ut hæretici puniunt, tñ fautores, & receptatores non puniunt, eadẽ pœna sed alia ut infra, & tñ ꝓmiscue tradit de credẽtibus, receptatoribus, & fauoribus, ut in c. excõicamus. §. credentes, de hæret. & in auc. credentes. C. eo. & unde sumit. dicẽdum tñ est dicit Inno. in c. 1. de sum. Trin & Matth. in const. pactarenorũ in prin. ꝙ sint hæretici, & ut hęretici puniant credentes, intelligit qñ hęreticis credũt cõtra sacrosanctam ecclesiã Rom. & fidem Xpianam, & ꝑ Pau. Ghir. in d tract. de hęr. 9 q. sed ut puniant ueluti receptatores locum habet in hæreticis simplr credẽtibus, tenentibus tñ illud qđ tenet sancta mr ecclesia, ꝑ talem simplicẽ credulitatẽ puniũtur, ut fautores, & non hær. & ita erit intelligenda gl. in c. accus uer. hæreticus, de hær. in 6. ubi dicit aliud esse in credentibus, & aliud in fautoribus: ut intelligat de credẽtibus hæreticis cõtra fidẽ: & ita intelligenda est et gl. in d. §. credentes cum alleget tex. in c. pen. in fin. eo. ubi loquit de credẽte non illa gl. intelligit de credente simpliciter fautore, & receptatore, & ita intelligit dcm̃ Card. in clem. 1. §. uerum, de hæret. in quantum dicit tales, & hæretici idẽ sunt, & ideo de ꝑdictis, & eorũ pœnis uideamus. Et notandum est ꝙ in his credentibus fautoribus, & receptatoribus diuersę pęnę statute unr iure canonico, ciuili, authenticorũ, & regni: nã iure cõi ueteri pęna publicationis domus ubi recipiebant, & cõueniebant imponebat, ut patet in l. cuncti hæret. & in l. quicunq; cũ sua distinct. C. de hær. & in l. 2. C. de sum. Trin. l. cõuenticulã, C. de episc. & cler. & nouiter in auct. de intard. colleg. hær. Federicus uero primus in d. c. 1. §. cred. de stat. cõtra liber. eccl. addidit alias pœnas ut ibi, & in auth. credẽtes. C. eo. uidelicet, ꝙ sit excõicatus ut et dr in d. auth. de intet. coll. hęr. in fin. & si neglexerint satisfacere ecclesiæ, & ꝑsisterint ꝑ annum in excõicatione infames efficiunt, & excluduntur ab oĩbus actibus ciuilibus. intestabiles efficiunt, & ab oĩbus publicis officiis, & honoribus excludebãtur, ut ibi dr. Iure aũt canonũ eadẽ pœna statuta reperitur ut in c. si aduersus, & in d. c. excõicamus. §. credentes. de hæreticis. Iure uero nouissimo addita extitit ultra priuationem prædictã, & exclusionẽ à talibus, & officiis publicis alia pœna, uidelicet, ꝙ filii talium sicut hæreticorũ excludunt ab oĩbus officiis, & beneficiis, & aliis actibus usque ad tertiam gñationem exclusiue ex paterna linea, & ad secundam in materna, ut tradit in c. 2. & in c. filii, & in c. statutum fœlicis, de hæret. in 6. nisi tales parentes fuerint emendati, & satisfecerint ecclesię ut dr in d. c. statutum. Nouissime uero in regno Imperator Federicus secundus cõsideras grauius istos fauores delinquere cũ sine talibus defensoribus hæretici diu manere nõ possent, & et aliorũ errores defendere unr ut dicit gl. in d. §. credentes, nouam pœnam addidit per nouã cõst. in c. pactarenorũ receptatores, ꝑ quã imponit pęna relegationis ꝑpetuæ cũ publicatione bonorũ, & filii eorũ. tanq̃ infames sunt repellẽdi à qbuscũq; actib. officiis, & honoribus publicis, nec et ad testimoniũ, nisi, & ipsi filii detexerint tales hæreticos ꝑ patres receptatos, & cõstito ꝑ eos tales hæreticos esse, tũc ex gra, & benignitate ad pristinã famã restituũtur, ut dr in d. cõst. & ꝑdictas pęnas incurrit receptator, & fautor si laicus sit si clericus ultra ꝑdictas pęnas deponit ab offo, et beneficio, ut dr in d. c. excõicamus. Host. in sum. eo. §. qua pęna, et ꝑ Paul. Ghir. i d. tract. de hęr. 9. q ubi ꝙ nõ licet eis relinquere aliqd nec i. ultima uolũtate nec inter uiuos, et ꝑ Bonif. i ti. de hær. ubi uide de credẽtib. receptatorib. et fautorib. et pęnis.

164 † Sed qd si nõ fauet nec receptat, sed tm̃ occultat hæreticos an pœnis ꝑdicti puniat, ut q a scit hæreticũ esse in aliquo loco, et nõ denũciat non tñ dico ꝙ ipse occultet ut euadat sciẽs esse hæreticũ: nã tũc ut receptator puniret, sed si tm̃ scit esse in aliquo loco nec iudici denũciat dic, ꝙ licet teneat eũ idicare, nã si tenet indicare ꝑditorẽ regis, ut dr in c.

reg.

reg.nuper apud Tranũ, ꝑ qđ tenet alta uo ce clamare ecce ꝓditor regis succurrite ut capiamus cũ multo fortius, & in hæretico, nã grauius est diuinam ꝙ humanã ledere maiestatem auth.gazaros.C.de hęr.& dcm̃ est supra & in cõst inconsutilẽ. in oĩbus est æquata cõditio.& ibi dr̃ ꝑ oĩa, & per Iser.in d.c.i. §.diuinã quam humanã, sed in humana denũciare d bet.ergo, & in diuina. Iser. in d.c. 1.§. satisfactionẽ. dicit mitius puniri debet quam receptator fautor nam saltem ad tp̃s relegabit cõtra l.1 C.de his q̃ latro,occul.ubi occultatore eadem pœna puniri dic ut ibi ꝑ Iser.assignantem rõnem quare secus in hoc 165 crimine.†Sed an ex quo diuersæ pœnæ imponunt iure canonico, & iure regni dicant dictæ pęnæ concurre cumulatiue an uero ꝑ nouas recessum intelligat à ueteribus. gl.in d cõst. tenet ꝙ ambæ cõcurrãt nec una per aliã tollat nã qñ statutũ imponit nouã pœnã ꝓut imponit d.cõst.pactarenorũ cũ dicat statutũ regni,ut tradit Mat.in rub.cõst. si dãna clãdestina,ꝑ talẽ nouã pęnã nõ censetur recessum à pœna iuris cõis ꝑ l. q̃ sepulchra C.de sep.uiol. de quo tñ plene ꝑ Sal. & Alb. in d.l.q̃ sepulchra.& Bar.in l.sanctio legũ.ff. de pœn.Alexan.post Bart.& Dyn.in l.1.ff.ui bon.rap.Mat.plene in.d.cõst.pactareno.in i. gl.uer. in eadem ubi ponit post p̃dictos decẽ limitat ad rĩam, & dixit gl.in c.1. de emp.& uend.& Bald.in l.1.col.6.C.de sum. Trin. & in l.placet.in auth.clericus.C.de episc.& cle. cũ cæteris allega.per Matt. in d.cõst.ꝙ si pro uno delicto ius canonicum imponit unã pęnã,& ꝑ eodẽ delicto ius ciuile imponit aliã, & delictum est mixtum,& utriq; fori, ꝑ tũc ambe pœnæ cõcurrunt,& una per aliam nõ tollit & tradit ꝑ Can. in c.cũ sit gñale. de fo. cõp.& ꝑ Mat.in cõst.multæ leges.1.lib. & in cõst.stat.1.lib.& in cõst.maiest.nr̃ę.3.lib.pœna ergo inducta à iure canonum de receptatoribus ꝑ d.cõst.nõ est sublata,sed ambæ cõcurrunt.opponit cõtra p̃dictam cõ. & c.de receptatoribus,nam iure cõi eadem pœna imponit receptatori q̃ & principali l.1. & 2.ff. de rece.& l.1.C. de his q̃ latro.occul. cũ aliis ꝑ gl. ibi sed hic imponit maior pœna, & tñ maius est delictum hæresis quam alia crimina ut patet ex supradictis, ergo eadem pęna deberẽt puniri Mat.in d. cõst.pactarenorũ i. col.dicit ꝙ fallit in hoc crimine,sicut in aliis criminibus ut ꝑ eum ibi,licet rñ cõtra rõnẽ fallentiæ non assignat. Bar.aũt in d.l.1.ff.de recep. dicit licet puniat receptator sicut delinquens, non tñ punit eadẽ pœna uel saltẽ tanta,& ideo dictio sicuti, non refert ad pœnę identitatẽ,uide ꝑ Matth.in d.cõst.2. not. 5.fal.& 2.q.& d.l.1.C.de his qui la. & ur hre locum in associante ut fugiat, & occultante reum,non aũt in simplici receptatore, adeo ꝙ maior pœna puniẽdus est quam simplex receptator.uel dic sm̃ Iser.in d. cõst.pactarenorum.& in d.c.1.§.satisfactionẽ,ꝙ legis latoribus nõ fuit uisum ꝙ eadẽ pœna puniat receptator ut tradat seculari cum publicatione bonorũ,& igni immittat, hñdo solum respectum ad criminis immunitatẽ, cũ mitior pęna esset ẽt in receptante rebellem,ut dr̃ in 166 l.metodorũ.ff.de pœnis. † Sed an sicut hodie receptans rebellem suspenditur cũ publicatione bonorũ,ut in d.c.reg. nuꝑ apud Tranum,& per Iser.in c.1.ꝑterea,q̃ sit causa bene.amit. in c. 1. §.de receptatoribus. de pa. iur.fir.sic ẽt erit in receptãte hæreticum, cũ ꝑ oĩa adæquata sunt crimina ut supra ur,ꝙ sic,stante adæquatione,ut statutum in uno, & in alio statutum cẽseatur. in cõtrariũ facit,nã extensio fit ex quadã cõiectura,& tacita mẽte statuẽtis ꝑ no.in l.apud antiquos C.de fur. q̃ tñ nõ summitur ubi daretur legũ correctio per tradita ꝑ Doct in l.1.§.huius studii ff.de iustitia,& iure.& traditur per. Mod.in auth quas actiones.C.de sacrosf.eccl. sed si daret talis extensio d.c. daret correctio d.const.pactarenorum cũ nõ ueniret pœna imponenda cumulatiue cũ maior pęna imponeretur ꝑ d.c.ꝑ ea quæ tradi. late Mar.in l.i.§.ꝑterea.ff.de q.& in cõs.101. & cons.61 cum allegatis ꝑ eũ. & pœna.d.c. esset imponenda,uidelicet c.nuper apud Tranũ non d. cõst.qñ talis fieret extẽsio,& sic ueniret priuatiue,& correctiue quæ nõ ꝑmittit extẽsio 167 ut supra. † An aũt liceat receptare cõsanguineum,& affinẽ hæreticũ, aut ei bene facere,gl.in d.§.cred.dicit ꝙ nõ ꝑ tex.in c.si qs eps.cum seq.eo.gl.uero 30. dist.c.1. & Pan. post eam in d.c.si qs eps & in seq. ꝙ potius est subueniendum fratri,& patri carnali hæretico in casu tñ necessitatis q̃ extraneo catholico.gl.in cap.accus.in ue..non possit.de hęr.in 6.dicit,ꝙ rõne necessitatis famis põt & ꝑ Th.2.2.q.31. art 3. Spec. in tit.qui filii sint leg.§.1 uer.quid si pater. Zab.in c.cum hęt.de eo qui dux.in ma. & in c.cum sit. de

iud.ubi Ana.Host.in sum.in ti.de temp.ord. §. sed pone ꝙ pr tuus. & Ioan. de Fant. in c. quiesc.42.dist. & in c.non satis.86.dist.& in 168 c.sicut in fin.el. 1.2.q.2.† Pro hoc facit, nã hospes excusat si dederit cibum,& potũ ban nito transeunti ut ꝑ Bar.in l.oẽs.la 2.uer.& hoc est utile.C.de agri.& cens. lib. 11.& in l. 1.C.de colo.ille eod. lib. & in l.Seiæ. §.idem quæsiit.ff.de fun.instr. & Mat.in d.const.pa. ctarenorũ.2.no.7.fallen.nam ꝑ dationem ci bi.& poti non dr receptare. l. i. §. quod aũt. ff.de ser.corr.Sed ꝑ occultationẽ.& receptio nem mercedis uel cohabitationem, ut per Bart.in l.1.§ i. ff de recepta. & in l.qui uas.§. qui furem.ff.de fur.Ang.Salyc.& in l.i.C.de his qui latr.Bal.in c.si cler.in princ.i. not. de pat. ten. ait cõsanguineũ nõ licet receptare impune per d.c.si quis eps.ex quo ur sublata agnatio,& cognatio ꝑ tale crimẽ cum rele get in ꝑpetuum.inst. de his qui sunt sui uel alie.iur.sic,& in uiolatore pacis,ut dr in d.c. 1.§ de receptatoribus.& ibi Iser. & Bal.& in c.i.§.cõuenticulas. 5.no.de pa.ten. nisi iura. uerit se ignorasse Rota. in decis. 415. & per Matth.in d.const.pactarenorũ 2.no.2.q.Li mita ergo nisi rõne euidentis necessitatis fa. 169 mis per gl.in d.c.accus. † An aũt liceat uxo ri,receptare,& subuenire impune de dotibus earum? dic ꝙ non, sicut in uiro rebelle ut di cit Iser.& Matth.in const.pœna carere. & in d.const.pactarenorũ.ubi Iser.in tali crimine hæresis, & in aliis locis ꝑ Matth. ibi. 2. not. 2.q.nam dotes non publicant ex hoc nisi, & ipsa commiserit rebellionem sic,& in hæresi cum parificent,& tradit in c.decreuit.de hæ 170 ret.in 6.† Limita ẽt nisi ignorãtes recepta uerit hæreticum, nam tunc ꝓbabilis ignorã tia excusat gl.in d.c.accus.in uer.non posset. in c.quicunque.in uers.scienter.de hær.in 6. quæ ꝓbat ꝑ iurm receptatoris, ut dicit Bal. in d.§.conuenticulas & Rota in d.decis.415. nisi esset famosus, & notorius hæreticus uel ꝓnunciatus tunc ꝓsumit scia, & non igno- rantia, ut per Bart. post gl.in l.i.§.i. ff.de re cept.Bal.not.ubi supra. & Mars.in cons.107. ideo dixit gl. in d. c. quicunque. ꝙ ꝓbabilis ignorantia excusat. q̃ tñ non diceret ꝓbabi- lis si fuisset notorius aut ꝓnunciatus hereti cus:bene tñ si occultus,uide alleg.in aliis cri. minibus,ut per Mars.in l.i.C.de rap.uirg. & Matth.in d.cõst.6. fallen.& not.ꝙ accusator debet articulare,& ꝓbare de sciẽtia alias suc-

cumbet,ut plene Dec.in c.à nobis.de excep. & Fely.in d.c.si quis eps Rom. in consil.471. 171 † Limita ẽt nisi ꝑ uim,& coacte receptasset hæreticum,per tradita ꝑ Bal.in l. indelictis. ff.de noxa.cum multis alleg. ꝑ Mar. in d.l.i. C.de rap.uirg.& Mat.ĩ d.cõst.pacta.2.no.3. q.& Mar.in l.i.col.11.ff.de sic.in princ.& in § diuus.& in l.eiusdẽ.§. itẽ is cuius. ff.eo.& cõs.25.& cõs.99. sed qd si semel tm recepta uerit an puniat.Arch.in d.c. qcunq; tenet ꝙ sic dummodo scienter ꝑ c.fœlicis.de pœ.in 6.& uide Mat.ĩ d.cõst.42.no.4. q.& uide Io. 172 de Arn.in commen. 41.de scient. † An aũt excuset in ueterata amicitia,dic ꝙ nõ: ut ꝑ Sal.in l.nullus.C.de male.Ana.in c.i.pen.col de male.Matth.in 2.not. 6.q. facit nam con. sanguinitas:nõ excusat, & sic causa natura. lis,ut ꝑ gl.in d.§.cred. ergo minus causa ac. cidẽtalis ut amicitia arg.no. in fi.C. de his q 173 uen.eta.imp. † Quid aũt si hæreticus rece. ptatus,pęnituerit,& hæresim abiurauerit,an ꝑ hanc pœnitentiã euitabit pœnam ipse re. ceptator, And. & Matth.in d.cõst.in 8.q.te net ꝙ non cum illa pœnitentia non extenda tur ad aliam ꝑsonam q̃ ꝓpriam ut ibi ꝑ si. 174 milia.† De receptatoribus aũt malefactorũ ex alia causa quam hæresis plene ꝑ Matth. in d.cõst. pactarenorũ. ubi ponit reg. & fal. lẽt.& in cõst pœnã eorũ.ꝑ Sal.& Mar. in l.i. C.de rap.uirg. & in l.is q cum telo. C.de sic. & per Sal.& Ange. in l.i. C. de his qui latro. Barr. & post eum Alex. in l.i.& 2.ff.de rece- ptat.Ang.in gl. uestem cœlestem. & in gl.& d.malef.semper asti.& Gand. in rub. de fur. 4.& 6.col.& de pœ.stat.in reg.per c.& prag. reg.ꝑ Matth.in d.i. not.& in rub.d.const.pa 175 ctarenorũ.† Et ex quo ponit pœna relega- tionis per d.cõst.pactarenorũ . talibus rece. ptatoribus, & fautoribus an per totũ regnũ erunt, & censent relegati si fuerint à iustitia rio ꝓuinciæ relegati. dic ut ibi per Matth. 5. nota.& ex quo filii sunt infames excludendi ab oĩbus actibus ciuilibus, & honoribus ut supra.& per Matt. ibi. 5.not.& à testimonio ferendo excludit ut ibi per Matth. ponẽtem alios casus in qbus infamis admittit ad testi monium ut in 8.no. an per emendationẽ ui tæ tollat talis macula infamiæ,dic ꝙ non ut no.gl.in c.testimonium. de testi.cum ceteris ut ꝑ Matth.ibi.7.no. Punit ẽt receptator qa caret sepultura, & si qs eum tradiderit sepul turæ excõicatus est,nisi ꝓpriis manibus ex- huma-

humauerit, qñ tñ eius ossa ab aliorum ossis distingui possent, ut dr̃ in d.c.quicunque, & ibi gl. uers.extumulem. Punitur ẽt ut ibidem nam si quis ad p̃ces receptatoris obtinuerit scienter aliquod beneficium ecclesiasticum, ipso iure talis obtinens priuat, & inhabilis efficitur quoad obtinenda, qñ tñ scienter, & ibi uide gl. an pontificalis dignitas includat. Item punitur si quis credens hęreticis dum esset in lecto peteret hæreticos cõsolatos iuxta prauam eorum consuetudinem nisi per filios eius ꝓbetur qualiter non erat sanæ mẽtis, & hoc per testes idoneos nõ domesticos, & familiares, priuãtur filii successione iuxta c.filii, uel hæredes, de hęr. in 6. puniũtur ẽt ut in c.in fidei eo.in 6. & puniuntur ut in d.c accus. §. si uero, & seq.eo.in 6. & puniũtur ut in d.c.ne aliqui, eod.in 6. Punitur ẽt, & fautor, & defensor officialis, ut in c.ut officiũ, in fin. eod.in 6. punitur ẽt ut in c.contra christianos & ut in c.si eo.in 6. & in c.sicut de hæret. & in c.excõmunicamus, §.cred. & in c.1.§.credentes, de statu contra lib eccl. & in authen. credentes, C. de hær. Punitur ẽt quia ei imponitur publica pœnitentia per Spec. in tit. de teste, §.i uersic.quid de portantibus. Item punitur extra ordinem arbitrio superioris, ut dr̃ in l.manichęos, C de hæretic. §. in eos, ibi auctoritatis nostræ aculei. Item punitur dum tp̃alis requisitas ut terram suam purget hæresi, & noluerit facere post annum ut eius terra occupari possit a fidelibus ipso tã quam defensore excluso, saluo iure directi do minii dñi, ut dr̃ in auth. si uero dominus, & uide unde sumitur, C.de hęr. & punitur ut in l.cũcti. & in l.manichęos, & in l.Arriani, l.qui cũque. & l.si quis.C.eo. ut loci possessiones, & domus publicentur dño sciente, & permittente. Et nota ꝙ tales receptatores fautores, & credentes non puniuntur aliis pęnis in iure non expressis, nec pœnis hęreticorũ p̃terq̃ credentes hæreticis contra fidem, ut dicunt gl.in d.§. credẽtes, & in d.c.accusatus, in uer. hæreticos, de hęr.in 6 si quis uelit uidere rationes quare filii taliũ puniantur tali pœna ex delicto paterno, dic ut per glo. & Matth.in d.const. pactarenorũ, ubi ẽt ponit qñ filius ꝓ patre, & econtra teneatur, ubi dicit patrem non puniri licet filius sit hęreticus, credens, fautor uel receptator, sicut cõtra, ubi rõnem assignat. de fugiente aũt ad hostes fidei, & de conductore hæreticorum remissiue dic ut per Matth. in d.const. pactare. in fi. Cetera curiosus lector perquirat. de hæreticis actenus per missa tamẽ protestatione finem faci o huic libello, ut si quid apte dictum non fuerit, aut perperam dcm̃ locutus assero iuxta formã. c.damnamus, in fi. de sum Trin & fide cath. ut silr̃ testat Bal.in cõs.scismatis in prin.cõs. quod ponit in rub.C. si quis ali. testa.proh.licet potius relator, & aliqualis sub ordinator & cõpilator potius uiderim q̃ ex nostro marte dcm̃ apparet, eum dicta auctoritatibus cõprobentur, iudicio tamẽ, & correctioni ecclesiæ submittẽdo. & in aliquo ab ea non discreptãdo ad laudem, & gloriam Redẽptoris nostri, & suæ pię, & immaculatæ uirginis Matris, & omnium Sanctorum. Amen. Valete.

## SOLEMNIS AC PERutilis Tractatus, de modo procedendi contra Apostatas, Incerti Auct.

### *SVMMARIVM.*

1 *Apostata quomodo citari debeat.*
2 *Procuratorem quilibet tenetur demittere, postquã semel citatus est, alias procederetur in contumaciam.*
3 *Præconia uox paucis innotescit.*
4 *Citatus docens se iusta de causa abfuisse restituitur.*
5 *Citatus postquam uenerit debet admoneri trina admonitione, ut iuri pareat ante sententiam.*
6 *Iudex non debet ad sententiam festinare excommunicationis.*
7 *Casus in quibus apostatæ perdunt priuilegium clericale, & quibus non perdunt.*
8 *Renunciare iuri suo uoluntarie, & eo spoliari a canone differunt.*
9 *Excommunicationis sententia quomodo ferri debeat, & num. 13. Et quid seruandum per excommunicatorem post latam sententiam si requiratur ab excommunicato exemplum.*
10 *Quid si excõicator nolit hunc ordinem seruare.*
11 *A sententia excommunicationis contra apostatam non appellatur, nisi iudex excedat modum incorrigendo.*
22 *In sententiis excommunicationis, & interdicti quid seruandum.*
14 *Induciæ a lege concessæ an possint per iudicem abbreuiari.*

15 *Annus licet à iure concedatur, & ex causa biennium ad prosequendum appellationem, tamen si iudici uidebitur expedire poterit recisius tempus moderari, & num.20.*
16 *Decem dies dantur fauore iurium ad appellandum, infra quos si non appelletur sententia transit in iudicatum.*
17 *Quatuor annorum tempus quod datur ad petendum rest. in integ non potest augeri, uel minui.*
18 *Homines subsunt iudicibus ratione iuris, sed ius est supra iudices & ideo in his quæ statum hominum dicunt. possunt iudices inspecta ueritate, & utilitate mutare, sed quæ tangunt statum iuris mutare nequeunt.*
19 *Princeps legibus non ligatur.*
21 *Limitatio ad supradicta, num 15 & 20.*
22 *Terminus ad arripiendum iter statutus à iudice, uicem habet peremptorij.*

QVia frequēter prælati religiosorum propter incorrigibiles Apostatas necesse hñt contra ipsos procedere, & sñiam excomm. ferre, ideo breuem, & utilem tractatum huic nostro opusculo subiiciam de modo contra prædictos procedendi. † Primo ergo citandus est Apostata, ut ueniat iuri pariturus, citabitur aūt tribus edictis siue denunciationibus, uel uno perēptorie ꝑ omnibus, ut in tali termino ueniat pariturus iuri, ut 24. q. 3. de illicita, & l. ad peremptoriū. & l. nonnunquam. ff. de iud. & semper citandus est reus si inueniatur, ut 4. q. 5 c quisquis, & c. 1 qui ma. accus. poss. & cap. Venerabilis, de dol. & cont. Si autem non inuenit citandus est ꝓcurator, si quem dimisit, † quē tenetur quilibet dimittere, postq̄ semel citatus est, alias procederetur contra ipsum tanquam contra contumacem factis denunciationibus ad domum suam, uel ad ecclesiam, ut c. causā quæ, & c. Venerabilis, de dolo, & cont. & c. aduersarius, de eo qui mi. in posse. & talis citatio dr̄ legitima ut d. c. causam quæ, & ꝑpetuat iurisdict. c. gratū. de off delleg. maxime si delegatꝰ nō sit certꝰ de morte, & obitu delegātis, ut ibi dr̄, alias si esset certus cōtrariū obtineret, qa tūc non ꝓcederet ut l. eiu qui. si cert. peta. Si autē nō esset certus, posset procedere, ut. §. recte. Inst. mand. Si ergo reus sic citatus non uenerit in termino statuto contumax reputabitur, & procedi poterit cōtra reū, nisi forte iudice sedente pro tribunali uenerit, tunc. n. non habebitur cōtumax, ꝓsumit. n. ꝙ parum uocem p̄conis audierit, ut l. diuus, de in integ. rest. † uox. n. p̄conia paucis innotescit, ut auth. qui semel, C. qūo, & qñ iud. & ꝑꝑ hoc æquitate suadēte poterit iudex expectare citatum in alterum diem, ut c. consuluit. de off. deleg. nam in iudiciis, & compromissis mora purgatur l. & si post tres. ff. si qs cau. & l. sancimus. C. de fideiuss & ideo si cōtingat in hoc casu ꝓcedit cōtra absentem, † si postea doceat se ab fuisse iusta, & de causa restituit citatus. c. cū Berth. extra de re iud. & ex qbus cau. maio. ꝑ totum. † Secundo postq̄ uenerit debet moueri, ut iuri pareat, trina aūt admonitione semꝑ est admonendus ante sñiam excōicationis, ut 16. q. 7. cap. omnes decimæ, & 17. q 4. de presbyterorum, & de senten. excōm. contingit, & admonitio appellatur à iure cōpetens, ut c. sacro. de senten. excōm. cap. reprehensibilis, de appe. poterit. n. una sola admonitione pro tribus moueri peremptorie, assignato sibi spacio competenti à iudice sicut dictum est de citatione. ut 24. q. 3. de illicita, & committitur arbitrio discreti iudicis peremptorium maturare, siue tēperare fm quod sibi uidebitur expedire, ut c. 1. de off. deleg. † non. n. debet iudex ad sñiam festinare, cum dicat lex, ꝙ prætor non debet festinare ad determinandum, ut iubeat possidere, ut l. si finita. §. sed si forte, de dāno infect. † nec ꝑdit apostata priuilegiū clericale ante dictā trinam admonitionē, ut capitulo in audientia, de senten. excōm. quamuis cōtrariū notari uideat in c. cum non ab hoie, & c. perpendimus, de sent. excōm. ubi dr̄, ꝙ occisores clericorū apostatorū non plectunt canone latę sñię: & iō non sunt ad sedē apostolicā mittēdi ꝓ absolutione, sed in hoc distinguas ꝙ inter apostatas qdā uiuūt tm̄ seculariter ad modū laicorū, & isti nō ꝑdūt priuilegiū clericale ante trinā admonitionē, ut dictū est. Alii uero q nō solū seculariter uiuūt admodū laicorū, sed ēt enormiter se immiscēt tyrānidi, & seditioni guerrarū cū armis, & hmōi, & tales ipso facto ꝑdunt priuilegiū clericale, ut dñt iura in contrarium allegata. Nec obstat ꝙ dr̄ clericus non potest renunciare priuilegio clericali. ut c. contingit. de senten. excommun. † quia aliud est renunciare iure suo uoluntarie, & aliud est spoliari iure suo à canone, & merito facinorum suorum, sicut fit in hoc casu. Tertio si

post

post trinā admonitionē noluerit iuri pare e poterit excōicari, debet† autem snīa excōica tionis in scriptis ferri, & causa excōicatio ni conscribi, ut appareat pp quam causam excōicatur, ut sit iusta, uel iniusta, & si excōi catus petit exemplum tenetur excōicator ei tradere illud, & de huiusmodi reqsitioni de bet confici publicum instrumētū, ut c. cum 10 medicinalis, extra de senten. excōicatio.† Si autem excōicator hunc ordinem non ser uauerit per unum mensem suspensus est ab ingressu ecclesiæ, ita tñ quod si durāte hmōi suspensione ingesserit se diuinis irregularis efficitur à qua non poterit nisi per Papam liberari, ut in d. c. cum medicinalis in fine. Eodē modo si qs iudex ferat snīam excōica tionis ante trinam admonitionem, est su spensus ab ingressu ecclesiæ. c. sacro. de sen ten. excōm. hoc. n. est gñale in aliis senten tiis diffinitiuis, ut in scriptis ferantur, quæ si non ferantur in scriptis non tenent, nec snīæ nomen merentur hr̄e, ut 2 q. 1. in pri mis, in fine, & c. statutis. In aliis tñ non est necesse causam exprimere in snīa, quæ mo. uet iudicem ad sententiandum. c. sicut, de re iud. Sententia uero excōicationis bene te net licet dictus ordo non seruetur, sed pro- 11 ferens suspēsus est ipso iure, ut dictū est.† Si aūt appelletur ante snīam excōicationis latā in talem apostatā uel incorrigibilē, nō ualet appellatio, & tenet snīa: qa cōtra disciplinā regularē, siue canonicā, nō tenet appellatio, ut c. licet. de off. ord. & c ad nostram. de ap- pellatio. & c. repræhensibilis, & cap cum spe ciali. in fine, nisi iudex modum excedat in corrigendo, tunc. n. tenet appellatio ut ca. de priore de appell. & c. super qōnum. §. nos 12 aūt de off. deleg.† Idē ēt seruandū est de sen tentiis interdicti. & excōicationis, qa quan. tū ad hoc pari passu incedūt istæ tres snīæ, ut 13 c. cū medicinalis de sent. excōm. lib. 6.† Sic aūt contra apostatas formabitur snīa, uel in corrigibiles. qm̄ iure caueť quod sint soliciti plati fugitiuos. & ineptos de ordinibus ad regularem disciplinā salubriter reuocare, & inobedientes per snīam excōicationis puni re, ut c. ne religiosi. de regula. & tu talis, & ta les q fuisti uel fuistis in nostro ordine, mūdū miserabiliter euagastis in uituperium, regu laris, & ecclesiasticæ disciplinę, & honestatis monemus te, ut ad tuum ordinem reuerta ris, aut aliā religionē ingrediaris tuæ saluti idoneā, ac tibi concessam s̄m nostri ordinis instituta tibi p̄fixo spacio triū dierū in quos nostram admonitionē, tā fideliter quā effica citer exequaris, quem terminū tibi pro pri- mo, & 2. & 3. perempt. assignamus, quod si non feceris ex nunc prout ex nunc, & ex tūc prout ex nūc inscriptis te ipsum sentētię ex cōicationis subiacere decernimus, uel excōi- 14 cationis, uinculo te innodamus.† Quarto uidendū est an iudex possit abbreuiare indu cias à lege concessas, & uidetur qꝫ sic, ut c cū sit, & cap. oblatæ, de appell. & c. ad consult. de re iud. & l. 2. ff. de re iud. & tertia q. 3. de iud. & §. spacium, & 20. dist. de his in l. 3. §. si quis condemnatus, de re iud. Ad hoc no- tandum est. qꝫ tp̄a statuta sunt de rebus, & causis humanis aliqñ fauore hoīum, aliqñ fauore iurium, & quia fauore hoīum dantur induciæ tp̄s citato, ut veniat ad iudicium pariturus iuris, & q̄uis tria debeant esse edi. cta, quorū quolibet debet cōtinere triginta dies, ut in authen. de legit. §. oē. iudex tñ mo derabit ordinem edictorū, & cōpendium, p̄. tu uiderit experire, pensata qualitàte psonę & tp̄is, & negocii siue causæ, ut l. nonnunq̄ de iud. & ideo si iudex nimis breuem termi. nū dederit, citatus nō reputabiť cōtumax si nō uenerit in termino statuto, & sic post ap pellationem hac dē causa factam processe- rit in causa grauando citatum irritum reuo cabitur, ut c. 1. de dil. Et idem puto in aliis q̄ 15 in fauorē hoīum sunt inductæ,† vt quo ad psequendū appellationē indulgetur annus a iure, & ex iusta causa biēnium, ut in d. c. cū sit, tunc. n. si iudex uiderit expedire poterit recisius tp̄s moderari, ut dn̄t iura primo alle gata: sic ēt puto in tp̄e dādo ei qui iusta cau sa ab ecclesia se absentauit, cui ad reuertēdū iura diuersa tp̄a statuunt, sicut habitū est in 16 prima parte summæ,† Fauore aūt iuriū danť decē dies ei cōtra quē lata est snīa diffinitiua ut appelleť, infra quos nō si appellauerit tiā 17 sit in rē iudicatā,† & tēpus quatuor annorū quod datur petēti in integrum restitutionē, & talia & similia, augeri uel minui nō pñt, de quibus hr̄. 2. q. 6. c. anteriorū. & c. fi. de in integrū restit. Sed quæ est ratio diuersitatis? 18 dicendum est† qꝫ hoīes subsunt iudicibus ra tione iuris, sed ius est supra iudices, & ideo in his quæ statū hominum dicunt, possunt iudices inspecta ueritate, & utilitate mu. tare, ut cap. licet, de feriis. in his uero quæ tangunt

tangunt statum iuris mutare non pñt, qa iu
19 dices iuri subiiciunt, excepto principe † q le
gibus non ligat, ut l. princeps, de legi. q̄uis le
gibus uiuere clementer ꝓfiteatur, ut l. digna
uox. C. de legib. Alibi tñ dicit ꝙ iure grauius
insurgunt cõtra contẽptores iudicis q̄ con
tra contemptores iuris. arg. l. Celsus, de ar
bitr. & l. sicut dies. §. fi. & l. si quis sciens. ff.
20 de contrahenda emptio. † Sed an iudex po
terit abbreuiare tp̄s appellationis, ut ante
annũ, uel post biẽnium qd ex iusta causa da
tur, teneatur appellãs finire causam appella
tionis? Ad hoc dixerũt qdam, ꝙ sic, quãtum
ad hoc ꝙ non sit negligẽs in exequẽdo sine
agendo, ut causam finiat, si cõmode ante an
num uel bienniũ non põt terminari, ne ap
pellãs uideat subterfugere ꝓcessum negocii
principalis, & sic aduersariũ suũ grauare, &
non iustitiam ꝓseq uideatur, si tñ non pos
set causam terminare, nõ esset sibi imputan
dum, arg. c. ex insinuatione. de appell. 2. q. 6.
anteriorũ. §. ad hoc, & sic intelligit quod di
cit canon, nisi forte iudex certum tp̄s fuerit
moderatus, infra quod terminet causam suã
ut c. cum sit. de appellatio. Alii dñt, ꝙ iudex
non potest tp̄s appellationis abbreuiare, ni
si appellans teneatur causam finire ante tp̄s
statutum à canone, uel à lege, imò habebit
semper appellans annum integrum uel biẽ
nium ex iusta causa, infra quem terminũ fi
niat causam suam, quo elapso firma manet,
& rata sñia, ut d. c. cum sit. & l. fi. C. de tem-
21 po. appell. † Sed pro tanto dicit, ꝙ iudex po
test recisius tp̄s moderari, quia potest termi
num statuere appellanti infra quẽ teneatur
coram iudice superiore cõparere ad quẽ a p-
pellatũ est, uel infra quẽ arripiat iter ad ꝓse
quẽdũ appellationẽ, qd si nõ fecerit poterit
iudex à quo appellatũ est sñiam latã execu
tioni mãdare, qa statim tenet ac si nõ fuisset
appellatum, uel si appellatũ fuit ante sñiam
põt postea ꝓcedere in causa. & rõ huius est,
22 † qa talis terminus uicem obtinet perẽpto
rii ut c. sæpe. & c. peruenit. el 2. de appell. si
uero nullum terminum statuat appellanti,
tũc appellãs hẽt terminus unius anni à lege
præfixum, & tunc per totum alium annum
non põt iudex procedere ad exequendum
sñiam, uel super principali. Sed anno elapso
potest, sicut dictum est, cum tp̄s statuitur,
ut c. reprehensibilis, & cap. consuluit. in fine
de appellatio. cum similibus. Laus Deo.

## TRACTATVS.

## Dom. Ioannis Thierry Lingonen, I. V. D. totam materiam fugæ laconice complectens.

*SVMMARIVM.*

1 *Fuga serui eius præscriptionem impedit, sicut animalis fuga.*

2 *Fuga facit semiplenam probationem, tamen non totam si aliter statuto disponeretur, licet quem in mala fide constituat.*

3 *Fuga est triplex, scilicet uoluntaria, causaria, & ignominiosa.*

4 *Fuga an proprie dicatur, quando quis latitat ut fugiat, sed non comprehenditur.*

5 *Fugiens in domum propriam an possit in ea capi, & per officialem pro debito ciuili extrahi.*

6 *Fugiens ad ecclesias an sit tutus.*

7 *Debito ciuili si quis ducatur per ecclesiam, non gaudebit ecclesiæ immunitate.*

8 *Titius homicida si non potuit fugere ad ecclesiam, sed inuenit quendam sacerdotem deferentem corpus Christi aufugit ad ipsum, & eum accepit an ecclesiæ immunitate gaudere debeat.*

9 *Fures ecclesiæ an istud priuilegium habeant.*

10 *Fugiens de uno territorio in aliud, an per potestatis familiam, uel præpositi capi possit.*

11 *Fuga post accusationem an suspicionem faciat.*

12 *Fugiẽs cum gladio de domo in qua homo mortuus reperitur, an occidisset præsumatur.*

13 *Debitor fugitiuus, an creditoris propria auctoritate capi possit.*

14 *Fuga sola an faciat suspicionem.*

15 *Fugitiuus qui ad aliam patriam uadit an per loci iudicem citari poterit in quo deliquit, sine illius iudicis requisitione, cum hic criminis ratione forum fortiatur.*

HVius temporis conditionem prospiciens, quia plurimi cum deliquerunt, aufugiunt, ideo in præsenti tractatu Fugæ materiã inserere ausus sum. Et primitus est
1 notandum, † ꝙ fuga serui impedit eius præscriptionẽ, sicut fuga animalis, l. 1. & ibi Bal. C. de ser. fug. Fuga. n. reddit quem suspectũ, l. impuberibus, §. præterea, & ibi Bar. ff. de susp. tut & si existat leue indicium ad torturam Bald. in l non hoc. C. unde cogn. Spec.
2 in tit. de prob §. fin. uers. ult. no. ubi † dicit, ꝙ

fuga

fuga facit semiplenam probationem, tñ nõ totam, si aliter statuto disponeretur, licet cõstituat quem in mala fide, l.mala fide, & ibi Bald.C.de lõg.temp.præscr.quę pro lib. op. 3 Vnde est aduertendũ, ꝙ fuga est triplex.s.uoluntaria, causaria, & ignominiosa, Bal.in l.1. C.de ædi.act. Ideo quæritur. † Fuga an pro- 4 prie dicatur, qñ quis latitat ut fugiat, sed nõ comprehẽditur, uide Bald.in l.1.col.3.C.de ędi.act.& in l.1.C.de ser.fug. ubi dicit, ꝙ fugiens dr̃ latitare. Alexan.de Imol.in l.pen.de cust.reo.& fugiens de carcere quod inuenit apertum nõ facit indicium contra se.Bal. in l.succurrit.C.ex quib.cau.maio.Pet. de Sun. in l.bonæ fidei.C. de iureiur. tñ si reuertitur nõ dr̃ fugere nec tenetur pęna statuti de fugiente de carcere. Bald.in l.1.col.3.C.de ser. 5 fug.& in l.1.C.de ędil.act. † Sed fugiens in domũ propriam an possit in ea capi, & extrahi per officialem pro debito ciuili. Bal. & Alex.in l.plerique, de in ius uocan. contra Bald.in l.1.C.de sum.Trin. qui tñ loquitur, qñ fuit captus extra domũ, sed euasit, & in domum aufugit, quia põt de domo incontinenti extrahi, ita Alex.in l.quod ait.de adul.
6 † Item quęritur an fugiẽs ad ecclesias sit tutus, pro hoc uide tex.in tit.de his qui ad eccle.conf. Bart.in cõsil.incip.statuto ciuitatis Tudert.Oldr.in cõsil.4.quod est notandum 7 ẽt † ꝙ si quis pro debito ducatur ꝑ ecclesiã, non gaudebat immunitate ecclesię, ita Arch. 17.q.4.c.antiqtus, ex quo oritur alia q̃stio.
8 † Titius homicida non potuit fugere ad ecclesiam, sed inuenit, quẽdam sacerdotem deferentẽ corpus Christi, aufugit ad ipm, & eũ accepit an gaudere debeat immunitate ecclesię, & primo vr̃, ꝙ sic ꝑ tex.in l.una.C.de his q̃ ad eccl.conf. Nam ꝙ aliquis in ecclesia tuetur est introductũ in fauorem Dei, ergo multo fortius si fugiat ad ipsum, arg.l.capitalium, § ad statuas, ff de pœn.& de ędil. edic. l quis sit fugitiuus, §.idem Iulianus, nam teste Arist.ꝑꝑ vnumquodque tale, & ipm ma 9 gis. † Sed quid de furibus ecclesiæ an habeãt istud priuilegium, & dicendum, ꝙ sic, in l. pñti, §.quod si in finibus.C.de his qui ad ecclesiam conf tex.in cap.sicut. de immunitate ecclesiarum quod põt intelligi ẜm Iac.de Bel.de furibus necessariis secus aũt in aliis. arg. de relig.& sump.fun.§.fi.& ff.de contrahen.emp.l.æde sacra, §.1.& C.de relig.l. si sepulchrum, & ibi. Bald. Vnde qñ quis in ecclesia deliquit, tunc iudex secularis non potest eũ extrahere de ecclesia, sed eps loci, & eum tradet iudici seculari si sit laicus.C.ad l. Iul. 10 de adul.auth. si quis ei. † Proprerea quæritur an fugiens de uno territorio in aliud per familiã potestatis, uel ꝑpositi possit c. & est dicendum, ꝙ non ita Bald.in addit.ad Spec. de cõp.iud.adi.uers.sed pone, ꝙ malefactor. Bald.& Flor.de san.Pet.in l.sicuti, §.Arist.ff. si ser.uen.Saly.in l.2.C.de exhib. re. Ang. de Aret.in tract.malef.uers.quod fama facit ꝙ est contra dictum Bart.in l.quod ait, §.quod ait, & ibi Alex.de adul.Bal. in l. quicunque. 11 C.de ser.fug. † Sed quærit̃ an fuga post accusationem suspicionem faciat.Bal.in l.1.ff. de reb.eorũ tenet, ꝙ non, quod est modo limitãdum ẜm Soc.nisi q̃s coram iudice fuisset minatus de accusando, licet adhuc nõ accusauerit, quia tunc ur̃, ꝙ fuga secuta faciat suspicionem, ꝑꝑ quod ex hoc resultat in multis casibus idẽ effectus, qui resultarẽt ex libello accusatorio ut est tex.singularis, in l. miles. § socer. de adult. Secundo, nisi alias frustra suspicio laboraret contra fugientem post accusationẽ tunc.n. maximam inducit suspicionẽ, arg.eius quod dr̃ in l fin. quibus mod.tut.& ibi Doct. Tertio, nisi post accusationẽ accusatus aufugiat de carcerib q̃a tũc contra eũ proceditur tanq̃ contra cõfessum de crimine, text.in l.eos, in fi. ff. de cust. reo. ibi gl.no.quæ ad hoc sæpe allegatur, Qñ ergo accusatus est captus, & aufugit, nõ habet locum dictũ Bar.cum statim possit cõdẽnari tanq̃ cõfessus, qđ intelligendũ est, si aufugerit, de carcere clauso, secus si de aperto, sicut de aula palatii, ubi iudex eũ stare ꝑcepit, quo casu si incarceratus fugiat, ostio dimisso aꝑto ꝑ negligentiã custodũ, tunc aufugiẽs nõ hr̃ pro confesso.ita tenet singlr̃ Bal.in l. succurritur, ff.ex quib cau.ma. & fuit dictũ originale Guil.de Cun.quod solemnizãt Lod. de Rod.in l.admonendi, ff.de iure, Quarto, limitatur, nisi carcer fuisset fractus, ꝑ tertiam ꝑsonã, non data opera incarceratorũ, q̃a tũc est eadẽ ratio, quę est in ostio dimisso aꝑto, ita tenet Lãfr.de Oria.in l.fugitiui.C. de ser. fug.gl.in §.si uero quidã, in authen. de exhi. 12 reis: † Finaliter quæro, an fugiẽs cũ gladio de modo in qua repitur hõ mortuus, ꝑsumitur occidisse, & Doc.& Bal.in l. fi. C. de ꝓb. & in l.neq; natales, eo.ti.dñt, ꝙ sic, ita Ang. in tract.malef. uers. qđ fama.Ang. & Alex. post.

13 post Bal. in l. 2. ff. de fur. qđ uidi ĩ prax. † Sed queritur, an fugitiuus debitor possit capi au ctoritate creditoris, Spec. in tit. de renun. uer. Itẽ est beneficium, tenet ꝙ sic. qđ est uerũ, & sic intellige, ut iudici p̃sentet. non ut occida-
14 tur ita in tit. de accus. §. 1. uer. hoc tñ. † Ad hęc q̃ritur, an fuga facit solam suspicionem. Bar. in l. admonẽdi, de iureiur & ibi gl. tenet ꝙ faciat semiplenã probõnem, qđ est limitã dum ƒm Soc. nisi quis timore familiæ recto- ris aufugiat, & postea citatus à iudice cõpa- reat, tunc. n. purgatur oĩs suspicio. text. in l. quis si fugitiuus, §. 1. ff. de edil. edic. Item fal lit nisi aliqua causa excuset fugientem, puta tenere partialitatẽ in ciuitate, uel qd aliud, d. l. qs sit fugitiuus. §. apud Labeo. Item limi tandum est dictũ Bart. ƒm Soc ꝙ fuga iudi cium facit, ut dr̃ in dict. l. admonendi, & cla rius in l. l Corn. ff. ad Senatuscon. Syllania. uidelicet qñ aufugit ante accusationem de se factam, secus si post, quia tunc licuit sibi sanguinem redimere, in l. 1. in fin. de bon. eo rum. ubi Bart. tenet per illum tex. quod est intelligendum quando delictum erat capita le, ex quo aut debebat occidi aut membris mutilari, secus si esset imponenda pecunia ria pœna. Tñ est notandum, ꝙ in casu spe ciali fuga plene probata, l. cõsiliarios, & ibi
15 Doct. C. de asses. † Finaliter q̃ritur, fugitiuus qui uadit ad aliam patriam, an poterit citari per iudicem loci in quo deliquit sine iudicis req̃sitione illius loci, cum hic forũ sortiatᷣ ra tione criminis, ut C. ubi de cri agi opor. au then. qua in ꝓuincia. Aliq dñt ꝙ sic, & alle- gãt pro hoc text. in l. oĩs, §. si uero apparitor. C. de episc. & cler. & in l fin. ff de off. præ- fec. urb. nec obst. l. fin. ff. de iuris. om. iud. tñ cõtrarium seruatur de facto, unde aut com misit in illa iurisdictione extranea, aut non. Si in illa commisit, tunc debet iudex q eum cã prum detinet primo ipsum puniri, si cri- mẽ ibi commissum sit tale, ꝙ non impediat executionẽ alterius iurisdictionis: utputa si crimen si tale. qđ mortẽ non exigat, & aliud primo cõmissum mortẽ exigere: q̃ tũc pri mo de minori pœna deinde, de maiori esset tractãdũ. ff. de accus. l. si cui. §. fi. & sic in loco captionis põt manum, uel aurẽ amittere, & deinde est remittẽdus ad aliã iurisdictionẽ, in qua maius, uel æquale crimen cõmisit: & sic executio una aliam impedire non debet ita Bart. in d. l. si cui, §. fi. supra allegato.

# TRACTATVS.

## De bannitis: Per dom. Iacobum de Arena, editus.

### SVMMARIVM.

1 *Bannitus quis dici possit, & cui æquiparetur.*
*Deportatio uel relegato totus mũdus interdicitur.*
2 *Bannitus ubique stare potest, nisi in ciuitate in qua bannitus est.*
3 *Bannitus filios in potestate retinet.*
4 *Curator filio banniti datur uti filio eius qui apud hostes est.*
5 *Bannire aliquem faciens curare debet quòd ban- num sit certum, alias non ualet.*
6 *Bannum an ualeat, si ita dicatur, bannimus here des tuij.*
7 *Bannum tenet si citatio facta reperitur quòd qui- cunque est hæres talis compareat ad se excusan- dum.*
8 *Citatio requiritur ut quis in banno ponatur.*
*Modus citandi qualis sit.*
9 *Citatio de mandato iud fieri debet limit ut ibi.*
10 *Citatio debet fieri in tali loco quòd ille se sentiat citatum.*
11 *Bannitum ipso iure non ualet. si banniti citatos esse negant.*
12 *Citatio de consuetudine ad domum fit, citatio ad domum subsidiaria est.*
13 *Præconi soli an credatur si dicat se citasse.*
*Metu pœnæ homines à delicto arcentur*
14 *Notoria multa dicuntur, quæ non sunt.*
*Notorium id dicitur, quod nulla tergiuersatione celari potest.*
*Notorium quod non est, per iudicem pro notorio haberi non debet.*
15 *In ius uocari nemo debet sine iudiciali præcepto.*
16 *Banniti an impune offendi possint, & num seq.*
17 *Statuta permittentia bannitum occidi de iuris subtilitate non ualent.*
18 *Banniti conuenti in suis defensionibus, an audian tur.*
*Iudex mitior lege esse non debet.*
19 *Mens legis, & non eius uerba attendi debet.*
20 *Bannito agenti omnis audientia denegatur, quid si ab alijs conueniatur.*
21 *Hæreticus non agit, sed conuentus se defendere potest.*
*Excommunicatus non agit. sed se defendere potest.*
22 *Bannitus si contra alium bannitum agit, an conuen tus banniti exceptione uti possit.*

23 *Bannitus*

23 *Bannitus procuratorio nomine agens an audeatur.*
24 *Bannito quod denegetur audientia, in honorem prae oris factum dicitur.*
25 *Bannitus si succedat cuidam non bannito si haereditario nomine agat, an banni exceptio ei obstet.*
26 *Bannitus si bannito succedat, an si haereditario nomine agat, & banni exceptio obstet.*
27 *Banni poena uti personalis ad haeredes non transit.*
28 *Bannitus si non agit, sed alius eius nomine, audiri non debet.*
29 *Bannitus si iura sua alteri cessit, an cessionarius agere possit & infra num. 34.*
30 *Leges ludibres esse non debent nec uerbis impositae.*
31 *Filius si in magistratu ius iniquum statuit, ob quod ei obst. exceptio, patri tamen non obstabit.*
32 *Dolus uel factum cedentis cessionario obesse non debet.*
*Exceptio banni personae cohaeret, & illam non egreditur.*
*Actio mutata uidetur persona actoris mutata.*
33 *Exceptio quae obstat cedenti, an cessionario obstet.*
35 *Bannitus an ad officium eligi possit, stante statuto quod bannitus consul esse non possit.*
36 *Praeceptum in lege magnum est, obedientiam magistratibus per subditos praestari.*
37 *Bannum est quaedam multa.*
38 *Republica per magistratum repraesentatur.*
39 *Dispositio, quae ab initio inutilis est confirmari non potest.*
41 *Clausula statuti sequens per praecedentia declaratur.*
41 *Maritus qui esse prohibetur, licite sponsus fit.*
42 *Veniens contra factum suum audiri non debet.*
43 *Probatum semel improbari non debet.*
44 *Contractus & dispositio deducta ad causam a qua incipere potuit, conualescit.*
45 *Tria in quolibet officiali concurrere debent.*
46 *Statutum uel consuetudo est quasi lex.*
47 *Lex ordinariam iuris dictionem dat.*
48 *Iure sua sine culpa quis priuari non debet.*
49 *Delegatus uice delegantis fungitur.*
50 *Quod quis sua culpa non habet, perinde est ac si non haberet.*

Quoniam bannitorum materia utilis, & quotidiana est, & circa eam plurima sunt aduertenda. Ideo circa illam plures quaestiones subiiciam; † & primo quis possit bannitus dici, & cui bannitus aequiparetur, an deportato, an relegato, de quo tangitur inst. quib mod. ius patr. potestat. soluit, §. relegati, in gl. Sed tex. in l. qui cum maior, § his demum, ff. de bon. lib. hoc expresse determinat. Verũ quidam dñt, & non male, ꝙ illa gl. non est uera, q̃a maxima dissonãtia est inter eos q̃a deportato, uel relegato totus mũdus interdr̃, excepta insula in quam deportat̃, uel relegatur, sed in bãnito est ecõtra. † quia ubiq; potest stare, & habitare excepta ciuitate ex qua exbãnitur, ut in anthẽ. qua in ꝓuincia. C. ubi de crim. agi opor. † Itẽ bãnitus filios in ptãte retinet, q̃a certi sunt modi, q̃bus patria ptãs soluitur, inter quos bannũ non numeratur, ergo &c. arg. l. patre furioso, de his q̃ sunt sui, uel alie. iur. & l. obligationũ fere, § placet, ff. de actio. & obl. † & filio talis banniti dabitur curator, tanq̃ filio eius q̃ ab hostibus capitur, ut l. mutuo, §. ei cuius, ff. de tutel. Itẽ sicut aduentitia nõ quaerũtur patri, nisi quo ad usumfructũ, ut in authen. ut lice. mat. & auiae in prin. & §. tã is. in stit. q̃bus mo. ius patr. potest. soluit, & l. fin. C. de sent. pass. ita, & ei q̃ in banno ponit̃, & describitur, de speciali, & nominatim ponit̃, nec sufficit quod gñaliter fiat, sicut dicit̃ in exhaeredato. ut in §. nominatim. inst. de exhaer. lib & l. fi. §. 1. de lib. & posthu. sicut ẽt dicit̃ in excõicatione. ut in c. 2. de off. ord. † Vnde ponens, uel poni faciens aliquem in banno, debet curare ut bãnum sit certum, & bãni sñia alias nõ ualet, ut in §. curare. inst. de actio. & C. de sñia quae sine cert. quant. per totum. Et le. tutor. & lege duo sunt Titii. de testam. tut. & l. interpres. de haered. inst. & l. quidã, §. Pomp. de arbitr. & l. 1. de iure do. Sed si ita sit factum † Bannimus haeredes, an ualeat quidã dñt, ꝙ sic, si nominatim sit factũ arg. §. masculos. inst. de exhaer. lib. & l. Titius, de lib. & posthu. & l. 3. §. nominatim, de iniust. testa. & l. certũ, ff si cer. pet. & l. nominatim, de cond. & demõstr. Alii quod nõ ualeat, q̃a in gñe, & confuse factum, cũ nõ sit designata certa persona. hic põt distingui, quia aut ꝑ acta cõstat q̃ sint haeredes, & tũc ualet bãnũ, & eius effectus locum habet, aut non cõstat ex actis, & tũc secus, arg. l. in summa. de re iud. & d. §. Pomponius, maxime si tanq̃ ipse, & ꝓprio nomine experiat̃, & sic nõ facit tanq̃ heres, arg. l. si pater. de adoptio. & l. Itẽ eorũ, ff. quod cuiusq; uniuer. nom. & § q̃a uero, in authent. ut nulli iud. & c. aduersus. de immun. eccles. † Sed pone, inuenit̃ facta citatio, ꝙ quicunque est haeres talis compareat ad se excusandum, & ita fuit in loco haereditatis

ditatis publice proclamatum, an teneat ban
8 num, dico ꝙ sic, & ita seruat cõsuetudo. † Ad
hoc autem ut quis ponatur in banno, debet
legitime citari, alias non posset legitime ban
niri. Modus aũt citandi erit ẽm locorũ diuer
sas consuetudines, arg. l. uenditor. §. si cõstat
ff. cõm. præd. uel deficiẽte cõsuetudine, ẽm
ius cõe, & ẽm ea q̃ habes l. & ad perẽptoriũ
ff. de iud. cum seq. & l. 2. & l. consentaneum
& authent. qui semel C. qũo, & quan. iud. &
l. qui crimen, qui accus. non poss. & l. contu
macia, de re iudic. & l. absentem, de pœn.
9 † Item citatio debet fieri de mandato iudi-
cis, quia nullus debet exhiberi, nisi quem iu
dex mandauerit exhiberi, l. fin. C. de exhib.
re. & l. quicunq;, qui accus. non poss. fallit in
casibus q ponunt ĩ ti. quan. lic. sine ind. uin.
& l. 1. de rap. uirg. & l. interdũ. §. qui furẽ, de
fur. & l. ait ꝑtor. §. si debit. q̃ in fraud. credit.
10 † Item debet fieri in tali loco ꝙ ille sentiat
bebit absolui ab inquisitione & processu, qa non fuit repertus culpabilis. † Et ista est uera forma absolutionis qñ incarceratus purgauit indicia, & nondum reptus est uerus reus, q̃ ponit Bart. in l. fin. in princ. ff. de q. & hæc dr̃ quędam sñia absolutoria ab obseruatione iudicii, & hr̃ in l. properandum. §. & siquidem C. de iud. & ibi gl. & Bart. & Mod. Et per istam absolutoriam obtinebit liberationem à carceribus iuxta terminos. l. fi. ff. de req. reis, & l. fi. C. de cust. reo. Et nota ꝙ inter istas duas absolutiones est maxima dr̃ia, quia qñ cõstat uere de innocentia ipsius Titii, qđ est qñ reperitur uerus homicida, ut supra dixi, absoluitur diffinitiue ab ipso crimine, & à tota cã ut uerus innocens, & isto casu nullus poterit amplius de obiectio crimine inquirere, seu alio quouis modo cõtra ipm. d. l. fi. C. de cust. reo. qa obstat curiæ exceptio innocentiæ, & rei iudicatę, ut l. 2. C. de excep. rei iud. & l. 1. C. qñ prouo non est necess. & l. si cui. §. iisdẽ ff. de acc. & quid ibi not. Bart. & l. si qui adulterii, super gl. fi. C de adul. † Secundo uero casu, qñ purgauit indicia per torturam, ista absolutoria non ostabit quominus possit cõtra ipsum absolutum de nouo procedi, si noua indicia superuenerint, & sic ista absolutoria non parit exceptionem peremptoriam rei iudicatæ, sicut præcedens ad crimen, uel ad iudicium super eodem crimine, ita tenet notabiliter Bal. & Saly. in d. l. si qui adulterii secuti doctrinam gl. ibi, q̃ dñt oẽs Doct. tenere. ubi Saly. spãlr̃ formauit hanc q. post gl. ibi, & dat saluberrimum consilium iudici in istis casib. dicens, quòd utile non est absoluere reũ diffinitiue ut innocentẽ, qñ iudex est dubius, & hoc põt facere iudex, ut ipse dicit ex iusta causa, puta si habet reum accusatum, uel inq̃situm in manibus, & habet sufficientia indicia cõtra eum, qui pluries totus nõ fuit cõfessus, iudex poterit si instaret ꝓ absolutoria, illum absoluere à ꝓcessu, uel ab obseruatione iudicii ut psupra † & isto casu dicit ipse, ꝙ iudex põt accusationis abolitionem facere, nõ aũt ipm absoluere diffinitiue à crimine, uide ipm ibi, qui dicit ẽt quod ista faciũt ad q q̃ ipse disputauit, & declarauit in l. si quis. C. ad l. Iul. maiest. & hanc opin. tenuit etiã Pet. de Bellaper. ibi nemine cõtradicẽte. uide Bart. in l. 1. in princ. ff. de q. & supra diximus quod refert, & seqtur Ang. de Are. in tract. male. in gl. fama pub. in fi. & Par. de Put. in trac. syn. in c. uiso de repet. torturę. in fin. fol. 125. qui tñ Mod. melius declarant uerba Bart. in d. l. fin. dicentes, ꝙ illa absolutoria non erat absolutoria diffinitiue à crimine s̃m terminos d. l. si cui. §. iisdem, & l. absentem. ff. de pœn. sed erit diffinitiua respectu abolitionis ꝓcessus, & inquisitionis inde factæ, unde non impeditur ꝙ superuenientibus nouis indiciis noua possit formari accusatio, uel inq̃sitio cõtra eundem reum, ꝓ doctr. gl. Bal. & Salyc. supra relatum, & ꝓpea bene dixit Bart in d. l. fin. ff. de q. non repertum culpabilem absoluebam, † & non dixit innocẽtem, quia hoc uerbum innocens præsupponit, & denotat omnimodam immunitatẽ, & carentiam criminis, & doli d. l. absentem. & Bal. in d. l. si q adulterii, quamuis non desint qui subtilizando in uia disputatiua tenere uelint, idem denotari per uerbum innocẽs, ꝙ ꝑ uerbum nõ culpabilis, tñ in hoc ulterius non insisto post quam habemus opinionem claram quæ seruanda est decisionib. causarũ, à qua nullatenus est recedendum, ut dicit Bart. in l. 2. C. de pœna iud. qui male iud. & Bal. ẽt ibi dicit, quòd iudicando nunquam recedendum est à carrocio prudentum, maximè gloss.

1 *Testes de iure non admittendi, an possint admitti in causa innocentiæ.*

2 *Testes qui ob reuerentiam non debet examinari, si examinetur, ne iudicium quidem facit.*

*Testes alias non admittendi in probanda innocentia admittuntur.*

3 *Reus quas habet excusationes proponere potest, & per domesticos innocentiam probare.*

*Domestici testes admittuntur in probandis his, quæ domi geruntur.*

4 *Inquisitus bonæ conditionis, & famæ potest innocentiam suam par domesticos, & aliac non admittendos probare.*

Tertio quæro, † An in causis criminalib. qñ agitur de probando innocentiam accusati, uel inquisiti, admittantur domestici, & familiares, & alii, qui alias de iure non solent admitti, pro cuius faciliori notitia figurabo casum. Titius reperitur inquisitus de homicidio de nocte perpetrato, uult probare innocentiam per negatiuam ab impossibili, coarctato loco, & tpe, dicendo, ꝙ illa nocte eademmet hora, & momento quibus Sẽpronius fuit occisus, ipse erat in domo sua

una

una cum uxore, filiis & aliis familiarib. suis, adeo quod erat impossibile, quod corpus nāle posset esse in duobus locis diversis eodem tē poris momento, uel si uellet probare, quod illa met hora noctis ipse iacebat in lecto cum uxore sua, nunquid hanc distantiam à crimine, & exntiam in domo sua poterit probare per consanguineos, aut uxorem, & per testes familiares? & ur dicendū quod non quia testes hmōi nō dnr legitimi testes, nec legitimam pbōnem faciunt, contra quos plures dantur exceptiones? adeo quod nedum in criminalibus ubi luce clariores requiruntur probōnes. l. sciant cuncti. C. de prob. c. cum oporteat de acc. 5. q. 6 Epiphanium, & est gl. in c. ueniēs. de test. uerumetiā in causis ciuilibus non admittuntur, nec fidem faciunt, ut hr in c. in literis, de testi. & not. Spec. in tit. de teste. in princ. §. opponitur. uer. item quod est parens, & Bart. in l. 1. §. diuus, el. 1. & §. Antonius. ff. de qō. & l. mar. in princ. eo. tit. ubi dicit † quod testis qui non debuit examinari pp reuerentiam, ut sunt filii, famuli, & illi in quibus habemus imperium, non solum plene probāt, sed nec semiplene. imò nec faciunt iudicium, ēt cum tortura, ut dicit d. Hipp. de Mars. in l. 1. §. ad q. in princ. ff. de qō. In cōtrarium tñ est ueritas, quia quotiescunq; tractatur de pbādo innocentiam, admittunt testes, qui alias de iure non admitterent, psertim qñ aliorū testium copia hri non pōt, uel qñ ueritas aliter probari non pōt, ita singulariter uoluit Io. de An. in cōs. 59. quod incipit uisa inqsitione &c. in 1. col. Hipp. de Mars. in singulari. suis nu. 59. quod innocentib. Spec. in tit. de inquisit. §. 1. in 5. col. uers. sed nunquid, & uers. gñalr. ubi dicit quod † reus potest proponere eas excusationes quas habet, & probare innocentiam suam p domesticos, & concubicularios suos sm quod tenuit Goff. in sum. uers. sed qualiter. ar. tex. 12. q. 1. sint manifestae. & cap. seq. 2. q. 7. cum pastoris, & in cap. ueniens, de test. & not. Bart. in l. quoties. C. de nauf. lib. 11. ubi dicit quod de his quae domi geruntur, non solū domestici admittunt ad testimonium, uerum ēt de istis tanq̄ melius informati, ceteris pferunt, maxime qñ essent personae honestae, & fidae dignae. ac probatae opinionis, ut d. c. in literis, de testi & in l. cōsensu & ibi Bal. C. de rep. & uide latius d. Hipp. de Mar. in d. l. 1. §. ad qō. ff. de qō. ubi latius tradit istā materiā, & dicit hanc esse puram ueritatem, ab hoīb. Doct. approbatam. † Hęc tñ limita, & declara procedere posse, quādo inquisitus esset bonae cōdōnis, & famae, nec solitus in sanguine immisceri, uel ire de nocte, alias si esset uir factiosus, sanguinolentus, uel quod praecesserant graues inimicitię inter ipsum, & occisum, & quod erat solitus ire de nocte saepius armatus, uel si fuisset uisus illa nocte exire de domo armatus & ambulare per urbem, uel ante domum illius occisi, & similia indicia, & qualitates, quae sūt pxima facto, & reddūt illū ualde suspectum de isto crimine, uel si fuisset repertus eius gladius sanguinolentus de recenti, uel si in hoc loco homicidii fuisset repertū de mane birretū, sufficia, calciamentū, chiroteca, uel qd simile ex bonis, uel arma quaedā, sicut gladius, pugio, pars, clypei, siue rotellini aut aliud simile, quod redderet illum ualde suspectū, nō crederē isto casu quod testes pnoiati facerent plenā fidē de illius innocentia, quia illorū dispōnes elidunt, siue debilitantur per suprascripta indicia, nisi forsan illa purgasset p torturā, ut supra diximus in pced. q. & ita teneo p doctr. Bart. in l. fin in 2. col ff. de qō. uide Ang. de Are. in suo tract. male. in gl. fama pub. in 3. col. & Par. de Put. in tract. syn. in c. aduert. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. & quod ibi not. Bart cui cōclusioni nō obstant ea, quę supra in cōtrarium adducta fuerūt. qa loquūtur in mā pęnali, & cōdēnationis, qñ agitur de pbādo crimine ad effectum cōdēnationis, & poenae quae sunt magis odiosae, & ideo illis casibus pbōnes requiruntur luce clariores. d. l. fin. & c. Epiphaniam, & cap. cum oporteat, nos aūt loqmur in materia innocentię, & absolutionis, quę est fauorabilis, d. l. absentem. ff. de poe. & cap. qualiter, & quādo, de accusat. & c. ueniens de testibus.

QVarto quaero, Quid si incarceratus criminis delati innocens demū repertus est, de cuius innocentia plene cōstat iudici, nihilominus passus fuit maxima dāna in corpore, & ī bonis, qa habuit torturā, & carcerationem satis longam, adeo quod fecit magnas expensas, tā in captura. q̄ incarceratione pdicta, an habebit aliquod remedium ad recuperandum dāna, & expāsas hmōi, & cōtra quē, de hoc dicetur inf. eod. lib. in tit. de expen. dam. & int.

*Poenae suos tantum tenent & sequuntur auctores. Homicida puniri debet, sed qui gladio non ferierit*

*gladio non debent perire.*

2 *Homicidium an omnibus imputetur, si tres unũ aggrediantur, sed unus tantum feriat, & occidat.*

3 *Iura municipalia regulariter factum puniunt.*

4 *Ius municipale non punit eum qui cum occidente est aggressus, sed tantum occidit.*

QVinto quæro. Quid si Caius, Sempronius, & Meuius ensibus armati aggressi fuerunt Titium solum, q ab ipso Caio unico uulnere interfectus est, an cæteri duo ab isto homicidio, ut innocentes poterunt absolui, ex duo constat per unum tantum scilicet Caium homicidium ipm fuisse commissum uidetur dicendum, quod sic, † quia pœna suum tm̃ prosequtur auctorẽ q facinus ipm patrauit. l. sancimus. C. de pœni. nec ulterius ꝓgrediat̃ metus q̃ reperiat̃ delictũ. & l. fi. C. de episc. aud. ubi dr̃ homicida quod fecit sẽper expectet. sed illi qui gladio non feriere, gladio perire non debent. ut hr̃ Matth. 26. & Ioan. 18. c. 23. q 8. in princ nec debent ꝓpea amici, cõsanguinei, affines, & socii, qui fuere noxii, alterius criminis luere pœnas d. l. sancimus. Distingue aut loqmur de pœna corporali quæ infertur in ꝑsonam, aut de pœna relegationis, uel pecuniaria, uel alia simili. Primo casu, aut homicidiũ fuit cõmissum in rixa, uel quadã repentina, & inopinata uiolẽtia, & aggressu, aut sciẽter, & appẽsate, cõicato cõsilio, & deliberatione p̃habita. † Primo casu, uidelicet, qñ loquimur de pœna corporali, aut homicidium fuit cõmissum in rixa inopinato rumore, & tũc aut loquimur de iure cõi ẽm terminos l. Corn. de sica. & non tenet̃ de homicidio, nisi ille q percussit. Cæteri uero ut innocentes, ab homicidio. & à pœna corporali erũt absoluẽdi, ut l. 1. §. diuus. & l. si in rixa, & ibi Bar. ff. ad l. Corn. de sica. & rõ est, qa isto casu iura nõ ꝑsumũt alios habuisse aĩum occidẽdi. d. l. si in rixa. in prin. si uero ꝓbaretur, ꝙ oẽs pariter habebant aĩum occidẽdi, & eo aĩo insultarunt dictũ Titium, oẽs pariter tenent̃ de homicidio, licet unus tm̃ ꝑcusserit, qa in ea lege nõ factum ipsum cõsummatum, sed aĩus principalr̃ considerat̃, ita dicit Bart. in d. l. 1. §. diuus, & d. l. si in rixa. & l. in leg. Corn. ff. ad l. Corn. de sica. & l. is q cum telo. C. eo. tit. ubi si aliqs cum telo armatus ambulauerit aĩo aliquẽ interficiendi. licet ipm non occiderit, neq; tetigerit nihilominus pœna illius legis tenet̃. † Aut loquimur ẽm iura municipalia quæ rr̃ puniunt factum; quia regulariter imponunt pœnã illi qui commiserit homicidium, & tũc ista pena corporali nõ punit, nisi ille q re ipsa homicidium ꝑpetrauerit, ar. l. 2. ff. ad l. Aql. in qua lege aqlia principaliter cõsideratur, & punit factum. s. qui occiderit, & c. uide Bar. in d. §. diuus, & in d. l. si in rixa. in princ. Secundo aũt casu principali qñ animo deliberato, & cõicato consilio, aut loquimur de iure cõi ẽm terminos d. l. Corn. & oẽs tenentur, quia omnes dñr habuisse aĩum occidendi, ut est gl. no. & ibi Bart. & Doct. in d. l. si in rixa. in princ. & 4 Cy. & Bal. in d. l. is qui cum telo. † Aut loquimur de iure municipali ẽm statuta locorũ, & non tenetur nisi q occiderit, & realiter percusserit, ratio qa statuta ipsa puniunt factũ, & nõ solum animum, & sic potius attendit̃ factũ q̃ aĩus, quamuis ex facto solo sine dolo, & aĩo occidendi nõ infertur pena corporalis, in tm̃, ꝙ lata culpa isto casu non æqparat̃ dolo, ut est text. in d. l. in l Cor & ꝑ cõns cæteri qui non percusserunt à pœna corporali erunt absoluendi, sed tenentur de auxilio, & fauore minori pœna, ut ibi ꝑ eum. Idem ẽt tenet Bal. in l. non ideo minus. in pen. col. in uer. iuxta hoc quero. C. de accus. ubi dicit, ꝙ qñ plures sunt simul in eodem loco congregati, & ecõtra unum quẽ occiderunt, aut uulnerauerunt, unusquisq; tenetur de eo quod fecit, non aũt de eo quod alii fecerunt, nisi factũ magis distincte ꝓbaretur quõ, & qualiter unus impendisset auxilium alteri, & hoc qñ facta sunt distincta non cumulata, & clare probantur, ut l. 2. §. si quis. ff. ui bon. rapt.

1 *Homicidium si unico ictu factum sit, & nesciatur à quo ex tribus, an omnes debeant condemnari.*

2 *Probatio in causis criminalibus luce clarior esse debet.*

3 *Processus si quis sit à pluribus, & moriens post aliquod tempus nesciatur ex cuius ictu, an debeant omnes percussores puniri.*

4 *Occidens qui dicit ad sui defensionem occidisse, an ratione dubietatis debeat absolui.*

5 *Clericus de iure canonico potius irregularis quam innocens censetur in dubio.*

SExto quæro prosequendo materiam: Quid si non apparet, & iudici constare non potest cuius ictu, & uulnere Titius inter

interemptus sit, †retentis eisdem terminis s. ꝙ Titius unico tm̄ uulnere percussus, & interemptus fuerit, an oẽs sint condemnandi de homicidio, uel oẽs ꝑꝑ hanc dubietatem absoluendi? dic br̄. ꝙ si est tanta dubietas, ꝙ nullo modo constare pōt de uero ꝑcussore, potius oẽs erunt absoluendi, q̄ oẽs uel unus eorū condemnandus. ita tenet eleganter d. Spe. in tit. de hom. in 2. col. uers. Pone, ꝙ quatuor, ubi dicit, ꝙ si quatuor erant in una domo, & unus ꝓiecit lapidem ex fenestra, & ꝓtereuntē occidit, si cōstat ꝙ unus ex illis quatuor ꝓiecit lapidem, tn̄ nullo modo constare pōt quis illorū proiecit, non erunt oẽs condemnandi pœna capitis, quia certum est, ꝙ unus tm̄ proiecit, ergo tres sunt innocentes, nec debet unius delicto ceteri innocẽtes puniri, ꝑ l. sancimus. C. de pœn. & absentem. ff. eo. tit. qa tunc non deficit ius, sed ꝓbatio, ut l. duo sunt Titii. ff. de test. tutel. † quæ quidē ꝓbō debet esse luce clarior in causis criminalibus, & maxime in his in quib. tractat̄ d̄ pœna corporali l. sciant cuncti. C. de proba. 2. q. 8. sciant. hoc tn̄ limitandum est, nisi oẽs illi quatuor studiose, & cōicato cōsilio accessissent ad illam domū, in eaq; ingressi fuissent eo aīo, & intentione ut dcm̄ Titiū transeuntem lapide interficerēt, quia isto casu oẽs pariter condānandi erunt pœna capitis, ille qui proiecit ex facto proprio, ceteri uero de mādato tenent̄. ita dicit Spec. in d. tit. de homi. uer. pone. †Posset ēt hic inseri alia q. quid si plures isti ꝑcusserunt Titium, & intulerūt sibi plura uulnera, q post aliqd̄ tps reperitur mortuus, & nescit̄ ex quo uulnere, qa habebat plura uulnera letalia in persona sua, & a pluribus aggressoribus illata. aut scit̄ ex quo uulnere periit, tn̄ nescit̄ a quo uulnus ipsum fuerit illatum, & qd si habebat unicū uulnus letale, cetera uero duo uel tria minora nō letalia, & a pluribus illata, & mortuus fuerit. an oẽs teneant̄ de homicidio, quasi oẽs occiderint, uel nullus rōne dubitatis? de omnib. his uide Barto. in d. l. si in rixa. in 2. & 3. col. q̄ hic non infero breuitatis causa, qa sunt notissima †Et quid si duo adinuicem se insultarunt, & eodem tpe, & quasi momento adminantes adinuicem euaginatis ensibus unus uenit occisus ab altero, superstes uero q occidit dicit se defendendo illud fecisset ad sui defensionem, & ꝓbari non pōt qs primo, & qs secundo insultauerit, an rōne istius dubietatis ille occidens debeat absolui, uide Bart. in l. 1 §. cum arietes. ff. si quadru. pau. se. dica. & ibi late per d. Alex. in apostil. nunquid in dubio ꝓsumendum sit illum fecisse ad sui defensionem uel ad offensam qui prius incepe[illegible]it. Quæ aūt diximus supra, de eo qui pluribus uulneribus cōfessus mortuus est, & apparere non pōt, cuius ictu perierit, rōne dubietatis nemo punit̄ pœna homicidii, illud est uerū de iure ciuili, qn̄ ag t̄ de pœna corporali, qa tunc necesse est ꝙ adsit dolus, & luce clarius ꝓbet̄. l. in lege Cor. ff. de sica. & l. fi. C. de ꝓb. †De iure aūt canonico secus esset, quia in dubio clericus potius censetur irregularis q̄ innocens, & ꝓꝓea debebit se abstinere diuinis, licet clare perpendi nō possit an ictu clerici uel alterius ille ꝑierit ut est tex. in cap. significauit de homi. & ibi Abb. Ioan. de Imo. & alii canonistæ. rō est qa illud fit fauore aīę & nullum corporis detrimētum infertur abstinēdo, sed se immiscendo posset esse periculum ut ibi dr̄. uide ēt Bar. in l. si ex pelagiis. §. 1. ff. ad l. Aquil. Bal. & Imol. in l. cum mulier. ff. sol. matr. in d. l. semel mora. eod. titu.

1 *Consanguinei homicidæ ipsum cum armis associantes ad locum tutum defendendo a manibus inimicorum, & curiæ, an censeantur participes & consocij criminis.*

2 *Associans malefactorem ad eccessum, an censeatur associasse ad maleficum committendū.*

Septimo, & ultimo silentio non †prętermittam hāc ult. q in hac mā quę sæpius contingit in facto. Quod si plures armati cōsanguinei, uel amici ipsius homicidæ statim completo homicidio in loco cōmissi criminis cōparuerunt, ipsumq; homicidam associarūt, & reduxerūt ad locum tutū. ipsum defendendo à manibus inimicorū, & curiæ. an ut particeps, & cōscii criminis, & auxiliatores sint cōdēnandi. & silr̄ an præsumendū sit ꝙ fuerint cōscii a principio de homicidio perpetrando, & ꝙ cōicato prius cōsilio illud fieri mandauerint, uel studiose procul steterint, & noluerunt se discooperire nisi post factum, an teneant̄ de homicidio pœna capitis uel alia pœna, & qua. rn̄ ꝙ aut isti associātes a principio cōicato cōsilio cum ipso homicida uenerunt eo aīo, & ad illum effectum ut occoltarēt se prope locum criminis, & expectarent ibi donec perficeretur, & casu quo

oporteret assisterent, & tunc tenerentur, ut socii, uel de auxilio, aut casualiter transeuntes per illum locũ inuenerũt eorũ cõsanguineum occidisse Titium, idem est si post fcm̃ audito rumore occurrerunt eorũ agnatũ, q̃a non præsumitur à principio illos fuisse conscios, & non tenentur, prout in simili decidit Spec in tit. de hom. uer. pone ꝙ quatuor homines &c. ita dicit Salyc. in l. unica, in 4. col. uers. ex 6. par. & 5. col. uers. ex nũc trãseamus C. de rap. uirg. & Bal in l. nõ ideo minus. C. de acc. in 8. col. uers. q̃ro, an associans &c. ubi melius declarat istum articulum † & quærit an ille q̃ associat ad recessum uideat̃ associasse ad maleficiũ cõmittendũ, ita ꝙ puniri possit ut auxiliator, & dicit ꝙ aut q̃s associauit ante fcm̃, & nulli dubiũ est ꝙ tenet̃, aut post fcm̃, & tũc aut immediate facto maleficio illi apparuerunt. & associarũt malefactorẽ, siue homicidã, & tũc certũ indiciũ est cõtra ipsos, ꝙ fuerint dicti maleficii cõscii, & participes, ut auxiliatores tenent̃, ita dicit Bal. ibi q̃ alleg. tex. in l. si uentri. §. fi. ff. de pri. cred. & ita dicit ꝙ tenet Alb. ibi, & Cy. in l. 1. C. de nili agg. nõ rum. Aut associarũt ex interuallo, & non potuerũt puniri ut socii de auxilio ꝙ opem præstiterint maleficio, sed poterunt puniri quemadmodum punitur receptator. ita dicit ipse, qui diciit ꝙ alb. & alii Doct. hoc idem tenent. Qua pœna teneantur receptatores uideri potest in toto tit. ff. & C. de recep.

1 *Compositio quid sit, & quotuplex.*
2 *Qualitas essentialis triplex reperitur, in qualibet anima rationali.*
3 *Compositio pœnarum quæ dicatur, & qualiter fiat.*
4 *Compositio pœnarum de concordias, & communi consensu fieri debet.*
5 *Ecclesia sanguinem abhorrere dicitur.*
6 *Compositiones pœnarum absq; causa rationabili nõ possunt fieri.*
7 *Mulieri facilius, quàm uiro ignoscitur.*
*Iudex ueniam indigno concedens, prouocat uniuersos ad similia perpetranda.*
8 *Compositio lite pendente fieri potest, non autem post sententiam.*
*Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi:*
9 *Pecunia quæ pro compositione soluitur, fisco solui debet.*
10 *Infamia ex crimine quibus uerbis aboleatur in compositione.*
*Paciscens cum parte uel pecunia corrumpens, ne se accuset infamiam non euadet.*
11 *Abolitio processus. & litis extinctio per quæ uerba fiat in compositione.*

## De pœnarum compositionibus.

Sequitur nunc declaranda alia species relaxationis, quæ fit ꝑ compõnem pœnæ factam cũ fisco, aut cũ curia. Et hæc est prima quæ fit lite pẽdẽte, ut supra diximus. 1 †Primo. n. quæro q̃d sit cõpositio, ut p̃cedẽtiũ ordo seruetur. Rñ. sumendo hoc uerbũ cõpositio, simplr̃, & gñalr̃. Cõpositio est plurium simpliciũ cõmixtio partis ad partes, quæ cadit tã in rebus sensatis, & intellectualibus, q̃̃ insensatis, & mãlibus, ut est gl no. in c. 1. de sũ. Trin. ĩ uers. simplex, quæ dicit ꝙ in diuina essentia triplex figuratur persona sub eadem tñ sub̃a, & subiecto. 2 Eodem modo † in qualibet anima rõnali, & in una essẽtia naturali, siue sub̃a spũali, triplex reperit̃ qualitas essẽtialis. s. intelr̃s, rõ, & memoria. Intelligis. n. est qui cõparatur patri. Ratio. i. sapĩa, quæ comparatur filio, & memoria, qua cõparatur Spiritui scõ, de his tñ ulterius nõ me intromitto. q̃a nõ faciũt ad materiã nr̃am. hæc modica dixisse uolui pro aliquali notitia istius uerbi. ui de gl. ibi, & latius do. Fely. in c. nouit. in 2. col. de iud. 3 †Redeũdo ad materiã nr̃ã quæro q̃d est cõpositio in istis terminis. Rñ. Compositio est cõuentio quædã ꝑ reum cũ p̃side facta, ex causa, lite pẽdẽte de dubio criminis statu, de soluẽdo fisco certã pecuniarũ summã, ad effectum redimendi uexationes litis, ut ꝓbat̃ in l. ab accus. l. destitit. & l. seq. ff. ad S. C. Turp. & in auth. de defen. ciui. §. q̃a uero, & cap. fin. de transact. ubi est text. not. Et anteq̃̃ ad ultoriora ꝓcedã. no. ꝙ in hac materia duæ sũt spẽs cõpõnũ. una est quę fit cõ fisco, uel p̃side, q̃ cõcernit interesse reip. Altera uero est q̃ fit cũ parte offẽsa, q̃ dr̃ priuata ex quo cõcernit interesse priuatum. l. transigere C. de transact. & d. c. fi. eod. tit. Examinemus modo singula uerba dictæ compõnis publicæ, quę fit cũ præside, uel fisco. Dr̃. n. primo, 4 ꝙ est cõuentio quædam &c. †nam cõpositio ista fiẽda est de cõcordia, & cõi cõsẽsu. alias si uiolenter fieret diceretur potius extorsio q̃dã illicita l. 1. C. si ꝑ uim, uel alio modo. l. extat. ff. q̃d met. cau. & l. 1. & 3. & l. lex Iulia rep. ff. ad l. Iul. rep. & iõ iudex, uel alius magistratus

ſtratus teneretur in ſyndicatu ad reſtitututio nẽ patti d. l. 1. & l. lex Iul. & l. extat. q̄uis. n. cõpoſitiones iſtæ ſæpius fieri cõſueuerunt ꝑ iudices eccleſiaſticos, ẽt ubi de crimine plene conſtat, maxime in criminibus capitalib. & in quibus ueniret imponẽda pœna ſanguis, & q̄ cõmutatur in pecuniaria pœna 17. q. 4. ſi quis diaconus, & cap. ſeq. & hoc eſt quia 5 † eccleſia abhorret ſanguinẽ, ca ſn̄iam ſang. ne cler. uel monaſt. & cap. in archiep. de rap. li. diſt. c. 1. & de exceſ. prælat. c. ex literis l. diſ. ſi quis uiduam. uide Abb. & do. Ioan. de Im. in d. c. ſn̄iam ſanguinis, & in c. ſicut dignum, de homic. & per Archid. in d. c. ſi quis diaconus. 17. q. 4. & ꝑpea iudices eccleſiaſtici ſunt faciliores in componendo cõmutando pœnas, q̄ in rigoroſa ſanguinis effuſione, per iura prædicta, ſed iſta non dr̄ proprie compoſitio, ſed potius diſpenſatio, & cõmutatio pœnæ, uide Abb. in d. c. ſicut, & cap. ſn̄iam. Item dr̄ cõuentio facta cum ꝑſide, ad dn̄am illius q̄ fit cum parte aduerſa, nam illa ꝓprie appellatur tranſactio. l. tranſigere. C. de tranſact. l. fallaciter, & l. fin. C. de abol. l. deſtitiſſe. & l. ab 6 accuſ. ff. ad S. C. Turpil. † Ex cauſa, ideo dcm̄ fuit, quia compoſitiones hmõi abſque cauſa rõnabili fieri non pſſt. l. aut facta. §. fi. & l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœ cap. ſicut dignũ, de hom. In his. n. compõnibus plura ſunt cõſiderãda, & primo ꝑſonæ cõdõ, ut ſi aliat ſit nobilis, & honeſta perſona, & in ſimilib. exceſſibus alias non incederit, ut cum eo admittatur compoſitio, alias ſi eſſet turpis ꝑſona, & criminoſus, uel aſſuetus, nõ admittitur compoſitio, ſicut non admitteretur diſpenſatio, ut d. c. fin. de tranſact. & l. tranſig. C. eod. tit. & l. fin. C. de abolit. & l. 3. in fi. C. de epiſ. aud. Item qualitas facti, ne ſit de atrociorib. ut eſt crimen hæreſis, læſæ maieſt. & filium. Item tp̄s, locus intentio delinquentis, ætas qa facilius cum minore, q̄ cum maiore com 7 ponitur. † Item ſexus, quia mulieri facilius ignoſcitur ꝑꝑ ſexus fragilitatem, q̄ uiro, dũ modo non ſit mulier maligna, & rixoſa, & in ſimilib. aſſueta, quia non erit digna principis largitate, & legis benignitate, d. l. 3. in fin. C. de ep. aud. cum n. iudex indigno ueniam indulget, ad prolapſionis cõtagium prouocat uniuerſos, qa facilitas ueniæ incentiuum tribuit delinquendi 23. q. 4. eſt iniuſta. in fin. & in c. ut cleric. de ui. & hon. cler. l. 1. C. de em. ꝑpinq. Spec in ti. de aduo. §. cõnñr, in fi. de qua litatibus. n. ꝑdictis cõſiderandis hr̄ in l reſpic. §. delinquiunt, & l. aut facta. §. 1. & ſeq ff. de pœ. & l. capit. §. ſolent eod. tit. c. ſicut dignũ 8 de hom. † Lite pendente, ideo dñr iſta uerba, quia poſt latam ſn̄iam ſero fieret cõpoſitio, q̄ fieri non poſſet ꝑ iudicem q ſemel functus fuit offõ ſuo. l. iudex poſtq̄ & ibi Bar. ff. de re iud. c. in literis. & ibi Abb. & Inn. de offic. de leg. fieri tñ poſſet poſt latã ſn̄iam principis auctoritate, & decreto l. 1. in fi. ff. de q. & ibi Bart. & Mod anteq̄ plene cõſtet de crimine, ideo dcm̄ eſt quia liquidato crimine ferãda eſt ſn̄ia, & iuxta determinationem iuris pœna erit certa ſtatuenda, ſiue declarãda in ſn̄ia. l. 2. & l. fin. ff. de cuſt. reo. & l. capit. in prin. ff de pœn. l. 1. §. 1. uerſ. nam ſi quidẽ. ff. ad Turp. niſi euidens rõ, & urgẽs cauſa aliud ſuaderet, ꝙ pœna iuris ꝑmutari, uel alterari deberet, qđ iudex facere põt, qa iſtud arbitriũ habet à lege ut late ſupra diximus in tit. de leg. ſent. exec. q. 6. ſiue ult ma & hr̄ per Bart. & Doct. in d. l. aut facta. §. fin. & l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his qui no. inf. & aliis iurib. ibi not. Ex quo ſequitur ꝙ poſtq̄ reus fuerit cõfeſſus crimen, non poterit amplius fieri iſta cõpoſitio, ſed debebit ferri ſentẽtia, certa pęna declarari. Sequitur in themate de 9 ſoluendo fiſco &c. † pecunia. n. quæ ſoluit ꝑ compoſitione, ilr̄ debet perſolui fiſco, quia iſta compoſitio ſuccedit loco pœnæ. l. ſenatus. §. ſi quis declarat. & §. ſeq. ff. de iure fiſ. de iure tñ canonico in foro eccleſiaſtico alio modo applicantur iſtę pecuniæ compõnum quia illarũ medietas applicatur eccleſiæ, altera uero medietas diſtribuitur inter pauꝑes, niſi ep̄s eſſet pauper, quia tunc poſſet illam medietatẽ pro ſuis indigentiis retinere cap. ꝑſbyt. de pœnis. 17. q. 3. qui ſubdiaconum. alias. n. ſi iudex pecunias ipſas pro ſe retineret, uel imburſaret, teneretur crimine peculatus, & de barataria cõmiſſa, tenereturq. illas integralr̄ patri reſtituere cum max. mo. eius dedecore, & ignominia. l. 1. 2. & 3. ff. ad l. Iul. repet. & not. in c. ſciſcit. de reſcr. Dr̄ ẽt fiſco applicanda ad dn̄am illius q̄ applicatur pri, qñ ſit priuata cõpoſitio quæ fit per tractationem d. l. trãſigere. C. eod. tit Supereſt ultima particula declaranda, ad effectum abolendi 10 ꝓceſſum, & redimendi &c. Hæc uerba non abſq; miniſterio fuerunt appoſita ſm̄ Bart. in l. ſi q reus. ff. de pub. iud. & in l. ſi reus paratus. ff. de proc. nam ex iſtis uerbis euitatur infamia

famia quæ orit̃ ex illo crimine, qñ constaret de illo,& ferretur s͞nia, ut latius infra dr̃ in seq.quæst.ꝑterea si diceretur ad effectũ euitã dı pœnã,non ualeret compositio tanq̃ facta in fraudem fisci l.Imperatores.ff.de pollicita & reus ꝑ illa uerba censeret̃ uirtualiter fateri delictũ , & non posset infamiam euitare l. qm̃ ff.de his qui not.infamia. qui uero paciscit̃ cũ parte,uel illa pecunia corrumpit, nec accedat ad curiã ad illum accusandum , non euadit infamiam,nec tollit ꝓꝑea effectus accusationis uel inq̄sitionis , & nihil sibi ꝓdest compositio quo ad curiam,ac si nihil fecisset,& ita sæpe faciunt Iudæi Romæ q̄a pecunia corrũpũt aduersariũ ne accedat ad curiã & crimen iudici deferat. nihilominus postea per exploratores secretos qd' spionos uulgariter uocãt, solẽt crimina post modũ deferri & comꝑta ueritate acrius puniunt̃, & sic illarũ pecuniarũ expositio nihil sibi ꝓdest l.fi.ff. ad Turp. fallaciter. & l.fin. C. de aboli. uide Bart.in d.l.18 q reus,per illa.n.uerba ad effectũ redimendi uexationes litis,&c. nota ꝙ ꝑ ista uerba fit abolitio processus,& litis extin

11 ctio , † & ꝑdendo uexationes iudicii redimit qetẽ.arg.l fi.C.de feri.l.ꝓperandũ. C.de iud. & c.finẽ litibus.de dolo,& cõtu. & not. ẽt ꝙ ꝑ compositionem hmõi fit abolitio processus,non tñ reus absoluitur innocens ꝑ diffinitiuam sententiã,quia ad illam deueniri nõ põt nisi plene constiterit de illius innocentia ut supra dictum fuit in titulo de absolutio. inno.in 2.q.& not.in l.1.§.fi.ff.de qõ.& l.custodias.& ibi Bart.ff.de publ. iud. uide etiam dominũ Par. de Put.in d.suo tract.synd.in c. compositio.fol.40.ubi latius ceteris hanc cõpositionis materiam exponit.

1 *Compositio cum quibus personis fieri possit.*

2 *Crimina ueniæ remissionem semel tantum habere possunt.*

3 *Compositiones pœnarum quandam gratiæ speciem continere uidentur.*

4 *Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.*

1 SEcundo quæro , Cum quibus † personis fieri possit compositio . rñ quod non debet cum omnibus indifferenter fieri, sed cum illis duntaxat de quibus speratur ꝙ amplius in eisdem criminibus non incident, & qui erroris commissi facile se emendabũt. & cum illis quoque qui semel tm̃ inciderũt in crimen,non aũt cum illis qui delinquendi consuetudinem contraxerunt l. 3.in fi. C. de epis.aud.ubi singlr̃ dicit Imperator, †

2 Remissionem ueniæ crimina nisi semel commissa non habeant , nec in eos liberalitatis augustæ referat̃ humanitas , qui impunitatem ueteris admissi nõ emẽdationi potius quam cõsuetudini deportauerint.& licet tex. illo loquat̃ in casu quo delinquens ex mera principis liberalitate ueniã cõsecutus fuit.nihilominus Doc.ad hãc cõpositionis spẽm frequenter accõmodãt & merito , † q̄a cõpositiones

3 hmõi speciẽ quandã grãe in se cõtinere dñr, ꝑ quas primo cõseruat̃ fama illæsa, & ꝓprii criminis pœna minuitur.ut in c.de transl.17. q.4.si diaconus.& in ca. 2. de pœ. c. sicut signum de homi.& ideo negari non potest ꝙ quandam grãe speciẽ in se non cõtineat, uide tex.not.l.1.C.de emenda.propin.ibi quos ad uitæ decora domesticæ laudis exempla non reuocãt,collectionis saltẽ medicina compellat.Ad idẽ est tex.iuncta gl.in c.ut clericorũ. de ui.& ho.cler. & Spec. in tit.de aduo. §. & conñr in c.fi 23.q.4.est iniusta,in fine. dũ dr̃ cũ uni iudex indigno ueniã indulget , ad ꝓpa

4 ssionis cõtagiũ ꝓuocat uniuersos.† facilitas eñ ueniæ incentium tribuit delinquendi,& ꝓꝑea qui hmõi moribus corrupti sunt , ad ipsius compositionis beneficio tanq̃ indigni merito repellendi sunt per iura prædicta.

1 *Compositio in quibus casibus super quibus criminibus ,& an in omnibus fieri possit.*

2 *Iudex in atrocissimis delictis principe inconsulto componere non potest*

3 *Iudex quibus casibus ,seu causis moueri possit ad componendum,& ad pœnas mitigandas.*

4 *Compositio non debet fieri parte non concordata, alias reclamare poterit ,& iudicium prosequi.*

5 *Iudex in minoribus delictis potest componere, quod in talibus habeat arbitrium maius.*

1 TErtio quæro.In quibus casibus.† & super quibus criminibus fieri possit hæc compositio.& an liceat in omnibus generaliter componere. Respon. quidam dixerunt quod in illis casibus , & criminibus in q̄bus reus trãsigere põt,in eisdem quoq; ei cõponere licet.ita econtra ubi trãsactio denegat̃, ibi ẽt compositio non permittitur , quia cõpositio ,& trãsactio idẽ sonant,ut est tex.in l. ab accusatione.in prin.ff.ad Turp. & in c.fin.in

prin.

princ. de transact. Tu aūt dic, aut loquimur de compositione priuata, illa. s. quæ fit cum parte offensa, & quæ concernit interesse priuatum, & ista habet conformitatem, & similitudinem transactionis, & fatendum est. qđ fieri potest in casibus, & criminibus illis, in quibus transigere licet, per d. l. ab accusatione, per ea quę notatur in d. c. fin. Aut loquimur de compositione publica, quę fit cum fisco, uel curia, & quę concernit interesse publicum. Et ista indistincte in oībus criminib. fieri pōt ex quo succedit loco pœnæ d. c. fin. de transact. & cap. 1 de pœ. 17. q. 4. si qs diaconum, not. Bald. & Doct. in l. uenia, sup gl. fin. C. de in ius uoc. 2 †Tu aūt clarius distingue ꝙ aut nos sumus in atrocissimis delictis, ut est crimen læsæ maiestatis, & hæresis, raptu uirginum, & similium, & in istis iudex componere non pōt, nisi principe consulto, & de eius expsso mandato l. quis, in princip. & l. mem. C. ad l. Iul. maiest. & l. 1. in princ. l. lege 12. tab. & l. fi. ff. eo. tit. rō est, quia p istud crimen in personā ipsius principis, uel sui status tranqllitatē machinatur, ut in d. iurib. & l. maiest. ff. eod. ti. & ideo in istis non licet cōponere absq; illius sciā, & cōsensu, qui principaliter læsus repu. ut d. l. mem. & l. 1. ff. eod. tit. & l. unica. C. de raptu uirg. §. pen. ubi est inhibita cōcordia pñi puellæ raptę cū ipso raptore. Aut sumus in aliis criminib. atrocioribus istis exceptis, ut est crimen assassinii, falsæ monetæ, ueneni ꝓpinationis, homicidii, & similium, & tunc aut plene cōstat đ crimine, aut nō cōstat plene, sed adsunt psumptiones uehemētes, & indicia urgētia, primo casu non licet iudici ad compositionē ipsam deuenire, sed debet ꝓseq. cām usq; ad finē, & certā ferre sniam. pœnasq; a iure statutas imponere. l. cū reis, & l. sanc. C. de pœ. l. fi. C. de cust. reo. Qđ uerū puto, nisi 3 †iudex ex iustis, & rōnabilibus causis ad aliud declarandū moueret, q si aliqua iusta causa, ut ē minoris ætas, ignorātia, error, casus fortuitus, aut iustus dolor, uel alia similis causa aīum iudicantis monere ad mitigandū pœnas, & iuris statuti rigorē, tunc ad cōpositionē istā deuenire posset, qppe cū pœnas certas a lege statutas ex qualitatib. & rōnib. & causis supradictis minuere, alleuiare, uel in alteram spēm cōmutare pōt, ēt si feratur snīa, & hoc arbitriū ipse iudex habet a lege, ut supra latius diximus in tit. de exec. sen. q. 6. ut l. resp. §. delin. & l. aut facta. §. fi. l. siqs aliqd. § istra. & l. abūtem. §. fi. ff. de pœ. l. qđ ergo. §. pœna grauior. ff. de his q not. inf. l. ab accusatione, in princ. ff. ad S. C. Turp. uide tex. ualde not. in c. si de transac. & Spec. in tit. de præparat. iudicio. §. 1. uers. circa iudicem, & uer. ceterū, & hr 90 dist. studendū. & 5. q. 2. si primates. & ibi do. Arch. 17. q. 4. qui subdiaconū, ubi de multiplici compositione pœnarū hr mentio. & per canonistas in d. c. fin. de transact. & in c. 2. de pœ. & ibi Abb. Secundo uero casu, qñ non plenę constat de culpa rei, & tūc nulli dubium est, ꝙ fieri pōt compositio per iudicem, cōcordata tñ parte læsa, & ita intelligatur tex. in d. c. fin. de transac. & in d. c. 2. đ pœn. & 5. q. 2. si primates, & 90. dist. studēdū 28. q. 5. circūcelliones, & 22. q. 4. innocens, 4 †alias si fieret compositio parte non cōcordata posset reclamare in iudicio, & prosequi iudicium cōtra ipsum reū ꝓ suo interesse. ita notāter tenuit Saly. in l. si pro iure ff. de cōd. fur. & est gl. not. & ibi Bal. & in l. uenia. in gl. fin. C. de in ius uoc. dum tñ compositio ipsa fiat aliqua rōnabili causa, & cū persona honesta, quę istud beneficium mereatur, cōsideratis ēt criminū qualitatib. & facti circunstātiis, & his similibus, ut in d. c. fin. in fi. de trāsact. & hr in c. signasti. de homic. & per Bar. in d. l. respic. § delinquūt, & l. aut facta. & l. si quis aliqd. instrā. ff. de pœ. & Bar. in l. 3. §. Diuus, & in l. si in rixa. ff. ad l. Cornel. de sic. & l. quid ergo §. pęna grauior. ff. de his qui not. infamia. 5 †Aut sumus in minoribus delictis, in quibus iudex habet maius arbitrium, & non est dubium ꝙ iudex potest in illis quandocunque deuenire ad compositionē, parte maxime cōcordata, ut dñt Canon. in d. c. fin. de transact. & in d. c. 2. de pęn. & Archid. in d. can. studendum 90. dist. & 5. q. 2. si primates, & per Spec. in titu. de off. om. iud. §. de seruit. uersic. & gnalr. & idem Spec. in ti. de pparat. iudicio. § 1. uersic. circa iudicem, & idem ēt in ti. de treug. & pace, per totum ubi plenius uide, quibus sic supra conclusis non obst. tex. in cap. 1. & 2. de collu. deteg. ubi not. ꝙ licet partes ipsæ. s. reus, & accusator, inter se composuerint, & concordauerint, adeo ꝙ crimē intentatum non prosequerentur ulterius, nihilominus iudex non debebit desistere, quin ad ulteriora procedat usque ad finem, quia id fuit facta collusio fraudulenta inter partes ipsas interueniente pecunia, & ad effectū frau-

fraudandi iudicium siue fiscum,& propterea non tolerat͂ q̄n ea non obstāte ad ulteriora in crimine procedatur.& hoc uı͂ innuere tex.ibi in fi.uer.non ex charitate.& melius gl. in d. uers.hoc declarat, ꝙ facta bono zelo tolerari pōt,ꝑ text.in d.c.fin.de transact.& 5.qō. 2.si primatus.& 90.distinct. studendū uide Abb. & Ioan.de Imo.in d.c.1.& 2.de coll.deteg. in d.c.fi.de trans.& Spec.in d.tit.de off.om.iud. 1.seruitu.§.& generalı͂.& per do.Fel.in rubr. de treug.& pac.& per Io.And.in addi.ad Specu.in titu.de præpara.iudicio.§.1. uer. sed q̄d si est iam in causa conclusum,&c.ubi allegat multas concordantias,& doctrinas Doct. ad hoc uide Bart.in l.congruit. ff. de off. præsid. in fi.& Bald.in d.l.transigere.C.de transact.& idem Bal.in l.uenia.in fi.C.de in ius uocan. & Ang.in authen.ut litig.iurent.§.fi. Bal.in l. æstimauerunt.ff.si cert.pet.& in l. ex stipulatione.C. de sentent.& interlo.om.iud.& uideas etiam licet confuse loquatur in hac mā dominum Pari.de Put.in suo tract.synd.in c. compositio.fol.40.& Bar.in l. is qui reus ff. de publ.iud. & Panor. & Cononistas in d.c. fi.de trans.& c.2.de pœ.cum simi.

1 *Reus an dicatur delictum confiteri per compositionem factam cum fisco cum consensu partis læsæ.*

2 *Reus cōponens quando delictū fateri censeatur.*

3 *Aduocati,& procuratores compositionem fieri procurantes, qua debeant uti cautela, ut compositio sit tuta.*

4 *Compositio priuata de famoso crimine facta cū parte irrogat infamiam.*

1 QVarto quæro an per compositionem †factam cum curia uel fisco interueniente consensu patris læsæ,reus censeatur fateri delictum.ita ꝙ incurrat infamiam saltem facti. Respon.aut compositio ipsa fit mere cū præside uel iudice pro publico interesse, & s̄m illam formam traditam supra qō. 1.s.ad effectum euitandi incommoda litis,& redimendi uexationes iudicii,& nullam incurrit infamiam isto casu, nec iuris,nec facti,quia per illa uerba nunquā uı͂ fateri delictum,s̄n q̄d dicit Bart.in l.infamem.ff.de publ.iud.& in l. iusiurandum,& ad pecunias §.ait prætor.ff. de iureiur.uide etiam Bar.in l. si reus paratus. ff.de procura.ubi tradit istam cautelam, quādo fit ista oblatio per compositionem cum curia, uide Bal.in d.l.si reus paratus.& in l.si seruum.§.nunc uideamus.ff. de uerbo.oblig. & Barto.in l.q̄m intell.ff. de his qui not. inf.

2 †Aut compositio ista fit ad effectum euitandi pœnam criminis hoc exprimitur in compositione.& isto casu nulli dubium est, ꝙ reus per ista uerba censetur fateri delictum,quia uı͂ timere pœnam sibi inferri,quam nemo timere debet,nisi ille q̄ est peccator, & in culpa,ut not.in l.1.in prin.ff.de iust.& iur.& ꝑ cōsequēs isto casu euitare nō poterit aliq̄ in famiæ notā,saltē facti,per quā grauatur eius opinio apud graues,& honestos uiros, uide Bart.in d.l.infamem.& d.l.q̄m. 3 †Et ideo sit bene cautus aduocatus, uel procurator, qui hēt clientulum suum incarceratum,uel sub fideiussore obnoxium,q̄ cępit per compositionem istam a curia,& illius molestiis liberari, ut bene forment dictam compositionem,& aduertant diligenter ad rationē̄ siue causam compositionis,q̄ exprimit̄ ut nullam faciant mentionem de pęna,neq; de crimine saltem dispositiue,sed solum assertiue,& sub ḡnalibus uerbis,dicendo,q̄a Titius reperit̄ incarceratus,siue inquisitus,& sub fideiussore detētus pro tali asserto crimine.s.furti, homicidii,uulneris,insultus,& similium, ut dı͂ ꝑpetrari in ꝑsonam uel in bonis Sempronii, ut dn̄t,q̄d tn̄ esse uerum ꝑ dcm̄ Titium expresse negat͂, nihilominus q̄a dictus Titius est ꝑ suis negociis grauiter occupatus, uel est de ꝓximo recessurus ad longinquas partes ibi diu moraturus,uel est debilis, infirmus, pauper,aut aliam similem iustam causam exprimere,idcirco cupiens rebus suis quiete uacare,& ab hmōi molestiis criminalis curiæ, & actis iudicialibus liberari infrascriptam compositionem deuenit cum Magnifico, & excellentiss.uiro Do.N.Præside, ꝑtore, uel iudice ut solueret centum fisco, & liberet͂ ab oī inq̄sitione,& ꝓcessu p̄sentis causæ.uide Barto.in d.l.si reus paratus.& d.l.infamem. & l.q̄m. & Spec.in tit.de off.om.iud.§.6.uer. & ḡnalı͂.& in titu.de præpara.iudicio.uer.circa iudicem. & in tit.de teste.§.1.uer.s.fin.ubi dicit, ꝙ iudex si uiderit expedire cōcordiā,poterit q̄nq; partes terrere ut deueniat͂ ad compositionē̄, uide tex.in c.fi.de transac.& in c.2. de pœn. ꝙ 17.q.4.qui subdiaconum. 4 †Aut nos loquimur de compositione priuata,q̄ fit solum cū parte, paciscendo cum illa, & si compositio ista fiat super crimine famoso, & reus incur-

ritin

rit infamiam, quia per hoc uidetur fateri delictum, & iste est casus in d.l. qm̃. ff. de his qui no. inf. & l athletas. § fi. eo. tit. & ibi Bar. hoc tñ limitandũ puto qñ ista cõcordia fieret priuatim, & extra iudicium ignorante iudice, & curia, sed si fieret in iudicio mediante iudice, postq̃ pcesserat prior compositio cum curia, & fieret ad effectum eximendi reum ab ipsis uexationibus, & molestiis iudicialibus, non crederẽ ꝙ isto casu reus incideret in aliq̃ ĩfamiã p ea q̃ supra diximus in pcedẽti mẽbro, uide Bart. in d.l. si reus paratus, & in d l. inf.

1 *Compositio an sit ualida cum fisco absque partis assensu facta.*
*Compositio, & pecuniæ ipsa media fisco solutæ succedunt loco pœnæ.*
2 *Compositio extraiudicialiter fieri potest iudice absente, cui non præiudicatur.*

1 QVinto quæro, † an ualeat compositio facta cum fisco uel curia sine consensu partis offensæ. Rñ. aut nos loquimur de interesse fisci quo ad pœnam criminis, & isto respectu ualet compositio, quia semel cum fisco concordatum fuit, & satisfactum, & ideo nõ poterit isto respectu amplius molestari. arg. l. transigere. C. de trans. & l 4. § ait prætor. ff. de re iud. ea maxime ratione, quia compositio ipsa, & pecuniæ q̃ soluunt̃ fisco mediante compositione succedunt loco pœnæ, ut l. si donatæ. §. 1. ff. de do. inter uir. & uxo. & dicemus infra q. seq. aut loquimur respectu partis, & sui interesse, & ex quo pars huic non cõsensit, non p̃iudicat̃ sibi quo ad suũ interesse, & poterit psequi iudicium contra ipsum,
2 † sicut econtra, qñ compositio fit cum parte extraiudicialiter absente iudice, p quam nõ p̃iudicat̃ fisco l. qm̃. ff. de his q not. inf. & no. in l. transigere. C. de trans. & ibi Bart. eodem modo non debet præiudicare parti qñ fuit facta cum sola curia. arg l. fallaciter. & l. seq. C. de abolitio. & ideo isto casu pars poterit prosequi iudicium rõne sui interesse, sed reus tutus erit quo ad pęnam p ea q̃ supra diximus, si uero facta fuerit cum utroq; s. fisco, & parte, tunc tutus erit in omnib. ut l. 1. C. de abol.

1 *Iudex superuenientibus nouis indicijs an possit inquirere de crimine super quo fuit facta compositio.*
2 *Absolutus ab inquisitione potest iterato repeti superuenientibus contra eum noua indicia:*
3 *Procedi quando possit super eodem crimine iam compositio, aut abolito.*

1 SExto quæro postq̃ reus fecit compositionẽ cum curia, an iudex poterit postea, si forsan superuenerint noua indicia, super eodem crimine cõtra ipsum inquirere Rñ. in hoc casu repetenda est distĩ ō quam supra pxime q. posui, ꝙ aut pars, & fiscus simul concordati fuerunt, & nõ poterit amplius nec curia, nec priuatus sup dicto crimine pcedere d. l. 1. & l. fallaciter. C. de aboli. & p Bal in d. l. transigere, quia compositio, & illis solutio facta fisco succedit loco pœnę. l. si donatæ. §. 1. de dona. inter ui. & uxo. idem tenet do. Pari. de Put. in tract. synd. in c. an facta compositione, fo. 51. in 2. col. aut alteri istorũ duntaxat fuit cõcordatus, & ille q fuit extra cõcordiam, non impedit quo minus iudicium psequat̃ saltẽ p suo interesse, ut supra pxime dcm̃ est. arg. d. l. fallac. in princ. Sed contra p̃dicta oppono de l. si cui. § iisdem ff. de accus. & l. fallaciter. C. de aboliti. ubi semel abolita accusatione uel inquisitione, si postea noua supuẽnerint indicia, non impedit iudex quominus possit de nouo cõtra dcm̃ reum cõpositum pcedere. & est gl. not in l. si qs adulter. in fin. C. de
2 adul. ubi ille † qui semel absolutus fuit inquisitione, & processu, siue ab obseruatione iudicii, non est tutus quo minus si postea superuenerint noua indicia, curia non possit iterũ cõtra ipsum pcederi, de quo, late diximus supra in tit. de aboli. in q. 2. Solu. iura illa pcedunt qñ est facta abolitio criminis gratuita, uel quam reus purgauit indicia p torturã, & sic qñ fiscus nihil cõsecutus fuit pro pęna uł loco pœnæ, nos aũt loqmur in casu in quo facta fuit cõpositio, & soluta pecunia fisco, q̃ loco pœnæ succedit ut d. l. si donatę. §. fin. ff. de dona. inter uir. & uxo. & l. senatus. §. si qs delatorem. & § se. ff. de iur. fis. & hoc quo. ad interesse publicum, & fisci, quo aũt ad interesse priuatũ, nõ putarẽ istũ ẽt esse tutũ q cõposuit, nisi qtũs cũ parte cõcordauerit de eo qđ sua interest, & qtũs cõcernit interesse priuatũ, ut supra proxime diximus. uide Bar. in d. l. si cui. §. iisdem. Iterum opp. de. l. 1. & l.
3 fallaciter. C. de abolitio ubi distinguit̃, † aut abolitio processus fuit ĩpetrata à p̃side uł p̃tore, aut à prĩcipe, primo casu nõ tollit̃ quominus iterũ possit ex prĩcipis rescriptio sup eo. crimine

crimine procedi, secundo aũt casu qñ à principe obtinuit abolitionẽ, erit tutus ꝑpetuo, Solu. ibi loquit in simplici abolitione gratuita quæ gratis fuit obtẽta, hic uero ĩ cõpõne q̃ fit ex cã onerosa, & ideo nõ est bona consña de uno ad alium, ex quo sunt diuersa l. fi. C. de cod. & l. 1. C. de imp. lucrat. descr. lib. 12.

1 *Reus pro quibus criminibus relaxari possit sub fideiussoribus.*
2 *Iudex retinens paratum præstareq́ fideiussorem idoneum, in syndicatu conueniri potest actione iniuriarum.*
*Mulier honesta in leuibus delictis non debet personaliter detineri.*
3 *Mulieres impudicæ, et inhonestæ etiam pro leuibus detineri possunt criminibus.*
*Reus non relaxatur fideiussoribus, si crimen atrox sit.*
4 *Membrorum suo nemo est dominus.*
5 *Reus an possit relaxari fideiussoribus, si pœna sit arbitraria.*
6 *Reus an possit fideiussoribus relaxari si in defectum pœnæ pecuniariæ esset imponenda corporalis, & num. 7.*
8 *Iudex an possit nobilem magnæ conditionis de aliquo crimine delatumq́ sub cautione relaxare donec processus fiat.*
9 *Iudex circa custodiam, & modum detentionis reorum amplum habet arbitrium.*

## De fideiussoribus reorum.

sociis,& receptatorib.& si.arg. d.l. diuus.Ratio prædictorũ est, quia qñ delictum cõmittitur in iniuriam alterius, est qui alios delinquentes põt accusare,sed non ita in delictis, quæ non cõmittuntur in alterius iniuriam, ideo magis permittitur iudici inquirere, ẽm eum.Istam rõnem cum dicto improbat Bar. de Salyc.in d.l.fin. C.de acc. quia latro licet affectet res,& non personã,nisi ꝑ res, hæc tñ affectio fit cum iniuria dñi, ideo est qui eos accusare põt,& sic eius diuersitate attẽta non dret de sociis interrogari,qđ est falsũ per d.l.prouinciarum. Item maleficus in alienum odium sua facit maleficia, tñ de sociis interrogatur.C.ad l.Iul. maiest.l. pen.& fi.Item in crimine homicidii, fuit seruus interrogatus de sociis,ut l.1.§.fin.ff. de quæst. Quaꝑꝑ idem Salyc. dicit qualitatem personarum,& delictorũ ponderandã fore.

21 †nam aut ꝑsona inqsita,uel accusata ẽ seruilis cõditionis,& tunc de mandatorib.uel sociis interrogari põt.Ratio,quia tales ꝑsonæ ut plurimũ,ut meticulosę, siue socii inuestigatu, uel mandato non cõsueuerunt grandia delicta cõmittere,uel attentare,arg.l. qcunque, circa med.C.de ser.fug.& l.fi.C.ad l.Iul. ma.& ff.ad Syll l.si prius, & l.si ser.& ff.de qõ.l. fi.quæ oẽs leges inferius loquuntur, Ad qđ ẽt faciunt.l.inde Neratius §.si seruus.ff.ad l. Aql.& l.fin.ff.ad exhib. & qđ in eis hñr per gl.& Doct aut ꝑsona accusati.uel inquisiti ẽ liberę condõnis,& non uilis, & tunc in criminib.quæ sine sociis rr non cõmittuntur, puta de sociis interrogari posse, ut prouincia eis purgetur. ad hoc l.congruit.ff.de off.præl.& ad hoc accedant.ll.q dñt latrones interrogari de sociis,ut d.l.ꝓuinciarum,& d.l.diuus.

22 †cum.n.latrones sint qui stratas aggrediuntur publice,ut l.capit.§.famosos. ff.de pœ.& hi soli non sint,sed plures, nec sine receptoribus,facilr lex permisit de sociis interrogari, cum ut plurimum sint ignoti,& occulti.Idẽ potest dici de falsatorib. monetarum.ut C. de fal.mo.l.1.quia rr in eo misterio plures sunt necessarii.Idẽ dicit de his qui cõtra principem moliuntur,qa talia non cõsueuerunt cõmitti ꝑ unum solum.Aut est delictum qđ cõsueuit cõmitti sine sociis,& tunc aut delictum est cõtra cõem salutem oĩum, & tunc de sociis põt interrogari,d.l.fi.C.de malef.& math.Et est rõ,qa & cõtra socios inqrere intendit ad cõem salutem oĩum,& ideo nisi radicitus tale uitium extirpetur salus cõis non habetur,& idem ẽt põt dici quod de latronibus dcm̃ est supra,ubi autem hæc cessant de aliis non dẽt interrogari,ut d.l.fin.& d.l.rep.

23 †Qualis aũt sit modus interrogandi, not gl. in l.si prius,ad Syl.& Cyn.in d.l.fin.de accus. quæ debet fieri gñalr non descendẽdo ad speciẽ,& ad noĩationem certæ personæ qa si ad spẽm descenderetur,nõ esset quærere,sed potius suggerere,qđ fieri non debet,ut l.1.§. q qõnẽ.ff.de qõ.quod intellexit nisi contra aliquẽ in specie sit legitima ꝑsumptio,ut sẽtit gl in d.l.fi.& facit l.1.C.de qõ. ẽm Bar.in d.l.fin.Vbi plus subdit ꝙ qñ sua sponte non interrogatus alium nominat, noĩatio suspecta hr a lege rõnib.assignatis ibi in tex. sicut alias diximus in teste sponte se offerente,qa est suspectus,ut not.gl.& Bar. in l. post legatum.§.his uer.ff. de his quibus ut indig. & per hoc sit expeditum primum dubium.

24 Ad secundum † uidelicet, an interrogatus de sociis,& confessus faciat ꝑsumptionem, gl.in d.l.fi.dixit,ꝙ sic.qđ intelligit Cyn. qñ debuit interrogari,& non aliter,& istud ẽt tenuit Saly.dicens tñ ꝙ non per se solum, sed si esset contra illum consortem criminis legitima ꝑsumptio,tunc facit legitimũ indicium aut torturã.& sic dicit dre intelligi.l.qui ult. in fi.ff.de pœ.& C.de cust.reo.l.1. in gl.4.ad hoc facit gl.in d.l.fi quæ exigit ꝑsumptionẽ aliq̃ prius cõtra eũ cõtra quem interrogatur dre ꝓcedere,& ita ẽt uoluit gl.15.q.3. nemini & ibi ꝑ Arch. qnimo, ubi non in specie, sed in gñe quis interrogaret de sociis, ita ꝙ contra neminẽ esset ꝑsumptio in spẽ, tũc cõfessio criminosi de alio indiciũ sufficiens ad torturã non faceret,secundũ Sal.in d.l.fi.qđ est ualde notandum.

25 †Vt ergo confessio criminosi interrogati de sociis faciat indicium ad torturam,oppřtet ꝙ plura concurrant, uidelicet ꝙ confessus interrogetur in casu in quo de iure possit interrogari. Idem quod interrogetur in specie contra aliquem, & non in genere.tertio ꝙ contra illum cõsortem in specie sit aliqua legitima præsumptio, alias non facit indicium ad torturam, secundum eum.Sed quod dicit, ꝙ debet interrogari in specie contra aliquem ad hoc ut faciat indicium,non credo uerum,imo ex doctrina gl. Cin.& Bart.illa interrogatio est potius suggestio,q̃ exquisitio ueritatis,quæ nõ ẽ aliter facienda,ut dictum est, & ideo puto totum

contra

cõtra in hoc ꝙ interrogatio debet gñaliter fieri absq; alicuius nominatione, nisi aliqua indicia sint cõtra certã spãlem personã, quia tunc specialiter poterit de aliquo interrogari, & facit indiciũ sua cõfessio, si cum ea concurrat alia legitima præsumptio, & ita põt intelligi ẽt gl. in l. fin. ad exhib. ubi aũt quis de se cõfessus, interrogaret de aliis sociis, & ille cõfiteret contra aliquem cõtra quẽ nulla esset legitima p̃sumptio, uel interrogetur in casu a iure non permisso, nunc licet non faciat indicium ad torturam, tñ facit indiciũ ad inquirendũ cõtra nominatũ, & ita intelligo dictũ Oldr. quẽ Bald. refert, & sequit in l. & si certũ. in prin. ad Sylla. ubi ẽt per Ang. credit ergo quantũ ad inquirendũ, sed non quantũ ad puniendũ, ſm eos ibi, & ita etiam dicit do. Domi. de S. Gem. quem ibi sequitur Capra in c. clericos, de senten. excom. in 6. Sed quæro quomodo opponetur contra testem, ꝙ est socius criminis, ne ex illa oppositione uideat opponens fateri crimen, uide in Spec in titu. de acc. in 4. col. in uers. caue tamen.

26 Sed an assertio † iniuriati faciat indiciũ uel probationem cõtra inquisitum, uel accusatũ dic ꝙ non, casus est apertus in l. si quis ĩ graui. ff. ad Sylla. in §. si quis moriens, & nedũ non facit plenam probationem, sed nec indicium ad torturam sufficiens, ut dixit ibi Ang. arg. l. 1. §. si q̃s filiũ. ff. ad Carb. & l. Seia. ĩ prin. ad Velle. & uẽ casus in simili in c. sicut, de testi. facit quod no. Cyn. in l. 1. C. qui acc. non poſ. Ad idem facit, q̃a assertio percussi nõ facit probõnem ẽt in mortis articulo, ut d. §. si q̃s moriens, ergo nec faciet indicium ad torturam, q̃m indicium est species, ꝓbõnũ, per not per Barto. in l fin. C. de prob. & a quo remouetur genus, remouetur q̃libet eius pẽs. C. de usur. re. iu. l. fi. ff. de fundo instr. Ex quib. apparet ꝙ si dicta assertio probaretur ꝑ duos testes, non facit indicium. & ita ẽt egregie uidi consultum per quosdam, credo tñ ꝙ bene sufficiat ad inquisitionẽ formandã ꝑ ea quæ nota. Bald. & Dyn. in d. § si quis moriens, & ꝑ ea quæ not. glo. & Bal. in l. 2. C. de cal. ubi notabiliter dicit, ꝙ licet in articulo mortis constitutus dicat quod aliquis fecit occidi eum, tamen ista uerba non inducunt præsumptionem quæ sit species probationis, sed quandã uilem præsumptionem, secundũ glo. & not. de effectu istius uilis præsumptionis, quia excusat a calumnia excusantem ex necessitate, nõ aũt ex uoluntate, ꝓ hoc facit l. nostris, in rõne sui, & l. q̃ non ꝓbasse & l. fin. eo. titu. de collu.

27 † Quæro quid de confessione tacita q̃ fit ꝑ pacẽ, an inducat per eã probatio uel indiciũ, dic ꝙ ꝓbat plene delictũ, per ea q̃ hñt per Bar. & Bal. in l. transigere. C. de transſ. & ꝑ Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir. in usib. feu. de hoc uẽ tex. in l. q̃m. ff. de infam. Bal. in d. l. q̃m. & l. furti. § pactus. eod. titu. dicit ꝙ faciens pacem nunquam intelligitur confiteri delictum quo ad condemnationẽ, sed Ancha. 2. qõ. 4. cap. in omnibus dicit ꝙ licet paciscẽs uideatur fateri crimen, ut d. l. q̃m tñ istud est uerum si aliquo dato paciscitur, secus si gratis, ut d. §. pactus.

28 † Sed q̃uo poterit fieri pax, ut per eam non uideatur quis fateri. Tancredus de corneto in sua compendiosa, dicit ꝙ fiat hoc modo, ꝙ dicat, ꝙ hoc facit, ut euitet sumptus litis, nõ ꝙ commiserit crimen de quo facit pacem, ut ff. de infa. l. furti. §. pactus. Item alio modo, uidelicet ꝙ is qui iniuriã, uel damnũ recepit, remittat per pactum oẽm iniuriã, & oẽ dãnũ, quod constaret, uel constare posset, sibi ab aliquo illatũ quacũque de causa, uel iniuriatus faciat pacẽ cum iniuriato, & ei remittat iniuriã quam cõstat, uel cõstare posset illũ sibi intulisse, q̃a ex hoc nihil uẽ fateri. Alii dñt gñalius. s. ꝙ notarius debet dicere tales fecerunt pacem, & cocordiã de oĩbus iniuriis, uulneribus, & offensis quæ dñr per dictos se adinuicem fecisse, & intulisse, nam tunc non uẽ fateri. Aliud erit indiciũ ad delictũ, si aliq̃s fuisset fugatus cum rumore commisso aliqud delicto l. itaque. ff. ad l Aquil. ita dicit Bart. in l. fi. ff. de qõ. facit q̃d ipse no. in l. de minore. §. plurimũ, circa medium. eo. tit.

29 † Aliud erit indiciũ ad homicidium uel aliud delictum. s. inimicitia, ꝙ inculpatus erat inimicus occisi, uel iniuriati, ut dicit idem Barto. alleg l. 1. §. cum quis. ff de qõni. ad hoc facit q̃a inimicus præsumitur cogitare malum ꝓ suo inimico, ut ff. de his qb. ut ind. l. inimicitiæ. & l. ex parte. istud idiciũ firmat Spec. in ti. de p̃sum. §. species. uer. sed pono & uer. & idẽ est no. Lud. in l. §. si q̃s uillã. ff. ad Silla. Item dat aliud indicium q̃d fuit uisus facere p̃paramẽta ad hoc, ut emere gladiũ, & similia. Et ꝙ sero illo quo factũ est homicidiũ, fuit uisus ire ꝑ aliqua loca ꝑ q̃ uicina eum non cõsueuerat uidere ſm eũ, ad hoc facit, q̃a ꝑ ꝑ locorũ uarietatẽ uaria colligit coniectura. C. si manc. ita fuc. alien. fin. ff.

de poen. l. aut facta. §. euenit ista sunt indicia quae ponit Bar. in d. l. fin. ff. de qõ. remittens reliqua arbitrio iudicis. Alia quaedam indicia ponit ipse Bart. in l. de minore. §. plurimum, eo. tit. ubi dicit per illum tex. qđ iudex debet aduertere qua constãtia, & trepidationem exa minandus loquať, & sic ista indicant aliquid
30 iudici. † & ideo ubi alia indicia non ꝓcedũt, tñ ex eo ꝙ quis trepide loquatur coram iudice, pauendo, & uariando [illegible] haberi indicia sufficientia ad torturã, uñ debet iudex examinans esse cautus ut faciat dicta eius sic uaria & diuersa scribi in actis, & silř qualiter trepidando loquebatur, & similia ne ei possit dici, ꝙ fecit ipm poni ad torturã sine indiciis ẽm eum. alleg. Inn. in c. qm cõtra falsam, de prob. ubi dicit, ille qui examinat testẽ debet hoc facere scribi in actis. s. ꝙ hoc dicebat trepidando, & balbutiendo, & sim & Spec. in tit. de testi. §. nunc tractandũ est in uer. hoc autẽ scias ita dicit Bart. in d §. pŕm, quod est ualde notabile, & elegãs. hoc ẽt approbat Bal. in l. presb. C. de ep. & cler. qui subdit hoc relinquendum iudicis arbitrio, q inquirat indicia ex aliis indiciis non ex solo pallore faciei, uel trepidatione. uide ẽt ad praedicta Are. in suo opere maleficiorũ. in uer. fama pub. col. 24. uer. 9. quaero
31 † qui etiam dicit, ꝙ hñs inculpatum pro delicto in manib. debet ipm examinare plurib. diuersis uicib. & continuo facere scribi oĩa dicta eius, & si repererit ipm uariare, poterit ipm ex hoc ponere ad torturam, & repetere. Quod intellige uerũ nisi torqueret reum iniuste sine indiciis, & ipse tunc uacillaret, & uariaret. quia uno sero diceret unum, & uno sero aliud in tortura, qa oẽs ille confessiones, & uacillationes factae illo modo in tortura ẽt si essent milies ratificatae non ualerent, ita dicit d. Aug. de Ari. ĩ add. ad dcm opus maleficiorum q ẽt ibi approbat dcm Bald. in d. l. presb. An fama publica faciat indiciũ sufficiens ad torturam, late hoc disputat Gand. in trac. male. sua rub. de qõnib. uer. sed de uno quaero pone forte ꝓbatum &c; & tandem concludit † ꝙ si
32 cũ fama concurrit unum aliud indicium nũc poterit poni ad torturã, & hoc ẽm iura ciuilia, sed ẽm iura canonica dicit ipse cum fama faciat semiplenam ꝓbõnem, & aequiparetur dicto unius testis c. illud, de p̃sump. & c. siquis extra de purg. can. cũ sim tũc ꝓ solã ꝓbõnẽ famae qs poterit torqueri, & subdit ꝙ assessores hoc seruãt cõmuniter, & dicit ꝙ multoties uidit obseruari pro & contra ꝑ iudices, & assessores ẽm uarias diuersorum opiniones. Sed tu serua contrariũ, ut per solam famam non torqueas aliquem, nisi sit iuncta cum aliis indiciis, ita uť residere Bart. in d. l. fin. ff. de qõ. & in l. de min. §. torm. eo. tit. & Salyc. in l. ea quidẽ. C. de acc. & gl. in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. & uide ꝑ Cy. in l. fi C. de quęst. & Bal in c. 1 §. iniuria de pace iura. fir. & in hoc residet Aret. in suo ope maleficiorũ in gl. fama pub. in uer. & an fama. & ibi ẽt d. August. de Are. in add. dicens ꝙ si ipse esset assessor, poneret aliquem ad torturã ex sola fama, quod tñ limitat ẽm qđ dixit Bart. in quodam suo consilio incipiente, do. Paci de Burgo, nisi fama esset multum uehemens, quia tunc sufficeret ad torturam, & ita tenet Bald. in d §. iniuria in 9. col. Item limitat nisi cum fama concurreret dcm syndici cum iuro, qui ita denũciauit. s. talem cõmisisse hoc delictum, ẽm consilium Bart cons. 186. Item limitat ubi cum fama esset ꝓbõ, ꝙ infamatus esset hõ malae cõdõnis & uitae, ita probat Gand. in tract. malef. sub rub. ex quo tp̃e possit fama incipere, in uers. sed pone ꝙ crimen, & affirmauit in fin. in d. uers. sed de uno quaero. Adde ꝙ dixit Bald. in d. l. 3. §. eiusdem, in add. ꝙ ubi est uaria opin. gentium, tunc fama nõ est indicium sufficiẽs
33 ad torturam. † Quaero ulterius, an minae faciant indicium sufficiens ad torturam. Spec. ponit hanc q. in tit. de praesumptio. §. species uers. sed pone Bal. in l. metu m. C. quod met. cau. & in l. 1. C. si quis Imp. mal. & Cyn. in d. l. metũ. & uide per Imol. & Doct. in l. Pachum. ff. de haer. inst. & per Bar. in l. fam. §. 1. ff. ad de Iul maiest. & Saly. in d. l. 1. & Ant. de Bur. in c. 3. loco. de prob. & Ang in l. fin. C. de qõ. & in l. 1. C. de his qui. ut ind. & Abb. & in c. scribam, de p̃sum. ex quorũ dictis cõclude aduertendum esse ad cõdõnem personae. Nam si est hõ potens exequi minas, & malae famae in eodem gñe mali, uel solitus minas executioni mandare, & maxime si post minas statim reperitur cõmissum delictum, & tunc minae faciunt indicium ad torturã aut minans erat hõ uilis cõdõnis, & impotens ad talia, uel bonae cõdõnis & famae, nec solitus minas exeq, tunc secus per tex. in d. l. 1. C. si quis Imp. male. Adde ẽm do. Bal. de Bartol. de Perus. in l. licet Imperator, de leg. 1. ꝙ si plura concurrãt, uidelicet, praecedens inimicitia, secundo ipsae minae, tertio percussio sequens, quarto sine

magno

magno interuallo fuit percussus, tunc forte ex his non solum poterit torqueri, sed condemnari ex contiguitate actuum, ꝑ id qđ hr in l.3.in §.in bonis,ff.de priuil.cred. & qđ in simili not.Bart.in l.1.in fin. ff.si qs te. li. esse

34 iu fue.† Est, & aliud indicium ſm Ray. in l. iusto,in prin. ff.de usur. ꝙ homo reperit occisus in loco ubi Titius erat solitus frequenter transire,& cõuersari, nec aliud maleficiũ reperit ibi commissum, ꝑsumit occisus à Titio,qđ tñ itelligo cõcurrente alio, uidelicet ꝙ Titius solitus erat alia maleficia perpetrare,arg.l.si cui.§.hisdem,ff.de acc.in l.si ita.§. fi.ff.de fund.instr. Si aũt istud nõ cõcurreret non putarem prouenendũ ad torturam,per ea,q̃ in simili not.gl.& Bal.in l.in ciuilem,& l.ciuile.C.de fur.& Bal.in l.fi.ff. de hær. inst. & de hoc hr ꝑ Lud.in l.1.§.si qs uillam.ff.ad Sylla.ubi inducit illũ text. quod si ante ostiũ domus Titii reperit corpus mortuum præsumit à Titio interfectum, qđ ẽt limitandum puto, ut supra ꝓxime dixi de quo ꝑ Bart.in l. ædiles,ff.de uia publica. Quid autẽ si in una domo ubi reperit qs occisus erant quinq; aut plures,& nescitur qs occiderit,an contra oẽs istos sit præsumptio, uel qd fiedũ ponit Lud.

35 ibidem.† Quero an diuinatio faciat indiciũ, puta aliquis diuinator, incãtator cõsultus dicit ꝙ Titius cõmisit tale futurum,uel Seius, an ex hoc poterit qs poni ad torturam ego uidi fieri incantationem in quadam fiala,uel cum forpicibus, & cribro. Dic ꝙ non,qa talibus non est adhibenda fides, ut l. item apud Labeonem, §. si qs astrologus, & ibi hoc tenet Ang.ff.de iniur. facit.l.uerbum. C. de infam. dixit tñ Bal. in quodam suo cõsilio incipiente,In dei noĩe amen, qa q. ista de tortura, &c. ꝙ licet ars maleficiorũ sit reprobata, l.nemo.C.de malef.& mathema.tñ qñque ꝑmittitur ꝙ maleficiũ tollatur ꝑ aliud maleficium, si alio modo non põt, q̃ ꝑ incantationem ẽt dæmonũ, ut no. in summa cõfessorũ ꝑ magrm Ioan de Ripa. sub rub. de impedimento ligaminis, tamẽ non debet recedere à Deo qdqd ore proferat ſm opinio. multorũ theologorũ, nã licitum est aliqñ de aqua turbida bibere,ubi fluuius stagnantis aquæ deficit.Medicinę n.oẽs sumunt non rõne delectationis, quia sunt horridæ, sed solum ratione sanitatis recuperandæ, retinendæ, uel adipiscendæ, sicut arte,& nã manifestum est,& sępe uulnus uulneri addit ut utrunq; curetur

36 hæc Bald.ad lram in d.cõsilio.† Ex hoc vr ꝙ q̃uis diuinandi ars sit reprobata,tñ ubi magnum ex delicto immineret scandalum, forte nec Deo, nec hoĩbus repræhensibilis uideret,dummodo aĩus à recto non recedat,non dico ꝙ ad torturam ꝓcederet, sed ad inquisitionem, nam si diuinator aliquem inculpat poterat iudex ꝑ illo mittere, & uidere qua cõstantia,aut t[illegible]idatione,& quo rubore, & pallore loquat, & ex hoc sumere indicium ueritatis.ut l.de minore.§ tormẽta.ff. de qõ. Item dicit Bar.in l si ueteri.§,eorũ. ff.de priuil.cred. ꝙ si aliqs accusat de cõsilio ꝑstito ad homicidium cõmittendum, & de homicidiũ ꝓbat per famam. Item ꝓbat ꝙ ille fuit locutus homicidæ,& illę statim iuit,& occidit,sed nesciebat qd dixit ei certe ex breuitate spacii tpis ꝑsumit consiliũ dedisset ei, ꝑ gl.in d. §. ſm eum.Item dixit.Bald.in l.1.C.de ser.fugiti.in 4. col. ꝙ si aliquis locutus est ad aurem,& ib illo statim secutus est factum,& ꝑcedit capitalis inimicitia,ꝑsumit mandatum, allegat Bart. ff. de acq. hær. l.qui aliena.§. si qs mihi bona.§.fin.pe priuil.cred.l. si ueteri.

37 & arg.ff.de repu.l.dubium.† Vel si erant pariter inimici,dicit ipse,ꝑsumam cõsilium, & sic in partem mitiorem,quia efficacius,& durius obligat mandatum quam consilium, ut not.in c.ex cõsilio,de reg.iur.in 6.ꝑ Io.And. Sinaũt non ꝑcesserunt causæ,tunc,nec causarũ ꝑsumo, ẽt si cõcesserint capitales inimicitiæ,ſm eũ,& sic Bal.ur restringere dcm Bar. in d.l.si ueteri. solum qñ qs secrete alloquit, ẽt ille quem alloquit,pariter sunt inimici occisi, sed qñ nulla esset inimicitia capitalis, tunc dicit,ꝙ illa allocutio cum facto subsecuto non facit indicium, & istud placet. Et ita puto intelligendũ quod not.Bal.in l.multum. C.si quis alteri uel si.ubi dixit ꝙ si *inter* Titium, & Seium fuit tractatus de *occidẽdo* Martinum per ipsum Titium postea ipse Titius occidit,& ꝑsumit ꝙ fuerit secutus ipsum tractatum,& ꝙ fuerit ita ordinatum inter ipsos,licet testes dicant de finali ordinatione se nescire, & alleg. Bar.in d.l.q aliena. §.si quis mihi bona,qa alr loquit, & in casu diuerso,

38 & claro.† Item insurgit aliud indiciũ siue ꝑsumptio cõtra eum q stat armatus cũ offendente,ꝙ dederit auxiliũ,& fauorẽ. Nã ille q se armat,de rixa,uel bello ꝑsumit cogitare ut not.Bal.in l.1. in 3. col. C. de ser. fug.& l. ut uim.ff.de iusti.& iure.Supradicta placet retu

lisse

fuisse cum sint exempla quotidiana, & approbata a legibus, & Doct. Multa alia et possent exempla q̃ iura cõmittunt iudicãtis arbitro prudentes inspicienda, prout superius dixi in prin. huius 3. qõ. prin. Adde an testes examinati sup uno processu cõtra unũ faciant indicium sup alio processu cõtra aliũ. uide Bar. ĩ l. à snĩa. de appella. Adde qd si iudex uidit cõmitti aliqđ maleficium, & non habeat alia indicia, an ex hoc possit deuenire ad torturam. Spec in tit. de sen. §. qualiter. uers. itẽ debet ferri s̃m allegata. ut uelle q̃ nõ, & ipsum tenet Bal in l. fi. in princ appellatio.

1 *Damnari nemo potest, ex iudicio semipleno, seu dubitato sed ex iudicio indubitato iudicem in uiam condemnationis dirigente potest quis damnari.*

2 *Testis singularis de uisu deponens cum fama. & aliis adminiculis certis sufficientem ingerit probationẽ in factis antiquis, & dictis occultè factis.*

3 *Indicia indubitata censentur, quæ ita per legem approbantur, ut ad ipsa uelit condemnationem subsequi.*

4 *Reo in tormentis confitenti non potest confessionem reuocare, si contra eum alia reperiantur indicia.*

5 *Indicia indubitata dicuntur quando plura ad unã tendentia consonantiam, ueritatem indicant.*

6 *Indicium an præsumatur homicidij contra fugientem nudo gladio, ubi quispiam reperitur uccisus.*

*Fuga inculpati, & reperti cum mucrone madefacto cruore, uehementissimum præstat homicidij indicium.*

7 *Indicium certum censetur, si post mutuam duorũ rixam, alter uulneratus uideatur.*

*Præsumptio in quibus sufficiat criminibus, ut ad cõdemnationem deueniatur.*

8 *Meretrix probari potest ex uerisimilibus circumstantijs, nedum tactu, & actu.*

9 *Sacerdos, seu presbyter mulierem amplexatus, causa benedictionis impartendæ hoc ipsum præsumitur fecisse.*

10 *Cuius pecunias alicui qui ex eisdem conducit gentes aduersus ciuitatem mutuantis, an ad huiusmodi conductionem sit mutuasse præsumendus.*

11 *Indicium homicidij præsumitur contra eum qui aduersus aliquem gladium strinxisse uisus est, licet non fuerit uisus percussisse, si ipso fugiente alius reperiatur interfectus.*

12 *Condemnatio quando possit sequi ad minas præcedentes, & quibus concurrentibus.*

13 *Iudex sola habens indicia contra delatum, quamquam indubitata, tutius per torturam confessionẽ delati extorqueat prius quam condemnet.*

14 *Iudex per præsumptionem procedens, suam ualde temperare debet sententiam.*

15 *Iudex secundum præsumptiones iudicans, finibus pœnarum, ut à iure scriptæ sunt contentus esse debet.*

16 *Condemnari ad mortem nemo potest ex indicio quanquam indubitato.*

## Quæstio quarta primæ partis.

Circa quartam quæstionem princ. uidelicet qualia debeant esse indicia per quæ deueniri ualeat ad condemnationem. Super qua qõne quæro primo an quis damnandus sit ex indiciis. Dic q̃ duplex est indicium. s. semiplenum, & dubitatum. & istud dirigit iudicem in uiam qõnis hñdæ. Quoddam est indicium plenum siue indubitatum, & istud dirigit iudicem in uiam condẽnationis. Ex primo qdem iudicio nunq̃ quis dannat, ut ff. de pœn. l. absentem. in princ. qa sanctus est impunitum facinus nocentis relinquere, quam innocentes cõdemnare, ut ibi dicit text. Ex secundo uero indicio qs põt, & debet damnari, ut l. si qui. C. de adul. & l. fi. C. de prob. Item tñ ex iudiciis non est qs damnandus, cum in criminibus probões debeant esse luce clariores, ut d. l. fi. C. de prob. & hr in l. licet Impera. ff de leg. 1. Adde an cõfessio facta in tormẽtis licet non ratificata iuncta cũ aliis indiciis sufficiat ad cõdemnationem. uide Sal. ĩ l. fi. C. de prob. † Adde q̃ si est unus testis de uisu, cũ fama, & aliis adminculis certis, & probabilibus, est sufficiens probatio in factis multum antiquis de quibus non est memoria, & in delictis quæ occulte fiunt ut uoluit Iac. Bal s̃m quod recitat Host. & Abb. in c. p̃terea. de testi. in fin. uide Bart. in l. 1 §. idem Corn. ff. de qõni. qui dicit gñalr q̃ unus testis de uisu cum aliis indicis facit plenã probationem in delictis per text. ibi p l. 2. §. 1. ff. de excusa. turo. & ibi p gl. iuncta l. instrumenta. C. de prob. Secundo qro qd sit iudicium indubitatum, uide eius diffinitionem supra in 1. q. prin. Dixit tñ Nic. de Mata. in d. l. fi. prout ipsum ibi refert Bald. † q̃ indicia indubitata sunt ea q̃ adeo à lege sunt approbata, q̃ lex uult p illa fieri cõdemnationem. sicut est exẽplum in d. l. si qui. Ex quo sunt indubitata legi, de

gi, debent esse indubitata iudici, ut not. in l. si tutor. C. de peri. tut. alias iudex faceret litem suam, qa dnt indicia indubitata. Qñque tamē non sunt talia indicia q̄ sunt à lege approbata, sed sunt iudicis religiosi arbitrio cōmissa, tñ simul collecta, indicant indubitabilr ueritatem, ut est exēplū in cōfessionib. ꝑ tormenta extortis, q̄ non ꝑ se, sed cū ꝑseuerātia, uel fama, uel uerisimilitudine facti, uel aliis adminiculis indubitabilr indicant ueritatem, ut l. sanc. & l q̄ sciam, ff de pœ. & l. 1. §. diuus, ff. de qō. ẜm Nic. de Matar. quod intellige quando sunt plura indicia ualde ꝓxima uero, sicut est unus testis de ueritate facti, & duo testes de extraiudiciali cōfessione facta ꝑ delinquentē cum confessione extorta per torturam, & sic ꝑcedētib. legitimis indiciis q̄uis postea confessio talis sit reuocata, qa tunc bñ faciūt indicium indubitatū, secus si indicia essent leuiora per ea q̄ not. Bart. in l. si ff. de qō. in illa qō. an sufficiat unū, uel plura indicia, & ita intelligo gloss. in l. 2. §. ætas. ff. de excu. tuto.

4 † Ex quibus habemus notare, ꝙ non prodest confitenti in tormentis reuocare cōfessionē si cōtra se sunt alia indicia, qa cōiuncta cū cōfessione q̄q̄ extorta ꝑ tormēta, indicāt indubitabilr ueritatē, nisi reuocās ꝓbaret contrarium, uel clare, uel ꝑ alia indicia, qđ est notandum ẜm Bald. in d. l. si. Item ponit exēplū idem Nic. de Mat. ubicunq; ex qualitate, & multitudine indiciorū indicatur ueritas oculis mentis iudicis, sicut clara lux ostendit ueritatē corporis, exēplum in eo, q̄ ingressus est quandam domū, & post modicam horā auditus est clamor mulieris, & statim uisus est q̄ intrauit exire cum gladio sanguinolento, & uisa est mulier in facie uulnerata, unde dubitatur an esse ꝓbatum de uulnere cōtra illū, & uidebatur ꝙ non, qa non fuit uisus uulnerare, & qa non ꝓbat hoc esse qđ ab hoc cōtingit abesse, ut C. de ꝓbat. l. neque natales, potest. n. esse, ꝙ hæc mulier uulnerauit seipsam, tñ dicendum est sufficienter ꝓbatū, qa non ꝑsumitur ipsamet sibi uulnus intulisse, sed qđ passa sit ab inimico, ẜm Nic. de Mat. Patet ergo quid sit indicium indubitatū. nā ea sunt quæ sunt approbata à lege.

5 † Item qñ simul plura collecta, & in unam cōsonantiā tendentia indicant indubitabilr ueritatē ut C. q. de qō. l. milites, §. oportet, ẜm Bal. melius facit qđ not. in l. 2. §. ætas, ff. de exc. tut. & l. 1. in prin. ff. de qō. & ibi aliis argumentis ita ꝓbōni admouet ut sola cōfessio seruorū dē esse uideatur, & l. q̄ro §. fi. ff de ædil ed q̄ solet allegari, ut ibi dicit Bal. ꝙ ex multis īdiciis insurgit plena probō, & ꝙ qñ indicia sunt multa ex his colligatur uiolenta pręsumptio, q̄ sit sufficiēs ad cōdemnationē, tenet ēt do. meus do. Io. de monte Sperello in l admonendi ff. de iureiur. q̄ dicit de hoc esse tex. in l. excip. ff. ad sill. & do. Catal. de uiso, in quodam suo cōsilio, pro quo reqre in litera A, à char 474. Item Bart. ponit aliud exemplum de indicio indubitato in l. 2. ff de fur.

6 † ꝙ si aliquis fuit uisus aufugere cum gladio euaginato, & reperitur aliquis mortuus ex hoc comphendit manifestum homicidiū, ꝙ ille talis illud cōmiserit, ꝑ illum tex. sed in hoc exemplo Ang. ibi tenuit cōtrarium, si aliter non ꝓbatur, qa potuit ille esse de auxiliantibus Itē potuit ille percussisse, sed non examinasse, ut l. item illa §. si plures, ff. ad l. Aql. & ꝓbō debet esse necessario cōcludens, ut in cap. in pñtia, de prob. Dicit tñ ꝙ uehemētissimū facit indicium ad torturā fuga diffamati, & inuenti cū cultello maxime tincto cruore, & ita practicatur ẜm eum ꝑ hac Ang. opin. facit qđ not. Bald. in l. cōuenticula. C de episc. & cler. ubi dicit quod quoties cōtrariū eius qđ testis dicit stare pōt cum ueritate rōnis testis, nunq̄ dcm̄ testis ꝓbat necessario. sed ita est hic igr &c. de hoc ēt uide inferius. Aliud exemplum de indicio manifesto ponit Sal. in d. l. fin. C. de ꝓbat. ex quo dicit deuenire posse ad condemnationem.

7 † Pone duo rixantur ad inuicem in qua rixa, unus ꝑcutitur, & uulneratur testes examinati dñt ꝙ non uiderant qñ fuit talis ꝑcussio, sed uiderunt eos adinuicem rixantes, & statim dimissa rixa uiderūt ꝙ ille erat percussus & uulneratus, certe ex hoc resultat iudicium indubitatū, ex quo deueniri ualeat ad cōdemnationem. Itē adde, ꝙ licet in criminalib. ex ꝑsumptione deueniri nō ualeat, ad cōdenationē. ut hr in l. licet Imp. ff. de leg. 1. tñ secus est in criminibus q̄ de sui nā secrete patranr, ut in adulterio, sodomia, simonia, & similia ex quo in istis est difficilimum hre claras ꝓbōnes ꝑ id qđ hr in d. l. q̄ adult. C. de adult. & in c. ex lrīs, & c. illud, & c. 3. loco. de prob. in c. præterea, el 2. de testib. & not. Bar. in d. l. 2. ff. de fur. & d. l cap. 5. ff. de adult. & uide de hoc per dom. meum do. Bal de Bartolinis in d. l. licet Imperat.

8 † Item dixit Iac. Butr. in l. neque natales, C. de probat. quod

probatur ꝙ aliqua sit meretrix non probato tactu, & actu, sed ꝓbatis circunstantiis ut plurimum uerisimilibus, ut qa passim scholares intrabant domum ipsius de die, & nocte, qa quãdo scholaris loquitur cũ puella nõ p̃sumitur dicere Pr noster. ita dicit Bald. ibi, & refert in l. fi. de hæredi. inst. Item dixit Bar. in l. 2. ff. de fur. ꝙ si aliqs deprehendit in domo ubi erat pulcherima mulier, ꝙ iste est manifestus adulter, & ita dicit debere intelligi d. l. c. 5. Mod. Doct. dnt hoc esse uerum qñ ꝓbaret ẽt aliqđ ex signis uenereis, de qbus in d. l. quod ait, in 9 princ. ff de adul. ꝑ gl. & Bar. † hoc tamẽ fallit in sacerdote siue presbytero, qa si amplexaretur mulierem, p̃sumitur facere causa benedicendi, uel ad pniam exhortandi dicit glos. 11. q. 3. absit refert Spec. in tit. de præsump. §. species. circa princ. sed ab hac benedictione, & exhortatione liberet nos Deus. Item si officialis tpe syndicatus aufugit de loco ubi gessit offm̃, p̃sumitur cõtra eum de oĩbus querelis de eo factis, & ex hec sola p̃sumptione damnatur, ut C. ut oẽs tam ciuiles quam milita. l. 1. & l. cõsiliarios. C de assesso. Itẽ si maritus ter denunciauit alicui ne loquatur cũ uxore, sua qa hẽt ipsum suspectum de adulterio, qđ si postea inuenit eum loquantem cũ ea, & hoc ꝓbatur, p̃sumitur ipsam adulterasse, & ex hac sola p̃sumptione damnatur, ut in auth. ut lice. matr. & auie. § is quoque. colla. 8. & C. de 10 adulter. authen. si quis sæpe. † Item sunt quidam quidñt ꝙ si aliquis mutuat alicui pecunias, & ille accipiens statim cõduxit gẽtes cõtra ciuitatem mutuantis, ꝙ ille mutuans p̃sumitur mutuasse ut illa gẽs cõduceretur, & ꝙ fuerit cõducta de dicta pecunia, & tũc dñt esse p̃sumptiones iuris, & de iure arg. l. fi. C. de pign. & qđ ibi Bal. & in l. si uentris. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. ita dñt ipsi in l. 4. ff. ad l. Iul. maiest. Adde ad id, ꝙ superius dcm̃ est de uiso aufugere cum gladio euaginato, & aliqs reperitur mortuus, qđ ex hoc colligitur indubitatum indicium de homicidio cõtra illum, ut uoluit Bar. in d. l. 2. ff. de fur. Item uoluit Thomas de Piperata, ut refert Ioan. Andreæ. in tit. de ꝓbo. §. 1. uer. 13. & Bal. in l. 2. §. fin. ff. de adult. & Bald. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & in l. neque natales. C. de prob. & l. fin. eo. titu. & in l. fin. ff. de 11 officio proconsul. & legat. † Et idem dicit ibidem Thom si uisus fuit admenare cultellũ, licet non uisus fuerit percutere, & postea ibi reperit interfectus, & postea uisus fuerit fugere, & apparet ꝙ erat sibi inimicus, & fama laborat cõtra eũ, & idẽ si ꝓbatur quod Titius erat inimicus Seii. ff. đ qõ. l. 1. §. præterea, uel quod tpe occisionis erat in loco, uel qđ receptauit occidentem, uel quod occidens erat familiaris, uel domesticus uel qđ Titius iactabat se qđ Seiũ fecerat interficere, uel qđ inter eos offensæ præcesserant. Sed Io. Andr. tenet ibi qđ ista indicia non sint sufficiẽtia ad cõdemnationẽ, sed ad torturam, & idem tenet Ioan. de Imo. in l. fin. ff. de hær. inst. Et istud est tutius, dicit Are. in opere malefic. in gl. in uer. fama publ. in uer. quæro an unum indicium, & idem tenet ibi do. Aug. in suis addit. qm̃ istæ probõnes nõ concludunt, qa poterat esse ꝙ ille qui aufugiebat cũ gladio exaginato qdqd fecit ad suam defensionem fecit, & dicit hoc esse de iure uerius, uide tũ tñ oĩno de his per Abb. in c. 3. loco, de prob. ubi bene loquitur, & qui uĩ residere cum opi. 12 1. Tho. de Piper. † Item licet ex minis cõtra aliquem factis non resultet præsumptio contra minantem de delicto ad cõdemnationẽ, ut dicit Spec. in tit. de pręsum. §. 2. circa. fi. ꝑ text. 2. q. 8. c. sciant, tñ põt dici ꝙ si multa cõcurrant primo ꝑcedens inimicitia, secundo, ipsæ minę tertio ipsa ꝑcussio sequens, quarto qđ sine magno interuallo fuerit secuta, tunc forte ex omnib. istis poterit cõdemnari & maxime ex cõtiguitate actuum per id qđ hr̃ in l. 4. §. in bonis. ff. de priui. cred. & quod no. Bar in fi. ĩ l. 1. in fi. si qs testa. li. es. iuss. fuc. & ẽt fuit de mente Bal. ꝑ illũ tex. in l. 1. C. si quis Impera. male. & ẽt fuit de mente Dyn. in suo tract. de quæst. de inimico uiso exire de domo occisi cum gladio sanguinolento, ita dicit do. meus do. Bal. de Barthol. in d. l. licet Impera. itẽ de istis indiciis indubitatis, uideo oĩno ꝑ Gãd. in opere maleficiorũ sub rub. de indiciis, & p̃sum. indubitatis, de quib. ad cõdẽnationẽ deueniri põt q ponit multa exẽpla, & de illo q exiuit camerã cũ gladio sanguinolento pallidus. item de capitali ini13 mico. itẽ qđ unus uidit admenare, itẽ ꝙ fugit. † Notandũ tñ, ꝙ licet ex indiciis indubitatis quis dãnari possit absq; aliis ꝓbõnibus, ut supius dcm̃ est. Tutius tñ, & melius faciet iudex q non hẽt alias ꝓbõnes q̃ dicta indicia indubitata si extorquet cõfessionẽ ꝑ torturã. ut l. si excepta. in fi. C. de male. & math. ita elegãter dicit Bal. in l. mil. C. de qõ. & ita

etiam sentit licet non ita clare. in l. fin. C. de hær. inst. quod est menti tenendum, licet dubium sit, ꝙ ubi de crimine liquet non debet procedi ad torturam, ut l. quoties. C. de qõ. sed forte põt rñderi illud hre locum quãdo liquet per alias ueras probõnes, q̃ per indicia ẽt manifesta, uti est in casu nostro. Aduertẽdum tñ est notabiliter ꝙ ubi iudex iudicat ex presumptionibus multum debet temperare suam sententiã, & maxime ne cõdemnet ad pœnã corporalem iuxta no. per Inn. in c. afferte, quia uerisimile, de præsump. qđ colligitur ibi ex snĩa Salomonis qui licet ex p̃sumptione adiudicaret uni mulieri filium, non tñ cõdemnauit aliam mulierẽ ad mortẽ, ad quã ex morte pueri ueniebat cõdemnanda. Idẽ uult. Spe. in tit. de p̃sum. in § species, uer. in summa † dicens, ꝙ ubi iudex ꝓcedit per p̃sumptionem ualde debet temperare suã sententiã, & tardus debet esse ad infligendũ pœnam corporalẽ, uel pecuniariam argu. 2. q. 1. nomẽ. & cap. 1. idem uolunt do. Card. Ant. đ But. & Imo. in d. cap. qa uerisimile, & Old. in cõs. 192. qđ incipit, uiso diligenter. & Pet. de Anch. in regula, semel malus, 19. col. & Abb. in c. 2. de cohab. cler. & mulier. & in cap at si cler. §. de adult. de ind. & in c. auditis, de p̃sc. & Bald. in l. fi. C. de ꝓb. dicens, ꝙ ubi ꝓcedit ex p̃sumptionib. imponitur mitior pœna, & ꝙ non põt imponi pœna corporalis, qa ꝑ ꝑ inopiam ꝓbõnis minuitur pœna. Subdit tñ, ꝙ licet qñ proceditur ex præsumpt. mitigat pœna, tñ qñ pœna habet certos fines nunq̃ põt ex qualitate probõnum exaggerari, ut l. gñaliter, in princ ff. de decur. ubi est tex. not. † Et ideo iudex debet esse contentus finibus pœnarũ, prout sunt scriptæ iure ẽm eum, unde põt dici, ꝙ aut loquimur in p̃sumptione iuris. s. qñ iudex uult ferre sententiã per quãdam præsumptionẽ, q̃ lex expresse approbat in criminalib. & tunc põt cõdemnare in pœnam corporalem, uel pecuniariã prout ius disponit, ut d. l. si qui adulterii. C. de adult. & ita tenet Abb. in cap. accedens, de sim. & ita intelligit do. Aug. de Ari in add. ad opus maleficiorũ in gl. in uerbo fama pub. super uer. quero an unum indicium, uel plura. & ita dicit esse intelligenda dicta Doct. max. Abb. in c. 1. de iud. in 13. col. Aut loquimur in p̃sumptione hoĩs, & tunc aut cum illa concurrit cõfessio criminosi extra per torturam, & idẽ aut nõ cõcurrit cõfessio prædicta, & tũc aut sumus in pœnis a iure expresse limitatis, & habet locum dcm̃ Bal. aut in pœnis arbitrariis, & habet locum dcm̃ Innoc. & Spec. uide oĩno ad p̃dicta ꝑ Bal. in d. l. si qui multũ bene loquit̃ de triplici ꝓbõ. in criminalib. Item limitat p̃dicta idẽ do. Aug. ibidem nisi ageret̃ de puniendo aliquẽ pecuniariter, uel pœna leui corporali, puta fustigationis tex. est in l. 3. §. qa plerũque. ff. de off præf. uigil. ubi ex culpa p̃sumpta, quia incendium ꝓsumit̃ culpa illa habitantiũ põt quis fustigari. Sed tu potes dicere ideo hoc esse qa lex approbat exp̃sse hãc p̃sumptionẽ, unde erit idẽ prout supra dcm̃ est. Item idẽ do. Aug. ibidẽ dicit, ꝙ lo. An. in addit. Spec. in tit. de ꝓb. §. fi. uer. 13. limitat alio modo, v3. nisi iudex se moueret ex p̃sumptione uiolentissima, & ita refert Inn. in c. afferte, de p̃sump. Adde ad oĩa p̃dicta Gand. in opere suo maleficiorũ, q notabiliter dicit, ꝙ uidit in practo obseruari. † & ita omnes sapientes Boñ. uolunt, ꝙ nullus possit capitalr̃ cõdenari ex indicio quãtũcunque indubitato, secus si ueniret imponenda pœna pecuniaria. Adde unũ meti tenendũ qđ dicit Bal. in d. l. si qui adulterii, ꝙ cõdenatus ex p̃sumptione iuris, & de iure nõ põt appellare ꝑ illu tex. q dicit tale hri ꝓ cõfesso, & cõuicto, & ꝑ l. 2. C. quorũ app An aũt cõfessus i tortura appellet scribit Bal. i d. l. fi. C. đ ꝓb.

1 *Indicia, & præsumptiones contrariis eliduntur præsumptionibus, & indiciis.*
2 *Conuersatio præcedens monstrat qualis unusquisque sit præsumendus.*
*Fama bona thesaurus inæstimabilis, & lilium suaue perolens.*
3 *Inditium per testem singularem habitum eliditur, aliis refragantibus circunstantiis.*
4 *Indicium homicidii contra aliquem ortum re minis, & inimicitia eliditur si absentia, et distantia probetur a loco homicidii tempore.*
5 *Præsumptio affirmatiua per negatiuã tollitur*
6 *Indicia contra delatum grauiora esse debet his quæ pro se habet ut torqueri possit.*

## Questio quinta primæ partis.

Circa quintã qõnem principalẽ, q̃ est, quõ, & qualr̃ tollant, & elidant idicia † Dic ꝙ tollant idicia, & p̃sumptiões ꝑ cõtrarias p̃sumptiones, & indicia, ut dicit Bart. in l. fi. C. fami. ercis. nã licet p̃sumatur

matur ꝙ dãnum datũ sit potius a uicinis, q̃ ab aliis, ut not. Ia c. But. & Bar. in l. si ita. §. si. ff. de fun. instr. & superius fuit dcm̃, tñ hæc præsumptio tollitur, & elidit ꝑ bonã, & laudabilẽ famã, & cõuersationẽ, q̃a ꝑ bono p̃sumit bonũ, & bene, & prudẽter uiuere, ut dixit Bal. in l. 1. C. loca. circa fin. † Vita. n. præcedẽs magnã partẽ cõfert ad p̃sumendũ, ꝙ q̃d sit, uñ caueat unusquisq; ab īfamia, q̃a nõ solũ in eo de quo est infamatus, sed etiã in aliis grauat eius opinionẽ, ut extra de reg. iur. c. defleat pctõr. & not. in l. 2. C. q̃ test. fac. poss. sed bona fama est thesaurus hoīs inæstimabilis, & iocundus, & sicut lilium dat suauitatẽ odoris, uerba sunt Bal in l. 1. C. de cõs. in 4. col. itẽ licet p̃sumat̃ cõtra aliquẽ de furto, si ꝓbetur ꝙ exiuit de illa domo de nocte, in qua furtũ cõmissum fuit, & ꝙ habeat aliq̃d sub mantello, tñ si probatur ꝙ ille talis erat magnus mercator, uel talis condõnis ꝙ nõ sit uerisimile furtũ cõmisisse, excludet̃ illa p̃sumptio est cõdõne personæ, ita dicit Ang. in l. mil. C. de q̃õ. † Itẽ indicium q̃d̃ sumit̃ ex uno teste de ueritate, põt elidi si aliæ circunstantiæ refragant̃. s̃m Io. And. in c. cum ī cõtemplatione, de reg. iur. ut refert Bal. in l. 2. C quorũ app. non re. Et ideo si testis deponeret ꝙ uidit talẽ solum subtrahere, & portare de loco ad locum unum lignũ, q̃d̃ nõ ferrent decem hoīes, hoc ꝓbato indiciũ illius testis eliditur, deficit. n. eius dcm̃ in uerisimilitudine l. mil. § oportet de q̃õ. Nã impossibili posito in esse, nullũ sequit̃ cõtingens. l. filiũ. 1. tñ. ff. de his qui sunt sui, uel alie. † Et ideo licet cõtra accusatũ, uel inquisitũ de homicidio Titii ꝓbentur inimicitiæ capitales, & minimæ de occidendo, & ꝑꝑ hoc resultet indiciũ ad torturã, tñ illud indicium tollit̃ si accusatus ꝓbat suã absentiã, & distantiam a loco homicidii tp̃e quo illud fuit cõmissum, ꝙ nullus s̃m naturã posset illuc accedere ad illud faciendũ recedẽdo de illo loco, & accedendo ad locũ homicidii, p̃sumptio. n. q̃ tollitur ꝓbatur q̃d̃ sit impossibilis, ut d. l. filiũ, & dicit ibi Bald. ꝙ præsumptio nihil operat̃ ubi ueritas in contrariũ ꝓbat̃. † Item p̃sumptio affirmatiua tollitur per negatiuã. item ubi nõ põt h̃ri certa ꝓbõ, recurrit̃ ad p̃sumptionem secũdũ eũ., præsumptio ergo tollit præsumptionem, ut d. ll. & l. diuus. ff d̃ in integ. restitu. & d. l. si qui adulterii. C. de adul. ubi dicit Bal. not. ꝙ nõ creditur id quod nõ uerisimile euidentibus indiciis, & idem dicẽdum est in similibus de hoc ẽt per Bald. in l. non ignorat. C. qui accu. non poss. in 2. col. † Illud est bene notandum, ꝙ q̃n torquẽdus habet aliqua indicia pro se, h̃nt esse indicia magis grauia cõtra se, ita ꝙ præponderent, ita ut ad torturam deueniri ualeat. dicit Bar. ꝑ tex. ibi in l. 1. §. ad q̃õnem, uer. nec facile, ff. de q̃õ. item Bald. not. dixit ꝙ si testator exculpauit reum, puta de eius morte inculpatum, ꝙ ꝑꝑ hoc reus non poterit ex indiciis torqueri, q̃a habet indicium innocentiæ pro se, ut l. 1. §. Paulus. ff. de op. lib. si tñ liquido cõstaret de crimine puniet̃, ut l. 2. ff. ad Syll. ita dicit ipse in l. 1. in ultima col. C. cõia de leg. quod est not. adhoc etiam quod no. Bal. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.

## SECVNDA PARS,

*Tractatus de tortura, & quæstione.*

*Diuisio.*

Primo, quid sit quæstio, & unde dicatur.
Secundo, q̃d appellatione q̃õnis cõtineat̃.
Tertio, in qua causa debeat haberi quæst.
Quarto, qui possint torqueri, & qui non.
Quinto, qualr̃ ꝓuenerit debeat ad q̃õnẽ.
Sexto, quis sit effectus torturæ, & q̃õnis.
Septimo, qualiter puniatur torquens aliquem indebite.
Octauo, subnectam aliqua notanda communia de indiciis, & quæstione.
Nono & ultimo, describetur aliqua in practica maleficiorũ nõ inutilia iuuenib. latrunculatorib. ubi sub epilogo recolligẽtur quasi omnia quæ in hoc tractatu cõtinẽtur.

## SVMMARIVM

1 *Quæstio est ueritatis inquisitio per tormenta, & cordis dolorem facta.*
*Tertio leuis, q̃õ non dicitur absque dolore cordis.*
2 *Quæstio a quærendo dicitur, uel inquirendo quòd per eam negocii ueritas inquiratur.*

### Quæstio prima secundæ partis.

CIRCA primum dic., quòd quæstio † est inquisitio ueritatis per tormenta, & cordis dolorem. Nam nuda, & leuis terticio absque dolore cordis

 cordis

cordis non dr quæstio in ista materia. ut l. item apud Labeonem.§.qönis.ff.de iniur. & l.1.§.qönum,ff.ad Sylla. Ita diffiniunt Azo in summa de qö. & Odoff. in quodam suo tract. quem fecit de qönibus.†& dr quæstio a quærendo, uel inquirendo, qa per ea inqrit seu quætit ueritas negocii de quo disputat & ad illuminandum ueritatem fieri debet, & nõ aliter, ut l.item apud Labeonem.§.qönē ff.de iniur.& l.hoc quod placet. C. de qö.

1 *Qönis appellatione quæ censeantur uenire.*
2 *Carceratio uel detētio simplex an ueniat quæstionis nomine.*
3 *Confessio tormentis adhibitis facta, uel prope tormenta, dicitur metu tormentorum facta.*
4 *Territio leuis dicitur, si quis tantum ad funē ducatur.*
*Confessio non dicitur metu tormentorum facta in carceribus, quando non denegantur alimenta.*
5 *Confessio metu tormentorum facta non censetur si iudex delato torturam minetur.*
6 *Tortura, siue quæstio uariis instrumentis, & modis dari potest.*
7 *Iudex torquendi carnem scidens ut confiteatur capite plecti debet si moriatur.*

Quæstio secunda, secundæ partis.

Circa secundum uidelicet quid contineatur appellatione qönis. † Rñdeo, continetur carceratio facta de aliquo, ut nõ comedat donec dicit negociū de quo quæritur, item qualitercūq; per uim, & tormenta qs compellitur ad aliquid dicendum ur qö.& qönis.uerbo continetur. l.itē apud § qönis.ff.de iniur.l.1.§.qönem ad Sylla. item negatio cibi dr quæstio.l.necare.ff. de lib.agn.item chorda.l. decuriones.C.de qö. & l.nullus ff.ad l.Iul. maiest. item quælibet uis illata personæ.ut l.fi.C.de abol.†Sed an simplex carceratio, uel detentio contineatur appellatione quæstionis, uel tormentorum, ur φ non, qm carceratio, & detentio fit etiā nullis præcedentibus iudiciis, & ad solā custodiam. quæstio uero, siue tormenta non fiunt nisi pcedētibus indiciis ut l.1.§.diuus, ff.de quæst. pp quod dicit Ange. in d.l.item apud §.qö.φ si statutum prohibet aliquem torqueri sine scientia priorum, φ nihilominus poterit carcerari absque ipsorū conscientia, dūmodo carceratio non fit cum denegatione cibi.& idem tenuit in l.nemo.C.de ex act.tri.idem ₰m quosdam, si carceratio esset periculosa alicui rõne loci, uel rõne infirmitatis, uel inferret infamiam, rõne qualitatis personæ detentæ, qa tunc põt dici inesse tortura in detentione ₰m eos. † Sed hic quæro qn̄ dicatur confessio facta metu tormentorū Rñdet Bar.in d.l.1.§.diuus Seuerus.ff.de qö. φ tunc dr facta metu tormentorū, qn̄ est facta adhibitis tormentis, uel ita facta prope tormenta aliquo ligato, & præcedentibus minis deponendo ad torturam. nõ autē quælibet leuis territio facit uideri confessionē eē factam formidine tormentorū, sed debet eē positus in tormentis, uel ductus ad ea. itē si esset ī carcere in quo de fame, & frigore multū patiebatur. nām tunc formidine tormentorū ur factam arg ad hoc.ff.de iniur. l.item apud §.qönis, facit ff.de ui, & ui arma.l.3.§. si quis uisus, dū dicit, sufficit terror armorū ₰m Bart.†Dixit tn̄ Ang. in d.§ quæstionis, φ sola ductio ad funem est leuis territio, sed ductio, & ligatio bene facit uideri cõfessionē extortam metu tormētorū, quia ibi inest terror cadens in constantē uirū, ut l.interposita.C.de transac.est.n timor proximus torturæ arg.l.1.C. de sica.item dixit Bald.φ manicis ferreis ligatur.dr torqueri in l.1. C.de custo.reo.Confessio aūt facta in carceribus, in quib nõ denegatur cibus, non dr facta metu tormētorū, per dicta supra in ꝓxima q. & ideo talis cõfessio ualet, & nocet cõfitēti.ita tenet Bald.in l.1.C.de cõfes.in 6.col.& ꝑ cõsequēs nõ reqrit, φ in ea ꝑseueret, ꝑ ea quæ dicemus in 9.q.princ Sed Gand. in tract. malef.in rub. de qö.& tormentis, in uersi.dcm est supra tenet, quod sufficiat esse penes torturā, licet nõ fuerint ligatæ manus de retro, ut dicat confessio facta metu tormentorū,& ibi rñdet ad d.§.qönem.†Dicit tn̄, φ si extra locū in quo homines torquent, iudex dixit, aut cõfitearis, aut ducā te ad torturā, inferendo sibi terrorem, ꝑꝑ hoc non dicetur cõfessio facta metu tormentorū, qa est leuis territio ꝑ d.§. qönem.& cum hoc uidet transire d.Aug.de Arimi.in addit.ad tract.malef. Aret.in gl.in uerbo, fama publ. in antepen. col.Adde, φ Bar.in l.nouissime per illū text. ff.quod fal.tut.aut.uoluit, φ dicatur cõfessio facta metu tormentorū, sitmmodo apud torturam qs fuerit spoliatus solum, & nõ ligatus, nec minatū sibi de tortura, si non cõfiteatur,& ibi dicit, φ semel habuit hoc de facto

Florẽtiæ. Et qa supradictũ est, qd cõtineatur appellatione tormentorũ, sciasq; multis ua riisq. modis, & instris utuntur latrunculato res, & iudices maleficiorum. Nã qdã dant reo & ei mittunt aquam p nares, in qua ẽt non nulli imponũt calcẽ obstructo, ore bibentis, qđ genus torturæ. ut audiui, est periculosum ne ex eo suffocetur tortus. Quidã ponũt taxil lũ in osse pedis, q uulgariter dr losso pazzo. Quidã ponũt muscione in uẽtre, siue umbi lico, & desup ponunt ciatũ ad includẽdũ il lũ, ne possit egredi. Quidã torquẽt cum lin gua caprina hoc modo, qa lauãt pedes tor quẽdi cũ aqua bene salita, & ligato torquẽ do sup scãno, faciũt ut capra cũ lingua lam bat plãtas pedũ, qđ libẽter facit, pp auidita tẽ salis, & audio, ꝙ istud est durissimũ tormẽ tũ, & sine periculo. Quidam torquẽt in mittẽ do uirgas inter digitos manus stringẽdo cũ cordula. Quidã utuntur corda, ligatis manib. post terga, quod genus torturæ cõiter est in usu, & unumquodq; ꝑtorũ ex publico habet tale instrm. ut uidemus ubique, & istud est à consuetudine cõiter approbatum, & etiã de iure, ut l. nulli. C. ad leg. Iul. maiest. Sed in isto debet adhiberi maxima diligentia, & de bet moderate adhiberi, alias solent multa pericula incidere. Alii ligant solũ unam ma num ad funem, & sinũt sic pendere super ter ram. Audiui etiam, ꝙ dantur detento ad co medendũ carnes multum salitæ, & denegãt potum. Aliqui lauant pedes torquendi, & plãtas inungũt larido porcinio, & ligato tor quẽdo sup scannũ, faciũt, ut plantæ pedũ ur gãt uersus ignẽ ualidũ, & sic iuxta ignẽ sinũt ꝑmanere. De modis aũt, & instris aliquibus torquendi crudeliter, ponit Bal. in l. 1. C. de emen. seruorũ. ubi dicit p illũ tex. in uerbo, laniauerit. † nota cõtra iudices q sciudũt ali cui carnes ut cõfiteat crimẽ, nam si moritur tortus in tormentis, iudex iste debet decapi tari tanꝙ homicida. & Ang. in l. nemo carce rẽ. C. de exact. tri. lib. 10. dicit no. tex. cõtra iu dices, q pp delectationẽ inueniunt nouam speciẽ tormentorũ, hi. n. appellantur iudices irati, & peruersi, & ratione peruersitatis dñs confundet eos, quia sunt perpetuo ignoran tes. Sapientes enim talia abhorrent, & uir tutum illuminatione, sciẽtiæ formam pro pagant, reliqui uero actibus impiis se exal tare dicentes, confundunt eorum famam a pud bonos, & graues incessanter ingnãtes.

1. *Quæstio, seu tortura applicari potest in causa criminali criminaliter agitata.*
2. *Seruus in omni causa, & in omni crimine iudicis arbitrio torqueri potest, sed liber in grauibus tantum, & criminalibus.*
3. *Iniuria personalis dicitur graue delictum.*
4. *Delictum leue quod dicatur, & quæ leuis iniuria.*
5. *Tortura etiam locum habet si de crimine ciuiliter agatur.*
6. *Causæ ciuiles in quibus differant à criminalibus in materia torturæ.*

## Quæstio tertia secundæ partis.

diciatus de his delictis, si ponitur ad torturã, & nominat sociũ, coniũgitur verisimilitudo oriẽs ex primis indicijs insimul cũ dicto rei qõnati, & ex tali cõiunctione oritur indiciũ ad torturã contra nominatũ, non ãt intelligi debet dictũ Saly. vt nominatus habeat indicium ad torturã existentib. alijs præsumptionib. contra ipsum, sed sufficit nominatio facta, præsupponendo, ꝙ ille, qui est tortus, sit legitime tortus, & infra positi Doc. tenẽt indistincte dictũ correi in pdictis casib. facere indiciũ ad torturã, & istud tenuit Cyn. in d. l. fi. But. Abb. Imo. in c. 1. de cõf. Bar. in trac. de q. col. 4. vers. sed nunquid, quod ẽt positũ est in operib. Gan. de malefic. in tit. de qõ. d. ver. sed nunquid, sensit Alex. in cons. 89, viso themate col. 2. vers. quinimò, vol. 3. quamuis Hipp in d. §. dilig. nu. 60. adducens multos, p ea opinione, ꝙ requirantur præsumptiones vltra confessionẽ, & præcipue Imol. in d. c. 1. de confessis, qui tamen indistincte tenet opinionem iã dictã, ꝙ nominatio sola faciat indicium ad torturã, & Ang. de Ari. in addi ad Ang. de malef. in verb. fama pub. nu. 31. male allegat Gand. & Guid. de Suz. in suo tract. quod requirãtur alia indicia penes dictũ torti, quia simpliciter loquũtur indiciũ facere, quod tamen intelligo vt supra. Rõ põt esse, quia videmus ll. concedere in casib. iã dictis, interrogationem posse fieri de socijs legitime, tamen vtsupra si indiciũ nõ orietur habile ad torturã, frustra lex voluisset ꝙ interrogatio fieret, & iõ ad hoc (vt talis dispõ effectum habeat, necesse est dicere oriri indiciũ

379 ad torturã. † Cũ lex, & eius verba intelligi debent cũ effectu, l. pen. § pen. supra ne quis eum qui. l. 1. supra quod quisq; iur. gl. in c. fi. de spons. sed aduerte ꝙ vltimo allegatur per Bar. & Bal. & Rom. ꝙ faciat quale quale indiciũ, iõ in hoc casu distinguerẽ, ꝙ aut reus legitime interrogatur, quia præcedunt indicia de cõsocijs in generali, vel spãli interrogatione, & tunc oriatur indiciũ, aut nõ præcedunt alia indicia, & tunc faciat qualẽ qualẽ præsumptionẽ hoc modo intelligatur d. l. qui vltimo, & quod dicit Bart. in l. maritus, hoc tit. & Bal. in l. seruos, C. de test. & Rom. in l. & si certus, supra ad Syll. volentes ꝙ ex d. l. qui vltimo oriatur qualequale indicium.

380 † Requiritur hoc tamen primo, ꝙ talis cõfessio sit facta, seu nominatio in tortura, aut statim deposito reo de tortura, alias nõ valeret arg. text. in l. petens, C. de pact. Ita tenet Alb. in d. l. fi. C. de accus. Ea ratione, quia.

381 † Personæ turpes, cum in testimonium recipiantur eorũ dicto sine tormentis non creditur, l. ob carmẽ. §. si ea rei cõditio. supra de test. Et per hanc rõnem idẽ tenet cõsulendo Raph. Fulg. in cons. 173. in causa inquisitionis, col. 1. vers. quidã Doct. allegat tex. in § si vero ignoti, in auth. de testi. & Hipp. in §. dili gẽter, in sua pract. nu. 62. similem rationem adducit per text. in c illi qui. 5. q. 5. & in c. in primis, 2. q. 1 gl. in c. cum p. de acc. Alexan. in consi. 11. circa primum, col. 2. vol. 1.

382 † Secũdo requiritur, ꝙ interrogatio fiat generaliter per iudicẽ de cõsocijs, nã si particularis fieret interrogatio, diceretur suggestio. l 1. §. q qõnẽ, supra hoc ti. gl. ĩ l. prius, & in l. si certus supra ad Syll. Dy in d. l. fi. C. de acc. & Sal ibi col. fi. q dicit nõ deueniri ad ĩterrogationẽ particularẽ, nec ad spẽm nisi contra aliquẽ ĩ spẽ sit legitima psũptio, vt dixi sup.

383 † Qõ, & difficultas oritur, an reus facta nominatio in torturia de s cio debeat iurare dicta per eũ esse vera. Hip. in sua prac. in § dil. nu 62. dicit iurare debere. & ꝙ assessores erãt ĩ hoc in nõ deferẽdo iuramẽtũ reo. mouetur

384 † Quia depositio sine iuramento est nulla, l. iusiurãdũ. C. de test. c. tuis, eo. tit. idem etiã, ꝙ vtraq; pars velit, non põt testis deponere sine iuramento. Ang. in l. si vacãtia, C de bo. vac. li. 10. Fel. in c. significasti de homic. item q a ẽt ꝙ sit cõmissa cã alicui, secũdũ eius conscĩam terminãda, requiritur iuramẽtũ ex mẽte Ang & Pau. de Cas. ĩ l. de pupillo. §. q apud supra de ope. no. nun. Itẽ summus Pont. non põt tollere, nec dispẽsare cũ iuramẽto, ut testis sine eo deponat, c. cõstitutus, & ibi no. de rescrip. & cũ reus existens in tortura habeat manus ligatas nõ põt iurare, iõ eius dictũ nõ valebit. In hac q. existimo reũ nõ debere iurare, & eius dicto stãdũ esse de nominatione facta cõsocij in tortura in casib. cõcessis ad interrogãdũ, nã Abb. in c. 1. de cõfes. vt Alb. de Ros in d. l. fi. C. de acc. dicunt magnã esse differentiã, ꝙ deponat tãquã testis, vel ꝙ deponat tãquã reus, & iõ cum reus deponat non uti testis, requisita necessario in teste nõ adhibenda sunt in personam rei, & sic iuramẽtũ nõ erit necessariũ, cũ lex statuat in teste iuramẽtũ dari in reo ãt nihil aliud dicat, nisi interrogari nec de iuramento aliqua sit determinatio, & exinde cum diuersitas sit

inter

inter ipsos, diuersum ius statui debet nec de vno ad aliud licita erit argumentatio l. Pap. exuli, supra de minori. Demõstratur ẽt hoc verũ q̃a depositio in tortura excedit dictum testis in aliquo, & dictum testis excedit dictũ rei in tortura: nã si plures fuerũt cõsocij, qui deponãt de altero socio in tortura ex dicto pluriũ noĩatus nõ habebitur ꝓ cõuicto, & ex dicto vnius contra se habet indiciũ ad torturã. sensit Bar. & ibi gl. in l. 1. §. idẽ Corn. hoc tit. Et Bal. in l. quoniam, C. de test. vol.

383 †Quod ex quatuor cõsocijs tres nõ ꝓbẽt cõtra quartũ delictũ cõmisisse, determinat ẽt Alb. post Gab. de Offel. in trac. de fam. in l. fi. 2. col. C. de acc. & in hoc casu si plures testes deposuerũt de visu, probãt plene, & habebitur reus pro cõuicto, rõ est, quia quãdo sunt plures correi, est vna tãtũ qualitas indicij, & ad hoc vt ĩdicia dicãtur plura, req̃ritur diuersitas inter vnũ & aliud, nõ aũt ꝙ sint eiusdẽ generis, ꝓut sũt plures socij q̃ faciũt vnũ, & idẽ indiciũ, secus in plurib. testib. quia vnusq̃sq; deponit ex sensu suo, & si bonus fuerit, quilibet parũ minus semiplena probõne dicitur facere d. l. cũ probatio, supra de probat.

386 †Quod ãt indicia debeant esse diuersi generis, sensit Bar. in l. vnius, §, 1. hoc ti. & Par. de Put. in tra. syn. circa fi. in ver. viso de repetitione, ꝑterea videmus ꝙ maior virtus est in eo, qui deponit in tortura q̃ ꝙ sit in illo, q̃ deponit tanq̃ testis. Nã deponẽs in tortura non est bonus, quia socius criminis nõ ẽ idoneus, quia deliquit, põt repelli, quia infamis saltẽ de facto, & ipse solus facit indicium ad torturã, vt dictũ est supra. & tamẽ testis vnus de visu, nisi habuerit qualitates ꝑdictas, vt sit bonus, idoneus, nec repellatur, nõ facit indiciũ ad torturã, vt vidimus supra ĩ indicio de teste de visu, & sic ista duo reus, & testis habẽt se vti excedẽtia, & excessa. Præterea reus põt dicere cõtraria in eius dicto, & toleratur. l. nemo, supra de exc. & dixi supra in ver. mẽdaciũ, q̃d nõ est in teste, vt ibi. Nõ obst. q̃ adducũtur in cõtrariũ, quia loquũtur in teste, in quo de sub̃a requiritur iuramẽtũ, secus in dicto rei, quia hoc tãtũ cõceditur à iure, vt interrogetur per iura iã dicta. Istud ꝙ iuramẽtũ nõ requiratur sensit Ale. in cõs. 89. ĩ 3. vo.

387 †Tertius casus est, quãdo interrogatio fit in ea persona, q̃ de iure interrogari nõ põt, difficultas est, an faciat saltẽ ꝓsumptionẽ, ꝓ q̃ iudex possit inquirere. Dec. in cõs. 189. inc. Lętatus sum. tenet, ꝙ si reus fuerit interrogatus in illis casib. in quib. iure interrogari nõ põt ꝙ nõ faciat ꝓsumptionẽ vt inquiratur. allegat multa cõsilia Ful. idẽ voluit Hip. ĩ sua prac. in § dilig. nu. 67. Cõtrariũ puto verius, quia cõiter Doc. tenẽt iudicẽ per talẽ dispõnẽ posse inquirere, vt voluit Host. Io. And. But. Abb. Anc. in d. c. 1. de cõf. per illũ tex. & hoc si depositio sit facta in tortura, vel post torturã statim, idẽ voluit Sal. ĩ d. l. fi. C. de acc. Ang. & Ro. qui dicit hanc esse cõem in l. & si certus. supra ad Syll. quod idẽ voluit Imo. in d. c. 1. de conf. subdens, ꝙ si fama contra nominatum insimul cum dicto correi, sufficiens erit indicium ad torturam.

388 †Tertio casu quãdo aliquis deponit tanq̃ testis, & noĩat aliquẽ in sociũ, vel deponit cõtra ipsum sociũ, eius attestatio vti à delinquẽte facta inducit qualẽquale ꝓsumptionẽ, ita no. Abb. in d. c. 1. de cõf. dicẽs æquiuocũ esse in hac materia socij criminis. idẽ velle disponere in reo, quod in teste: quẽ sequitur Dec. in c. quoniã, in fi. de testi. vbi multa adducit, & pro eadẽ sñia est tex. in c. 1. de tes. li. 6. & in l. quoniã, C. de test. nec in hoc casu facerẽ eã differẽtiã, quã multi faciũt, & de qua supra distinguẽdo ꝙ aut deponit in eo casu, in quo non possit interrogari, vt tũc sit verũ, qui iã dixi, aut si posset interrogari de cõsocio tũc faceret indiciũ, q̃a dico Abb. optime hũc casum vti separatũ à ꝑcedẽti posuisse: nã si deponit taquã testis, & extra torturã, non debet facere indiciũ, cũ requiratur tortura, vt dixi, nec aliter ei credatur, nisi dicamus,

389 †quod ẽt quãdo talis socius assumitur tanq̃ testis, debeat torq̃ri, iuxta l. ob carmẽ. sup. de test. & gl. in l. 3. §. l. Iul. in ver. palã. eo. ti. de tes. tũc. n. si ponetur ad torturã optime distinguetur, an sit casus, ĩ quo possit inter. nec ne.

390 †Mortui depositio an faciat indiciũ ad torturã Bar. Bal. & Ro. in l. si quis in graui. §. si quis moriẽs, supra ad Syll. dicũt per illũ tex. indiciũ nõ oriri, adducitur gl. in l. mater, C. de cal. q̃ appellat dictum defuncti vilẽ præsumptionẽ. & gl. in c. literas, de præsum. in prin. dicens dicto morientis nõ esse credẽdũ, & Bal. in ver. vasalli in ti. de pa. conf. dicit moriẽtẽ non esse S. Io. Baptistã, & ratio redditur quia si dictum morientis probaret, esset testis in causa propria, quod à iure prohibetur, l. nullus, supra de test. l. omnem, C. de test. in contrarium, ꝙ imò eius dicto sit credendum.

† Quòd

391 †Quod quis nõ dẽt esse immemor. nec præsumitur salutis æternæ. l. fi. C. ad l. Iul. rel. pe. c. sanc. 1 q 7. adducitur gl. in l. 1. C. de san. cau. adie. itẽ & rõ, cõfessio sine cã facta nou. valet. secundũ But. in c. si caut. de fid. instru. cũ ẽt à cõiter accidẽtib. ꝙ de breui moriturus nõ vult esse mẽdax, & tenẽtes hãc partẽ respondent ad tex. in d. §. si quis moriens ꝙ ista verba intelligãtur nõ esse credendũ quo ad condẽnationẽ, & sic in potiori significatu. §. sed quoties. Insti. de iur. nat. l. 1. § qui in perpetuũ. supra si ager vecti. vnde Hip. in §. dilig. in sua pract. distinguit, ꝙ aut ille, qui moritur grauat aliquẽ eius dictũ & tũc si cognoscitur, ꝙ non est boni sensus, aut sinceri intellectus, dictũ eius non attenditur per tex. in l. hac cõsult is. §. at cum humana fragil. C. qui test fac. poss. in l. iub. C. de testa. Aut est boni sensus, & tũc, aut aliter põt probari delictum, quàm per eius dictum, & tunc dicto decedentis non statur, & ita procedat tex. in d. §. si quis moriens, aut non potest fieri probatio de delicto, nisi ex dicto decedentis, & tunc faciet indicium, ea ratione.

392 †Quia multa concedũtur. & testes inhabiles admittuntur ad hoc, vt veritas hẽatur, l. quoniã. C. de hær. Saly. in l. ea quidẽ. C. de accus. Itẽ multa conceduntur ne delicta remaneant impunita iu. l. vulner. sup. ad l. Aquil.

393 †Item asserenti de gestis à se plene creditur Paul. de Cast. in l. q̃ro. sup. de ædil. edic. & in l. quicũq;. C. de ser. fug. & q̃ ponit la in l. 1. §. si absens. sup. si ex nox. cau. aga. In hac q. credo indiciũ nõ oriri ex dicto defuncti, quia tex. in d. §. si quis moriẽs nõ videtur hoc probare, vt dicã indistincte. Nec obst. rõ Hip. ꝙ cõfessio p̃iudicet, quia verũ est, vt dicunt oẽs doct. in d. §. si quis moriẽs. ꝙ ad sui præiudiciũ statur cõfessioni morietis, sed nõ in alterius dãnũ, & ita cõcludũt oẽs ibi, nec est verũ, ꝙ tex ille debeat intelligi, ꝙ nõ credatur quo ad diffinitiuã, nõ aũt quo ad indicium, quia indiciũ est pars probõnis minus tamen semiplena, si nõ creditur, & remota est probatio generaliter, ergo & indiciũ, qđ est spẽs probõnis. cũ remoto genere remoueatur & q̃libet eius spẽs. l. fundi. §. fi. sup. de fun. instr. cũ alijs. Nec ob. rõnes, ꝙ multa concedãtur, vt delicta puniãtur, & veritas hẽatur q̃a hoc nunquã cõceditur à iure ꝙ quis possit deponere in facto proprio, & pro exequẽda eius opi. vt sibi aliqualiter credatur, & testis deponẽs de gestis à se deponit ad beneficiũ. & cõmoditatẽ alterius, nõ suijpsius, vt in casu nostro. & falsum est, ꝙ plene probat, q̃a requirũtur alia indicia, & adminicula, vt per Paul. de Ca. ĩ d. l. q̃cũq;. & per Ias. in d. § si absens.

394 †Aduerte ꝙ text. in l. si quis in graui. § si quis moriẽs, põt intelligi in eo, ꝙ dicit non esse credendũ si moriẽs dixerit, vt illa dictio, si moriens, stet cõdõnaliter, quãuis gl. aliter ibi sentiat. vt si in art. mortis excedẽs dixerit hoc ꝙ sit vim passus à seruo, nõ credatur ea rõne, quia existẽs in eo statu mortis p̃sumitur nõ sanæ mẽtis, nec sinceri intellectus, & ideo eius dicto nõ statur iux. d. l. hac cõsultissima §. at cũ humana fragilitas, & d. l. iub. & hoc suadẽt verba tex. nã sufficiebat, ꝙ I. C. dixisset, si quis moriẽs semel, & ĩ prin. sed quia noluit demõstrare quo tp̃e in particulari nõ sit credẽdũ, domino, exp̃ssit ip̃s dicẽs, si moriẽs. q. d. si nõ moriẽs. & sic in art. mortis nõ existẽs hoc dixerit, sibi credatur, vt dicã infra, & expositio gl. in hoc casu nõ põt stare, vt dicamus secundũ eã, ꝙ quãuis sit in artic. mortis, non credatur, quia nec crederetur, si nõ eẽt in art. mortis, vt ipsa innuit, quia hoc nõ est verũ cũ sit credendũ domino vulnerato, & nõ morienti de seruis ipsis, & ideo per contrariũ si vulneratus mortifere superuixerit per aliquod tp̃s, & fuerit conquestus de seruis, & dixerit à seruis interemptũ sibi credatur, vt ĩ l. 1 §. fi. eo. tit. ad Syl. ea rõne, quia super viuendo post vulnera p̃sumitur in bono sensu, & quod dicat veritatem, & ei est credendũ :nã si habetur suppliciũ ex S. C. Sylla. contra seruos ex eo solo ꝙ fuerint sub eodẽ tecto. l. 1. §. qõnẽ, cũ §. seq. & §. si quis ĩ villa, & hoc ex eo solo, ꝙ est sinistra suspicio contra seruos de morte domini, tãto magis dicendũ est, si ipse dominus dicat se fuisse vulneratũ à seruis. quia hoc casu cum agatur de re propria, & de seruis proprijs, ipsi erit credendũ, cũ nãliter quis non p̄sumatur velle consumere suũ. l. cũ de ĩdebito, sup. de prob. Sed aduerte, ꝙ mihi videtur, ꝙ ista argumentatio, quàm faciunt doct. ex dispositis in tit. ad Sylla. ꝙ decidatur contra liberam personam illud idem non sit bona.

395 †Quia facilius proceditur contra seruum, maxime proprijũ conquerentis & occisi, q̃ ꝙ procedatur contra liberũ, quo ad torturã. & quo ad alia, vt est text. in l. si quis. & in l. ex lib. hoc tit. no. Bar. in l. 1. §. si ser. in prin. hoc

tit. &

tdt. & ideo arguere de seruo ad liberum non videtur bonum, quia non est par ratio.

396 †Denunciatio decani, seu centenarij An faciāt indiciū ex eorū denūciatione, quādoque proponūtur isti denūciatores ad manifestandū maleficia q̃ fiūt in ciuitate, & in villis, vt quotidie seruatur, & tūc istorū denunciatio facit qualequale indiciū, ex quo pōt iudex procedere ad inquisitionē, ita intelligitur l. diuus la 2. sup de cust. & exhib. re. & hoc determinat Bar. ibi in 3. q. idē voluit Saly. in l. ea quidē, in prin. in 10. q. C. de accus. adducens pro hoc tex. ibi & tex. in l. 1. C. de dec. li. 10. & Alex. in cons. . in cā inquisitionis formatæ, col 2. ver. accedat, vol. 3. & pro p̄sumptione innocētiæ ponit eā Cœp. in cons. 31. super homicidio. col. . ver prima est. & Ang. in trac. malef. in verb. necnon ad denūciationē. col. 6. ver. quæro an denūciatori, & Hip. in prac. in prin. nu. 19. & in cons. 6. n. 9. Qn̄q; p̄ponūtur ad inueniēdū delicta, & tūc ĩgrauib. ipsis nō credit, nisi vti testib. aut in leuib. & si p̄positi fuerint p̄ formā statuti ad inueniēdū arma. & tūc ipsis credit. vt p̄ Bar. ĩ d. l. diuus, & p̄ Ang. addemus ĩ loco p̄dicto, vbi videas.

397 †Incātationes, seu diuinationes q̃ fiūt per astrologos, geomātes, & p̄ istas mulierculas ex inspectione aquæ benedictæ, vel speculi, vel cū forcipe, & cribro, vel simi. sortilegijs, an faciāt indiciū, vt si dixerit Titiū fuisse furē, vel homicidā, Bru. in d. trac. in d. col. 13. ver. q̃ro an diuinatio dicit, ꝙ talib. non est adhibenda fides. l. itē apud Labeonem. §. si quis astrolo. sup. de iniur. & ibi Ang. hoc tenet, ꝙ indiciū non faciūt ad torturā, subdens, ꝙ iudices caueant, vt non errent moti ex diuinationib. l. verbū p̄cib. C. de if. dicit tamen Bru. ꝙ Bal. in quodam suo cons. tenet, ꝙ licet ars maleficiorū sit reprobata. l. nemo. C. de malef. & math. tamen quādoq; permittitur, ꝙ maleficiū tollatur per aliud maleficiū, si alio mō non pōt, q̃ per incātationē Dæmonū, vt no. per Io. And. de Rip. in sū confess. in rub. de imp. ligam. tamen non dēmus recedere à Deo quidquid ore proferatur, cū licitū est aliquādo de aqua turbida viuere, vbi deficit clara, & medicinæ sumūtur rōne sanitatis non delectationis, concludens, ꝙ quāuis ars diuinādi sit reprobata, tamen vbi magnū scandalū immineret nec Deo, nec hoīb. reprehēsibile videtur, si fieret, & operabitur ad inquisitionē non ad torturā, & si diuinator aliquē inculpat, poterit iudex pro illo mittere, & videre qua cum cōstātia, aut trepidatione, aut quo pallore, aut rubore loquatur, & exinde sumere indicium veritatis, & istud sequitur Hip. in sua prac. in §. dilig. n. 181. ponens exēplū de cadauere emittente sanguinē ob sup. uenientiā homicidæ, qđ dicit vidisse, & practicasse. Aduerte ꝙ p̄cedens decisio non videtur aliquo mō mihi vera, vt non tātū indiciū non oriatur, sed nec suspicio, p̄ q̃ iudex possit moueri ad inquirendū, seu alio mō procedendū, cum sortilegia sint oīno prohibita.

398 †Nec pro inueniendo furto Ecclesiæ pōt fieri incātatio aliqua, ēt sine dæmonū inuocatione, prout est tex, in c. 1. & 2. de sort. Et Abb. & Io. And. in d. c. 2. qui dn̄t nō esse licitū cōsulere istos diuinatores, seu sortilegos, ēt si hoc fiat sine ĩuocatione Dæm. ea rōne.

399 †Quia occulta solus Deus scit, & est secretorū cognitor, & iudex c. erubescā. 32. dis. vnde dicimus, ꝙ ecclesia nō iudicat de occultis & cū nō possit probari, discretus iudex se nō intromittit, sed diuino iudicio relinquit l. & si restituātur. §. fi. sup. de iud. vbi Bal. dicit p̄ illū tex. ꝙ iudex dēt iudicare, secundùm conscīam, q̃ cadit in hoīe ipso tanquā iudice, & licet Deus oīa nouerit, nō tn̄ si euenit ĩ hoīe.

400 †Præterea sortilegi sunt infames, & repellūtur à testimonio, & ab accusatione, & puniūtur faciēdo sortilegia, & grauiter peccāt vt in d. c. 1. & 2 de sortil. & in d. l. item apud Labeonē. §. si quis astro. sup. de iniu. vbi post illud, ꝙ iniuriā faciat, & cū eo agi possit subdit tex. ꝙ cōstōnes eū tenēt & ibi gl. in verb. constōnes dicit vltore gladio puniēdus, vt d. l. nemo.

401 †Qūo itaq; pōt iudex admittere sortilegū, & ex eo accipe fundamentū ad inquirendū, cū non tm̄ eos reijcere dēat, sed ēt punire, & sic vn̄ pœna dēret dari p̄ iudicē, īde iudex accipe dēat fundamentū, arg. eorū q̃ hn̄t in l. nō dubiū. C. de legi. & l. memin. C. vnvi, ibi. ne inde iniuriarū nascat̄ occasio, vnde iura nascūtur.

402 †Eo maxime: quia vterq; iudex, tā secularis, q̃ ecclesiasticus pōt cognoscere de tali crimine, & acerrime punitur p̄ ius ciuile, & locus est p̄uentioni inter eos, ita no. Abb. ĩ d. c. 1. de sortil. in ver credo ēt allegat to. tit. C. de malef. & math. vbi puniūtur vlt. supplicio, de iure vero canonico si sūt viles fustigātur, si liberi, & honesti dānātur ad p̄petuos carc. c. contra idol. 26. q. 5. Rom. in sing. 660. incip. Tu scis, ex q b. cōcludo, ꝙ ex tali

tali re ꝓhibita,& punibili nō pōt,nec debet iudex sumere fundamētū ad inqrendū.Non obst.exēplū traditū per Hip. ꝙ sanguis exijt ex cadauere superueniēte interfectore, quia illud non ꝓuenit ex incātatione,aut sortilegio,sed est quoddā miraculū, & ab occulto ꝓcedens,de quo dicā infra in indicio signi.

403 †Iudex si vidit,an si sit indiciū ad torturā, vt puta si interfectus fuit hō in platea,& iudex vidit nullis alijs existentibus ꝓbationibus,dicas ꝙ nō, ꝓut voluit Spec.in tit.de sen.& his q̄ ipsi sequun.§.qualiter.ver.itē de

404 bet ferri, dicēs. †Quod iudex debet procedere secundū allegata,& ꝓbata, & nō secundū consciam.c.iudices.3.q.7.l.illicitas.§.veritas,supra de off.præsi.& per illū tex.dicit ī casu p̄misso,qn̄ iudex vidit occidentē.Spec. d.§.item debet, ꝙ Azo.& Accur. cōsulti respōderūt,ꝙ potestas non potuit ponere illū ad qōnem,qđ dictum sequitur Bal.in l.fi.in prin.ver.itē q̄ro.C.de appellatio. Quod intellige secundū qđ ipsemet Spe.in tit.de noto. crim.§.fi.ver.Petrus de Samia, vt procedat quādo est notū iudici,quia in faciē eius solū homicidiū perpetratū sit,secus si alij cum ipso iudice fuerint q̄ possint delictū ꝓbare, & tūc secundū qualitatē probōnum orietur indiciū,vel plena ꝓbō, & ita ītelligitur tex. in §.quādo.2.q.1.Puto tamen, quod iudex ex ea visione poterit inquirere, super delicto, & procedere contra eum,quem vidit.

405 †Nomen malum facit indicium in gn̄e contra illud hn̄tem, vt est tex. in c.1.& ibi Ioan. And. Card.& Imol.in verb.Bellial.de d epo.& dicit Io.And.in c.cū secūdū,de p̄b. ꝙ si nomina dr̄ent emi, bona essent emenda magno precio.& dicit Abb.in ꝓœ.decr. col. 2.ver. ideo quæro, ꝙ ex turpi nomine, qn̄que oritur sinistra suspicio.credentes non nulli illud nomen fuisse impositū ab euētu, & ibi Felin.nu.32.dicit post Doct.ꝙ ex malo noīe orit̄ sinistra suspicio per ea, quę hn̄r in tex.& gl. in l.facta.§.si in danda. supra ad Treb.vbi multas auctoritates adducit & Ias. in rub. sol.matr. num.16. Et Par. de Put. in tract. de synd. in verb.mādauit.col.8.ver.qn̄ delictum, dicit verum esse malum nomen facere suspicionem,& indicium,si cum eo cōcurreret mala fama (vt puta) ꝙ esset homo malæ famæ,& vocaretur rampinus

406 †Physionomia mala. Et hæc gn̄at suspicionem in gn̄e, & oritur præsumptione mala natura,& vitiata, non quantū ad p̄sumendū in specie de sp̄ali, & determinato delicto. bona autem physionomia prodest,vt voluit Bal.in l.2.in ver.q̄ aūt. C.quor.appel.non recip.& dicit Par.de Put. in d.tract.in verb.mādauit.col.8.ver. quādo delictū,bis indiciū fecisse ꝑ physionomiā,vt vnū hn̄tē bonā physionomiā iudicauerit innocentē, & aliū habentē malā physionomiā iudicauerit nocentem, & furem, & ita reperit veritatem esse.

407 †Signū facit,quādoq; indiciū(prout voluit Cic.lib.2.ad Hæren. in c. in cā coniecturali in verb.argm̄ dicens)num qui strepitus, clamor,crepitus exauditus sit,& Par.de Put. in d.tract.synd in d.verb.mādauit,in fin.volens, ꝙ si reperiatur occisus puer in vna domo,& vicinus dicat, ꝙ per dies ante audiuit vnū puerū ibi plorantē, & hæc ꝓbō valet ꝑ viā signi,per ea q̄ no. ꝑ Bar.in l.de pupillo. §. si q̄s ipsi p̄tori, supra de no.ope.nun.& ꝑ Bal.in c.cum terra. in fi. de elect. & ꝙ de eo fuit tractatū Romæ in quodā puero,quē Iudæi in die Iouis sancta subtraxerunt,iugulauerūt, & in secrete sanguinē eius biberunt.

408 †Itē si exhibeatur cadauer ante occisores,& ex vulneribus sanguis exibit, erit magnū indiciū,à qua experiētia nō erit per iudicē recedēdū,cū sit rerū oīum magistra. c. cū sit.de ele ct.in 6.& clem.1.de æta.& quali.Et istud dicit Par.de Put.admisisse ꝑ vero Hēr. de Gand. in suo collib.7.& c.Thad. med. & Ang.in tit.de homic q̄ dicit hoc accidisse in quodā Aegyptiaco,subdēs ipse Par.hoc fuisse exp̄tū Romæ t̄pe, eo quo occisus fuit Cardinalis S.Marci,& Hyp.in sua pract.in § diligenter. nu.181 dicit se expertū esse istud in ciuitate Albiganæ,& vidisse per p̄sentiā occisoris cadauer effluere,& emittere sanguinē, & istud hēt cōis hoīum sermo,ꝙ per p̄sentiā occisoris cadauer emittat sanguinē, ex quo dixi supra in verb.incantationes, ꝙ ista emissio sanguinis nō prouenit ob incantationē, seu sortilegium, sed est quoddam à natura insitum, de quo ratio reddi non potest.

409 †Furti indicia possunt ēt assumi ex indicijs diuersis cōcurrētibus in homicidio, ꝓut est trāsitus insolitus, frequētatio viæ,t̄ps, vt noctis locus,vt ante domū maleficij confessio,cōuersatio cū malis,& alia per multa respicientia testiū depositiones,loquella timida,palor,trepidatio,mēdaciū,dictū socij, & alia cōplura,q̄ diligens quilibet poterit colligere

ligere ex iam dictis, & quia in diuersis locis doct. vt ponũt indicia furti, ideo de his sub
410 nectemus, & primo. †Solitus furari, & sic mala fama facit indicium cõtra imputatũ, ꝙ rẽ furto subtraxerit, vt est gl. in l. in ciuilẽ, &
411 ibi Bal. & Salyc. C de fur. †Volentes ꝙ ex cõsuetudine oriatur pͤsumptio, & Saly. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. facit gl. in l. cũ allegat. C. de vsur. Et qđ dicit Bar. in l. Cassius, supra de sena. ꝙ malus sẽper pͤsumitur malus ĩ alia re simili, & dicit Bar. hic loquẽs de indicio furti, ꝙ mala fama facit qualequale ĩdiciũ. Ex quo dico, ꝙ de ꝑ se non sufficeret ad torturã, nisi alia cõcurrerẽt, vt dixi supra in
412 verb. vita. †Vicinus domui, in qua factum est furtũ, si eã domũ notã habeat, ĩdiciatur, ꝙ furtũ cõmiserit, ita est tex. in l dominus horreorũ, supra locati, ꝑꝑ ædificiorũ notitiã in qõnẽ peti possũt, & super eo tex. & Bart. dicit, ꝙ q̃ hẽnt notitiã domus sunt suspecti, quãdo domus frãgitur, & hoc ꝑꝑ ædificiorũ notitiã, & ideo talis ꝑsonæ de facili possunt torqueri ad inuestigationẽ veritatis, vt in eo tex. & ideo officiales, quãdo cõmittũtur maleficia occulta, cõsueuerũt cape vicinos, à q̃bus verisimiliter põt declarari veritas. l. si ita, in fi. supra de fund. instr. & instru. leg. Idẽ voluit Bal. ibi ꝑ illũ tex. dicẽs, ꝙ si ĩ aliqua contrata cõmittitur aliqđ maleficiũ debẽt ad tormenta citius poni vicini, & domestici, & q̃ habẽt notã domũ, q̃ illi, q̃ non sunt vicini, nec domestici, subdens, arg. sumi ex eo tex. ꝙ furtũ pͤsumitur factũ à conuersantibus in domo, vel saltẽ, ꝙ illi sciãt, q̃s fecit, qđ ẽt voluit Saly ibi, q̃ dicit, ꝙ habẽs notitiã rei põt de facili ad qõnẽ torturæ deduci, qđ sæpius vidit seruari ꝑ iudices ad maleficia. Et ꝙ pͤsumatur cõtra vicinos de delicto hẽtur Deute. c. 21. qđ idẽ voluit Bar. hic in 2. col. & Ang. & Salyc. in l. fi. C. de quæst.
413 †Limitatur ista conclusio, vt non habeat locum in vicino, qui sit bonæ famæ, nã tũc ꝑꝑ qualitatem personæ cessat indicium, vt ita voluit Bald. in l. 1. in fi. C. loca. & istud est de mente Bar. in d. l. dominus horreorũ, dũ dicit, à q̃bus verisimiliter sciri põt, & ista verisimilitudo est cõtra malos hoĩes, nõ cõtra bonos, quod idẽ voluit Bru. in d. tract. de indi. in 3. q. prin. circa prin. Aduerte, qđ vnum qđ dicit Hypp. in sua pract. in §. diligenter, num. 97. post Ias. in l. in actionibus. col. pen. de in lit. iur. dicẽs, ꝙ Bal. in d. l. dominus horreorũ, ponat limitationẽ pdictã de hoĩe bonæ cõdõnis, q̃ a Bal. ibi nihil dicit, & si cõclusio sit vera in se, vt bonitas ammoueat indiciũ, & illud diminuat, ẽt in maiori, vt dicã in
414 seq. †Infero ex hoc ad hospitẽ, penes quẽ bona sunt deposita ꝑ viatorẽ, vt si fuerint subtracta, sit indiciũ cõtra hospitẽ, & eius familiã, vt possint torqueri ob pͤsumptionẽ in genere ex mente Nic. de Mat. in d. l. 1. & ibi Bal. C. loc. & ꝑ Bar. in l. 1. §. fi. supra fur. aduer. nau. caup. in fi. nisi sit bonæ condõnis, vt per Bal. in d. l. 1. Et voluit Aug de Arim. in addi. ad Ang. in verbo. fama publ. num. 107.
415 †Debet ẽt hẽri cõsideratio personæ viatoris, si verisimiliter hẽre potuit bona, quæ dicebat subtracta, vt per Bar. in d. l. 1. §. fi supra fur. aduer. nau. caup. & sic verificatur dictũ Bar. in d. l. dñs horreorum, vt attendat verisimile, ꝙ multum operatur in indicis. vt dixi supra in 5. præmisso, ẽt est. glo. not. in l. si q̃ñ in uerbo qualitate, vbi in rebus inuasis attenditur qualitas personæ, & an sit talis, qui verisimiliter tot res teneat, vt petit.
416 †Furtiua res si reperiatur penes aliquẽ indicium est ipsum esse furẽ, l. in ciuilẽ. & l. ciuile. C. de fur. ita Bart. hic. idẽ voluit Salyce. & Ang. ꝑ eadẽ verba in l. fi. C. eo. Intellige prædicta procedere, nisi hñs rem furtiuam penes se ostẽderit, à quo habuit, vt in d. ll. & ex mẽte dictorũ docto. Quid si is, qui hẽt bona penes se, nõ põt probare, à quo habuit, nec ostẽdere titulũ, an hẽat indiciũ contra se, vt possit torqueri, Bal. & Saly. in d. l. in ciuilẽ, di
417 stinguunt. †Quod aut ꝑsona, penes quam bona reperiũtur, est grauis, & honesta, & tũc ex possessione nõ pͤsumitur furtũ. arg. l. non oẽs. §. Barbaris. supra de re milita. Si vero est persona q̃ cõmiserit, & ꝑꝑ frequẽtiã actus, vt de eo male sit pͤsumendũ, tũc poterit deueniri ad torturã, vnde Saly. in d. l. fin. C. eo. dicit, ꝙ si res est reperta penes aliquẽ, attẽditur qualitas eius personæ, vt si est vir alias bonæ opinionis, vt est emptor, & reuẽditor pãnorũ vsatorum, vt sunt strazzaroli, qui ab ignoto cõsueuerunt emere, tunc nõ erit indicium contra eum, vt dicam in sequen.
418 † Visus exire domum cum fardello sub veste, vel pallio, sed q̃d esset ignorabatur, & hoc ꝓbatũ fuit ꝑ duos testes, istud erit vehemẽs argm̃, ꝙ subtraxerit res deficiẽtes ĩ domo, & q̃ dicebãtur furatæ in loco, vnde ille exiuit, vt voluit Ang. ĩ l. 2. C. eo. de q. Et tale indi-

diciũ erit habile ad torturã, cũ sit indiciũ propinquũ delicto, prout est illud visus admenare gladiũ, & alia similia, de quib. dixi ĩ indic. homic. cũ seq. Istud indiciũ tollitur, si ille q exiuit domo fuerit vir ꝓbus, vt uoluit Ang. in l. milites. C. eo. de qõ. qui dicit ꝙ si esset qõ de furto bannorũ vel ẽt pecuniæ, & ꝓbatũ sit, ꝙ vnus magnus mercator magnæ famæ, & nobilis vitæ illo tunc exiuisset de domo, de qua diceretur tũc subtracta pecunia, & cõprehẽsus fuisset portare sub clamide aliquid, si ꝓbeť illud indiciũ ꝑ duos testes, nõ erit sufficiẽs ad torturã, q̃a nõ est verisimile, ꝙ tãtus vir ad tã vile maleficũ ꝓrupisset, sed si cũ isto indicio cõcurrẽt alia, vt putb, ꝙ ꝓbaretur, ꝙ incõtinẽti postq̃ exierit, visus fuit expendere multã pecuniã eiusdẽ formæ, cuius dicebať subtracta pecunia, & quia cõstabat pecuniã subtractã, & reperitur, ꝙ tꝑe subtractionis nullus intrauit domũ, nisi ꝙ iste visus fuit exire, tũc dicẽdũ est eũ esse torquendũ, q̃a ex istis duob. ducitur uerisimilitudo, & offuscať ꝑsumptio, qđ idẽ voluit (sequẽdo hãc doctrinam Ang.) Brun. in tract. de ind. col. 2. Et Aug. de Arim. in add. ad Ang. in tractat. malef. in verb. fama publ. nu. 12.

419 † Visus exire tꝑe noctis è domo, in qua furtũ ẽ cõmissum, habet indiciũ cõtra se, cũ lex male ꝑsumat cõtra agẽtẽ de nocte, vt est gl. in l. furẽ. supra de sica. & factũ tꝑe noctis est suspectum l. fi. supra de efractor. & expil. & possunt deduci in hoc, q̃ dixi supra in ind. homic. in verb. Tp̃s, & dicit Bal. in cõs. 427. q̃dã mulier, in fi vol. 5. ꝙ perambulare de nocte ad loca suspecta, & per personas suspectas, & à talib. suspicionib. torturæ cœperũt, & necessariæ sunt, l. dolum, C. de dol.

420 † Expendens multã pecuniã de illa stãpa, seu cuneo cuius fuit pecunia, q̃ dr̃ subtracta, habet indicium contra se, vt dixi supra post Ang. in l. milites C.. de qõ. Et voluit Brun. in tract. de ind. qõ. 3. circa prin. Sed aduerte, ꝙ non puto tale indiciũ esse sufficiens ad torturã, cũ sit indiciũ remotũ à maleficio, ex quo nõ debet quis torqueri, ut dixi supra in præmis. 6. & est de mẽte Ang dũ vult ꝑ hoc indiciũ, & alia indicia coadiuuari in d. l. milites.

421 † Expendens pecuniã, cum ante esset pauper homo, nec reperitur vñde habeat, indiciũ habet cõtra se, vt voluit Bar. hic. arg. tex. in l. Quintus. supra de dona. inter uirum, & vxor. quod etiam voluit Salycet. ponens verba Bartol in l. fin. C. eo de quæst.

422 † Res subtracta, si cedebat ad cõmodum imputati, & nõ alterius, facit indiciũ cõtra eum, v. g. instrumẽtũ quod ad eũ pertinebat, non reperitur, ut voluit Bar. hic per tex. in l. 1. §. sed si quis instrumenta, C. de lat. lib. tol. quod idem uoluit Ang. & Sal. in d. l. fi. C. eo. de q. quod dixi supra in ind. homic. in uerbo qualitas personæ: sed puto, ꝙ non faciat indicium ad torturam, ut dixi in præced. indic.

423 † Fuga famuli ex domo domini, ĩ qua res fuit subtracta, facit indiciũ cõtra eum, uoluit gl. in §. si vero, in uerbo factum, in auth. de exhi. rei. dicẽs, ibi esse optimũ arg. cõtra seruientes fugientes, ut eo ipso res amissas uideantur subtraxisse, ex quo dicit ibi Iaco. de Bel. ꝙ erit indiciũ cõtra fugientẽ, sed ꝙ ꝑꝑ talẽ fugã solã non sit tormentis subijciẽdus, quia exiguntur argumenta sine indicia l. 1. in prin. supra eo. & d. l. milites, C. eo. & etiã, quia fuga afficit personã, nec est regulata, siue demonstrata directo principaliter ad crimen, idẽ uoluit Bru. in d. trac. de indi q. 3. in prin. Aduerte, ꝙ Io. And. in addi: ad Spe. in ti. de præsump. in add. quæ incipit lex unica, dicit opi. Iac. de Bel. in d. §. si uero, de iure procedere, & esse ueram in quantum uult indicium oriri ad torturam, sed dicit ipse, de consuetudine seruatur contrarium. Puto, quod in casu (de quo agitur) & ex fuga famuli oriatur indicium ad torturam si dominus conquestus, & uerisimile sic, ꝙ potuerit talia bona subtrahere, cum essent penes dominum, nã ultra fugã habet hoc generaliter.

424 † Qđ de natura istorũ famulorũ est furari, ut uoluit Bal. per illũ tex. iunc. gl. in l. fi. in uersi. in tex ibi de furtiuis, C. quib. ab liber. proclam. non lic. dicẽs ꝙ natura seruorũ est furari, qđ idẽ faciunt famuli scholariũ, intellige tamen quod concurrat uerisimilitudo ex parte domini, & ex parte serui, ut dixi supra in uerb. uicinus domini, in fin.

425 † Culpa custodis, ob quã furtũ factũ sit, facit indiciũ, ut ipse custos torqueatur, ut furem iudicet, ita uoluit Bar. per illum tex. in l. 1. supra de off. præfec. vigil. & etiam uoluit Bal. in loco ut infra. Intellige istud procedere, nisi esset factũ furtũ in loco qui, bene custodiri nõ poterat, uel tẽpore, quo custodiri non poterat, nam tunc per rerũ naturã culpã abesse ꝓbatur, ut uoluit Bal. in l. 3. §. cognoscit, in fin: supra eo. de off. præf. uig. & dicit esse tex. ibi, dum uult, custodes

ſtodes puniendos eſſe plerunq; q.d. nõ ſemper, l.ſemper.§.hoc interdum, ſupra quod vi aut clam.cũ ẽt id,quod non eſt poſſibile, cuſtodib.non eſt iniungendum arg.l. Titius.§. fi.ſupra de exc.tut. Nec eſt homo, qui ſemper poſſit vigilare,l.ſeruitutes.ſupra de ſerui.

426 † Forma pedis furantis in terra humida, facit indicium vt voluit Alb.in l indicia,col. 2.C.de reb.ven.dicens, quod vidit quendam iudicem maleficiorum,hoc modo quidã inculpatur, ꝙ furatus fuerat vuas de vinea, & quia terra erat balneata,& humida,& apparebat ibi effigies, ſiue forma pedũ illius,qui furatus fuerat,adduxit illũ ad locũ, & reperit pedes eius cõcordare cũ forma,& effigie, ex quo indicio quaſi indubitato eũ condemnauit.Putaiẽ tamẽ,quod iſtud non eſſet indiciũ ad cõdemnationẽ, ſed iunctis alijs poſſet torqueri,nam poſſit de facili contingere,qđ eſſet ſimilitudo pedũ,& is non eſſet qui rem ſubtraxiſſet, & per conſequens de per ſe non eſſet ſufficiens indicium ad torturã, per ea, quæ not.Bal.in l.non hoc,C vnde legit.& dixi ſupra in 2.not.Hoc idẽ ſenſit Bal.in conſ. 427.quædam mulier.vol. 5. dicens quod iudex non debet procedere ad tormenta ex furore animi, ſed debet habere eũ moderatum ratione,& intellectu,ſubdens, quòd per motionẽ, & veſtigia pedum ſignificatur qualitas luporum & uulpium,& ex ſemita pedum cognoſcitur vnde tranſiuit latro, qui ſoliciti uenatoris laqueum nõ euadit,l. in laqueum, ſupra de acq.rer domi.

427 † Res aliqua( ſi relicta eſt in loco furti, quæ iuſtificetur eſſe alicuius ) facit indicium contra eum,vt vult Cic.in d.li.2.ad Heren.in c.in cauſa coniecturali,in uerſ.factũ,dicens,ſi telum,ſi ueſtimentum, ſi aliquid huiuſmodi relictum ſit,aut ſi ueſtigium rei fuerit,quod

428 intellige,ut dicam in ſeq.† Schala ante feneſtram domus, in qua factum fuit furtum, an ſi dicatur, ꝙ illa ſcala uiſa fuit in domo alicuius,ſit præſumptio contra ipſum ad tormenta.Par.de Put.in tract.de ſyndic.in uerb. an ſtetur dicto torti,col.7.uerſ. an ſi reperiatur, dicit,ꝙ non faciet indicium ad torturã, quemadmodum dicimus de re inuenta penes alium,quæ fuit furto ſubtracta, & quia potuit alter cepiſſe ſchalam,niſi ille talis, in cuius domo reperta eſt ſchala ſolitus ſit talia committere, quod dic,& intellige,vt dixi ſupra in hac par.in verb. Res ſubtracta.

FRANCISCI CASONI *Opitergini Iuriſconſulti celeberrimi atque criminalium rerum peritiſſimi de Indicijs, & tormentis, tractatus duo. Ab authore ipſo diligentiſſime recogniti, & locupletati, vt his notis patet,quibus acceſſerunt. Doctiſſima quædam eiuſdem de Accuſationibus,& Inquiſitionibus ſingularia.*

## TRACTATVS MALEFICII *præmeditati ſecundum Oratores, ius diuinum, & ciuile Franciſci Caſoni I.C.Opitergini,*

### SVMMARIVM.

1 *Indicia omnia oriuntur ex quatuor locis, & per tria tempora.*

2 *Perſona qualitas indicium in criminalibus præſtat,quæ tamen ſola, cum ſit remota non ſufficit,niſi cum cauſis iungatur.*

3 *Cauſa in reo, ad indicia maleficij elicienda, eſt perquirenda, quam reus, vel affuiſſe negabit, vel extenuabit,vel non ſufficere dicet, niſi cum uicio perſonæ iungatur.*

4 *Facta aut conſilio,& ratione geruntur, aut impetu,& affectione.*

5 *Indicium efficax ex conſilio,& ratione habetur.*

6 *Indicia ex impetu,& affectione ad non præmeditatum maleficium naſcuntur.*

7 *Verborum qualitas animum demonſtrat, vnde is videtur feciſſe,qui prædixit facere.*

8 *Indicia prop ſiti ſcire quare expedia ?*

9 *Indicium omne quod indicat propoſitum,indicat & interfectorem, ſed non contra.*

10 *Indicia præmeditatum demonſtrantia, propter effectum in non præmeditatum euadunt, vt quando rixantes ſibi caſu obuiant.*

11 *Prædicamenta,circa quæ videtur verſari omnis quæſtio ſunt decem.*

12 *Indicare valens quid probabile, aut non probabile debeatur idem acerrime iudicabit,quid verum, aut non verum in ſingulis rebus ſit.*

13 *Indiciorum an certa doctrina dari poſſit?*

14 *Indiciorum cognitio non ſolum ex nobis,ſed ex rebus ipſis etiam prouenit.*

15 *Natura quadam in homine eſt quæ ipſum cogit, aut fateri, aut aliter delictum manifeſtare & hæc quo nomine vocetur.*

### Argumentum Tractatus,& locorum indiciorum omnium.

1 PRæferendum eſt,†omnia indicia,& actiones humanas oriri ex quatuor locis, videlicet

delicet, persona, cã, facto, dicto, & secũdũ aliquos Oratores, ex non facto, ex non dicto: & per tria tpa, ante, in, & post delictum: & hñt locos suos, vt in tabula, quos dispersos collegi: & vim prædictorũ, & quid accusatori, & quid accusato conueniat, dilucide perstringã, & sine ijs oẽ artificiũ, materia, & eloquentia desunt. Persona †euenit necessario, vt cuiusmodi persona sit, eiusmodi actiones sequantur, vnde, bene, seu male presumit: & qualitas personæ demõstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi. Sed reus dicet indicia personæ sola nõ sufficere, cum sint remota, & nisi cũ causis iungantur. Causa, attinet †quærere quot, & quãtæ sint in reo causæ, vt earũ gratia deliquisse videat, cũ nihil sine causa fiat. Reus aũt negabit fuisse causam, si poterit, aut extenuabit. Deinde iniquum esse dicet, oẽs, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua rẽ peruenerit, in suspicionẽ maleficij deuocari. Itẽ dicet causas nõ sufficere, nisi cum vitio personæ iungantur. Facto quæcũque †geruntur à nobis, aut consilio, & rõne geruntur: aut impetu, & affectione. Ex consilio, & rõne †hr efficax argm̃ ad præmeditatum, & caput erit propositi, si demonstrabitur quare, quo consilio, quã spe perficiendi, quidque factum sit, aut quid factum de industria, ante, in, & post delictum. Ex impetu, †& affectione ad non p̃meditatum argumẽta nascuntur, & reus econtrario, dicet, rem perspicere cum cõsilio, & cura nõ potuisse, & id, quod fecit, impetu quodã animi potius, q̃ cogitatione fecit. Quibus etiam rõnibus demonstrari possit factam rẽ nõ fuisse, facile ex contrarijs suppetet facultas. Dicto nunqd †reus dixerit ante, in, seu post delictũ: nã ex qualitate verborũ aium metimur: & is vr fecisse, qui prædixit facere. Et expedit †scire indicia ꝓpositi, q̃ a p̃ ea dupliciter quæritur, videlicet, q̃s fecerit, qñ ignoratur, & quo aio fecerit. Nam oẽ †quod indicat ꝓpositũ, indicat & interfectorem; sed non econtra: Is. n. vr fecisse, qui faciendi habuit voluntatem, quia oẽs, quod volunt, & pñt, ẽt exequuntur, & faciunt. Est enim maxime consentaneum: vt quod q̃s instituit facere, fecisse ẽt videatur. Sed licet †indicia oriẽtia ex supradictis locis natura suã idicẽt præmeditatũ, qñq; tñ propter effectum in non præmeditatum euadunt, & hoc euenit, quando rixantes obuiant forte, & casu. De quibus omnibus singulariter hoc opere dicetur, duce & auspice Christo.

Marginal numbers: 2, 3, 4, 5 (left column); 6, 7, 8, 9, 10 (right column).

## Tabula indiciorum, & omnis actio humana.

| | |
|---|---|
| I. *Persona.* | Fama, Conuersatio, Consuetudo, Natio, Conditio, Fortuna, Aetas, Sexus, Nomen, Phisionomia, Pallor. |
| II. *Causæ delicti.* | Ira, Odium, Metus, Spes, Cupiditas, |
| III. *Facta ante delictum, seu contento cum delicto.* | Vbi fuerit. Vbi visus sit. Quo cum visus sit. Nun quid appararit, Nun quem conuenerit, Nun quem habuerit de conscijs. De adiutoribus, De adiumentis. Nun quo in loco præter consuetudinem fuerit? Aut alieno tempore. |
| IIII. *Facto in delicto, seu adiuncto delicto.* | Locus, Tempus, Modus, Occasio, Facultas. |
| V. *Non facto.* | Quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit, &c. |
| VI. *Dicto.* | Nun quid dixerit reus ante, in, seu post delictum, prout minæ, confessiones. Item fama, & reliqua. |

VII. Non dicto. --- { Tacens delictum præſumitur particeps, & non reſpondens torquetur ſine indicijs, &c.

VIII. *Facto quodam conſequenti delictum indicante de reo, ſed non de propoſito.* --- { Fuga, Cruor, Pallor, Trepidatio, repertus in loco delicti, & reliqua.

Et ſupradicti loci ſunt proprij Iuriſcon-
81 ſultorũ & Oratorũ: tametſi Ariſt. † pdicamenta decẽ cõſtituerit, circa q̃ videtur verſari o s qõ: Sed ſecũdùm Quin. in li. 3. tit. vnde ducatur, ex ijs prima quatuor ad ſtatus pertinere, cætera ad quoſdã locos argumentorũ videtur. Verum ſine conuicio Quin nõ ſolũ pdicti loci, verũ ẽt oĩa, quæ ſunt in Cœlo, ĩ terra & abyſſo, ſub pdicta pdicamẽta cadũt. Nota, ne oriatur cõfuſio in tabula, q̃ cõſilia per Cic. ſunt attributa perſonæ, rectius tamẽ referũtur ad factũ, licet perſonæ accidãt. vide Quin li. 5. & l. ſæpe. § fi. ff. de verb. ſigni. Itẽ Fama, & Pallor bis legitur ĩ tab. vide in c. 1. & pẽ. trac. primi, atq; ex ijs locis oĩs argumẽtatio iueniri poterit, & aut pbabilis, aut neceſſaria erit. vide Cic. lib. 1. c. 5. de inuẽ. Et ſe-
82 cundùm Ariſt. Qui iudicare † perſpiciẽter põt q̃d pbabile, aut non pbabile hẽatur, idẽ acerrime iudicabit q̃d verũ, aut nõ verum in ſingulis rebus ſit, vide in lib. 1. c. 6. Retho. De pdictis locis fit mẽtio in l. fi. ff. de act. & oblig. ibi. ex perſonis, cauſiſq;. & l. q. cũ vno. ff. de re mili. ibi, examinantur cauſæ, cur, & vbi fuerit, & q̃d egerit. Prædi-
83 cta † repugnãt ſcribentibus de indicijs nõ poſſe dari certã doctrinã, ſed eſſe in arbitrio, q̃d tamẽ regulatur ſecundũ diſpõnẽ iuris cõis. Cõtra ẽt pdictos ẽ, q̃ natura hominũ id patitur, vt veritatis capax ſit, & res maiori ex parte veritatẽ ſortiatur. Hoc
84 amplius † ego dico, cognitionẽ indiciorũ nõ ſolũ ex nobis, ſed ex reb. ipſis ẽt pueniꝛe, eteni natura hoĩ rerũ plurimarũ obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit. Supradicta pbari poſſunt exẽplo diuino, vt in c. 3. Geneſ. ibi. vox ſanguinis fratris tui clamat poſt me de terra. Et in exẽplo veneni, vt infra in c. 4. Et ſecundũ aliquos
85 eſt q̃dã natura in hoĩe, q̃ ipſum cogit. aut fateri, aut aliter delictũ manifeſtare. vnde legitur in lege diuina. fugit impius nemine pſequẽte: Et hanc partẽ aliq vocarunt Furiã, alij Cõſciam ſcelerũ, alij dixerũt ſie-ri natura cõi ad manifeſtãdũ delictũ. Et de prædictis ponentur exempla ſuis locis.

## DE ATROCITATE præmeditati, & quomodo differat à non præmeditato.

### SVMMARIVM.

1 *Per indicia proceditur in tribus delictis, homicidio, furto, & adulterio.*
2 *Homicidium quot modis committatur.*
3 *Homicidium præmeditatum eſt maxime deteſtabile, & in eo omnes tenentur.*
4 *Aggrediens animo occidendi, licet non occidat, an puniatur tamen, vt homicida?*
5 *Pecuniam accipiens, vt occidat, ſi ad proximum actum deueniat, homicidij pœna punitur, licet homicidium non ſequatur: Idẽ in crimine ſeditionis, & in emente venenum, vt alteri daret.*
6 *Bannitum veneno occidere non licet, quamuis poſſet per leges impune occidi.*
7 *Mulier bannita, licet ex Statuto poſſit impune occidi, non tamen poteſt adulterari.*
8 *Statuta concedentia immunitatem offendendi, ſiue occidendi, an extendantur ad delicta diuerſæ ſpeciei.*

Cap. I.

1 PEr Indicia † proceditur in tribus delictis, videlicet, homicidio, furto, &
2 adulterio. Homicidium † aũt committitur, aut pmeditatũ, aut in pura rixa, aut caſu. De ijs, maxime de pmeditato legitur in l. Moſis, cap. 21. Exo. & adeo
3 † deteſtabile eſt, vt delinquẽs euellatur ab altari, vt moriatur: Et differt à puro, etiã ſecundùm I. C. nã ſi plures fuerint in rixa pmeditata, oẽs puniũtur de occiſo, ſecus ĩ pura rixa, q̃a tũc vniuſcuiuſq; ictus cõſideꝛãdus eſt, no. in l. fi. C. de ſica. Idẽ ſecundũ Cic. 1. offi. Intereſt vtrũ perturbatione aliqua ai, an cõſulto, & cogitato fiat iniuria.
4 Hoc amplius † ſecũdum aliquos, ſi q̃s aio occi-

occidendi aggressus sit aliquem, licet nõ occiderit, aut vulnerauerit, punitur tñ, vt homicida. Sed dic contra, ꝙ punitur arbitrio Iudicis, non aũt pœna homicidij. In aliquibus tamẽ põt puniri, vt homicida, vt puta, si q̃s, 5 † accepta pecunia, causa occidendi, cum deuenerit ad actum proximum, punitur pœna homicidij, licet homicidium non sit secutũ. Bar. in l. non solum. ff. de iniur. Idem in crimine seditionis. & in emẽte venenũ, vt alteri daret. Dic ẽt 6 † secundũ aliquos, nõ licere exulẽ veneno occidere, licet posset per leges impune occidi, secundùm doc. in l. nõ ideo. 7 C. de accus. † Et licet mulier bãnita ex forma statuti posse impune occidi, nõ põt tñ adulterari, quãuis maius sit homicidiũ q̃ adulteriũ, & rõ est, q̃a adulterare est cõtra pceptũ diuinũ, prout nõ mechaberis, ita tenet Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, col. 7. de const. Sed Nellus tenuit contrarium in tract. bannito. ea ratione, ꝙ homicidium sit maius, q̃ adulterium, & non debet cui, quod plus est, licet qđ minus est, nõ licere. ff. de reg. iur. Quod tamẽ nõ obstat, ꝙ homicidiũ sit maius deli 8 ctũ, q̃ adulteriũ, † q̃a est diuersæ speciei, quo casu sub eo quod plus est, nõ continetur minus, vt per Dec. post Dy. in d. l. non debet, & hãc limitationẽ nota ad illã regulã, q̃ multum seruiet ad leges, & statuta concedentia immunitatẽ ostendendi siue occidendi, qua casu nõ extendũtur ad delicta diuersæ spẽi.

1 *Maleficium apparere prius debet, quàm de proposito, aut reo quæri debeat.*
2 *Cadauer prius est inspiciendum, eius qualitas in actis referenda, quantitas vulnerum, & in qua parte corporis sint, & quo armorũ genere illata fuerint, et quæ mortis cãm præstiterint.*
3 *Propositum ex quibus indicijs arguatur.*
4 *Propositi coniectura ex loco, vbi quis offenditur, capitur.*
5 *Frequentans locum maleficij, habet indicium contra se.*
6 *Cadaueris inspectio fieri debet per peritos. & duo medici super ea requiri debent, & hæc si omittantur, processus est nullus.*
7 *Contumax quando non habeatur pro confesso ex forma statuti.*
8 *Reus absens non damnatur si contra eum non fuerit probatum delictum.*
9 *Casus, in quibus proceditur, licet non constet de cadauere.*
10 *Vestigia in luto, niue, aut puluere reperta, seu vestimentum, vel quid simile, in loco delicti inuentum, ad habenda indicia, contemplanda sunt.*

*De viso, & reperto faciendo per peritos, & de errore iudicum. Cap. ij.*

1 De proposito, † aut reo q̃ri nõ debet, nisi de facto cõstet: nãlis .n. ordo est, vt prius probetur factũ esse, dein de à quo, postea quo aĩo: cùm in vero de facto, & reo cõstat, de aĩo q̃ri põt. Qua 2 re, † curent Iudices, vt inspiciatur cadauer, & referatur in actis qualitas, quãtitas vulnerũ, & in qua parte corporis sint, quo armorum gñe illata fuerint: & quæ demũ causam mortis vulnera pstiterint, quia p multitudinem, 3 † magnitudinẽ, geminationẽ vulnerũ, & per modũ vulnerandi arguitur propositũ. Item apparere debet in quo loco fuit occisus: nã 4 † per locũ, in quo quis offendit, coniectatur de pposito, & de delinquẽte, qñ de eo igno 5 ratur: præsumitur †.n. contra frequentantẽ illum locũ, siue cõtra vicinos, Bart. l. 1. C. de ser. fug. & Moyses. c. 21. Deut. Et animaduer 6 tẽdum † est, vt eiusmodi inspectio cadaueris fiat p peritos. licet aliqui Iudices consueuerint videre sine peritis. Sed auertant talẽ cõsuetudinẽ, cũ sit cõtra rationem iudicãdi, & pariat periculũ dãnandi insonteis, sicut sonteis, psertim in rixis puris: cũ vniuscuiusque ictus animaduertatur: & standũ ẽ ĩ arte peritis. Hoc amplius duo req̃rũtur medici, licet de cõsuetudine stet dicto vnius. Bar. & Hip. l. fi. C. ad l. Cor. de sicar. cõclusiue supradicta in pcessu apparere debẽt, aliter p talẽ omissionẽ, tanq̃ formã substantialẽ, processu red 7 ditur nullus. Vnde licet statuta † disponãt, vt reus cõtumax habeatur p cõfesso, nõ habebũt locũ non seruata supradicta. l. raptores. 8 C. de episc. & cle. vbi ẽt dr, ꝙ reus. §. licet absens, nõ debet tñ damnari, si contra eũ non fuerit probatũ delictũ; & ratio reddi põt: q̃a absentia põt cõtingere ex diuersis accidẽtibus. Sunt tñ 9 † casus, in q̃bus pcedit, licet nõ cõstet de cadauere, vt puta in latronib. q̃ abscõdũt cadauera eijciẽdo in flumina, ac mare, vt dem est in ti. de Tor. c. 2. Curẽt ẽt iudi 10 ces † cõtẽplari vestigia ĩ luto repta, siue niue aut puluere, & silr si telũ, si vestimentũ, si q̃d eiusmodi reptũ sit, qđ fuerit relictũ in loco delicti, p hæc. n. & similia oriuntur indicia.

1 *Cadauer si effundat sanguinem propter præsentiam suspectorum, an magnum præstet indicium, saltem ad inquirendum?*
2 *Sanguis clamat vindictam contra interfectorem.*
3 *Calor in cadauere seruari potest vsq; ad septem horas, & ideo intra illud tempus omnis experientia de suspecto fieri debet.*

*De sanguine profluente propter præsentiam suspectorum.* *Cap. III.*

Consequens locus est dicere de cadauere † effundente sanguinē pp præsentiā suspectorum, de quo indicio meminit Par. de Put. dicēs, q magnū est indicium, & non est recedendū à tali experiētia, vide eū in c. Mandauit. in fine. Hip. quoque aliquantulum tractat, dicitq; nullibi legi de hoc, & posse inquiri tm̄ in §. diligenter. n. 118. Attamē apud multos legitur de hoc indicio. Et Arist. respondit hoc esse opus diuinū, & naturale, q a sanguis † clamat vindictā contra interfectorē, & rōnes multas affert. vide eū in ꝓblema. c. de naribus, & Lucr. lib. 4. in illis uersibus.

*Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu.*

Vbi Ficinus multas adducit causas non dissentiētes ab Aristotele. Et vbi Aristoteles dicit, si vulnera fuerint recētia, Ficinus ait calorē † seruari posse ad tps, puta, ad horas septē, & tale indiciū appellatur diuinū, & fit natura cōi ad manifestandū homicidiū, & Iudex dēt experiri infra dictū tps, quod nota, quia non legitur apud I. C. criminalia tractātes. Apud Moysen sunt pleraq;, per quæ ꝓbatur sanguinē clamare vindictā, sed non proprie probant supradictam opinionem, vt in c. 4. Gen. ibi. vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, Iosephū de Bello Iudaico lege, vbi loquitur de sanguine Zachariæ. Sed de hoc nullibi legitur apud Ciuiles, Canonicosque scriptores, licet Paris de Puteo testetur, ac ponat capita q̄dā, nō tamē probātia. De hoc ēt apud Oratores nullū verbū reperitur: Sed tātū de sanguine in vestimētis, armisve repto, ij meminerūt. Iō existimo nullū oriri indiciū, nisi ad inquirendū, nam talis effusio sanguinis emanat ex causis ignotis, q̄ non sunt trahendæ ad consequētiā, & nullū indiciū sequi dēt necessario, cū ex diuersis accidētibus ꝓueniāt, & secundū aliquos pp vniformē cōplexionē. Et cōtētus sit Iudex iudicare secundū prudentiā, q̄ cadit in homine, relinquendo cætera iudicio diuino, non. n. oportet plus sapere, quàm oporteat, secūdū Apost. Et l. si restituātur. ff. de iud. Sed si fiet aliqua experientia, fieri debet infra horas septem, vt supra, & ad inquirendum tantum.

1 *Veneno quem esse necatum indicat liuor, aut tumor cadaueris.*
2 *Cadauer inspici debet à peritis, & alij deponere debeant de credulitate, an de veritate in casu veneficij?*
3 *Reus, & testis qualiter interrogari, & deponere debeant, an quis ex veneno perierit.*
4 *Veneno quem esse mortuum ex quibus cognosci possit?*

*De viso, & reperto faciendo per peritos in veneficio, & noua experientia.* *Cap. IIII.*

Contingit hominem homini insidiari potius veneno, q̄ gladio. Itaq; † si quretur, si liuore, aut tumore decoloratū eēt corpus mortui, significat veneno necatū. vide Auctorē ad Herenniū. lib. 2. Ti. in constōne coniecturali. Quare Iudices † curent inspici cadauera per peritos, q iuro referant in actis. Sed ambigitur, an tales periti teneātur deponere de credulitate, an de veritate? Vnde dic, q in casibus, in q bus vere cognosci pōt veneficiū, tenētur deponere de veritate, aliter de credulitate. Quare Oratores post Ciceronē dixerūt hoc factū aliqñ simplicē qōnem hēre, videlicet, an hō perierit, aliqñ duplicē, videlicet, veneno, an cruditate perierit. Ideoq; vtraq; pars quod proposuerit, tuetur. Nota † q nō valet iquisitio nisi cōstet de delicto p peritos, vt supra, & cōfessio rei, vel dictū testis nō ēst sufficiēs ad faciendū cōstare de delicto, cū nō ptineant ad cognitionē, vel ipsius rei, vel testis, sed ad cognitionē peritorū, ita in hac materia veneni decidit Alex. in cōs. 116. vbi dicit, q nō dēt reus, & multo minus testis interrogari, an ille perierit veneni, q a hoc nescit discernere, nec testis, nec pars, versatur n in pitia, & scia medicorū. Sed dēt interrogari, an sit mortuus. Itē an dederit venenū. Sed q mortuus sit ex veneno nemo pōt deponere hoc nisi peritus, ea rōne, q pōt esse tā modica quātitas veneni, vel talis qualitas venenati, vt nō potuerit ex veneno mori, qđ nota pꝑpetuo in hac materia. Occurrit hic mirabilis

lis ex pietia, de qua non legitur apud I.C. ꝙ 4 mortuus † veneno cognoscitur, tũ ex liuoribus in toto corpore & spumis ore fluentibus, tũ si cremetur corpus, cor illæsum remanet à veneno pseruatum. vide Suetoniũ in Caligula in principio. Et vbi de hoc facto cõtrouersia foret, à tali experientia non discederẽ. Animaduertendũ tamen est, ꝙ non solũ ijs, q veneno, sed q ẽt morbo cardiaco perierunt, euenisse legitur, quo argumento Plinius ait. Pisonẽ in iudicio defensũ fuisse.

1 *Præmeditatum maleficium non præsumitur, nisi appareat de antecedenti propositi. Et quomodo id probari possit?*

2 *Indicia debent esse perfecta in genere suo, vt de reo quæstio haberi possit.*

3 *Indicia remota per duos testes probari debent, aliter non habebunt vires indiciorum: Et an testes debeant esse omni exceptione maiores?*

4 *Testes quando omni exceptione maiores ad probandum requirantur, & quando etiam non integri admittantur?*

5 *Præmeditatum, an præsumatur, si non apparet de pura rixa. Et in quibus casibus fallat?*

6 *Consuetus committere homicidia, an ex hoc solo præsumatur ex proposito occidisse. Et an possit pœna ordinaria puniri.*

*De non præsumendo proposito, nisi probetur, & quomodo probetur, & in quibus fallat. Cap. V.*

1 NOn præsumitur † præmeditatũ, nisi appareat de antecedenti proposito, quod cum non possit probari directe, cum sit intrinseca qualitas, probari debet p exteriores qualitates, de qbus ĩ hoc tractatu disseritur. Et in hoc notãdum 2 est, quod indicia † debent esse pfecta in genere suo, nã sicut pbões in crialibus ad condẽnandum dẽt esse luce meridiana clariores, ita & indicia in gñe suo ad qõnẽ habendã debent esse clara: nã eadẽ est rõ de toto, quo ad totũ, q est de parte, quo ad partẽ, & ecõtra. vide no. in c.6. de Torm. Et remota, 3 † aut q ipsum maleficiũ consequũtur, pbari debẽt p duos testes, aliter nõ hẽbũt vires indiciorũ. Sed scriptores maxime dissident, an testes debeant esse oĩ exceptione maiores? Et secundũ † opinionem multorũ qñ tra4 ctatur de inquirendo, siue torquendo testes nõ ẽt integri admittũtur. Hip. in §. diligẽter nu.4. & vide q dicentur in tit. p visum vnius 5 testis. Sed aliqui † senserunt psumi cogitatũ, qñ non apparet de pura rixa, quia lex male psumit de homicidis. Sed dic, nõ psumi cogitatũ, nisi pbetur, vt supra. Fallit tñ ĩ latronibus, q a de ijs semper male psumitur. Fallit 6 ẽt in eo, q † cõsueuit cõmittere homicidia, licet accusator non probauerit, & qñ accusatus non pbauit, & secundũ Carrer. in tract. homic. põt puniri pœna ordinaria. Sed hæc opinio non placet, & sufficit ex hoc solo indicio posse torqueri, dicetur seq. tit. c.4.

1 *Accusator, & accusatus in casu propositi possunt vtrinque probare.*

2 *Probõ indirecta in crĩali causa sæpe cõceditur.*

3 *Negatiua facti vbi habet annexam determinationem loci, vel temporis, vel alterius rei, indirectam habet probationem.*

4 *Testes deponentes de negatiua, præferuntur testibus affirmantibus etiam dignioribus.*

5 *Negatiua probatio non admittitur in probatione intuitiua, vt quando testes deponunt vidisse factum, & sunt in sufficienti numero, & quando qualitas testium est in iure approbata.*

6 *Negatiua coarctata loco, & tempore potest probari, quia æquipollet affirmatiue.*

7 *Reus post didicita testificata, & conclusum in cã potest super eisdem probare, secus accusator.*

*In causa propositi vtrinque probatur etiam in contrarium. Cap. VI.*

1 IN casu propositi † tam accusatus, q̃ ac2 cusator pñt vtrinq; probare. Hoc † amplius in qualibet cã crĩali sæpe concedit indirecta probatio, videlicet, quando reus negat interfuisse die, & loco probatis per testes, & vult probare se fuisse alibi. Iudex admittet reum ad probandam dictã ne3 gatiuam, q a vbi † negatiua facti habet annexam determinationem loci, vel tpis, vel alterius rei, tunc indirectam habet pbõnem, l 3. & ibi Bal. ff. de pba. Et secũdũ Columb. 4 in tract. malefi. testes † deponentes de negatiua, vt supra, præferuntur testibus affirmãtibus ẽt dignioribus. Attamen Bald. sibi cõ5 trarius in l. fi. C. de testi. dixit, ꝙ † in probatione intuitiua quando testes deponunt vidisse factũ, & in sufficiẽti numero, & quãdo qualitas testium est approbata in iure, tunc non admittitur pbatio negatiua in cõtra6 riũ. Sed credo † ꝙ qñ negatiua est coarctata,

vt supra,

vt supra, possit probari; quia tunc æquipollet affirmatiuæ, & qđ vtrinq; possit probari, vř concedi, in l. Moysis. c. 21. glo. Sed reus 7 †post didicita testificata licet sit conclusum in cā, potest tamē ēt super eisdem probare: secus accusator. Hypp. in §. sequens, num. 6.

1 *Indicium varie diffinitur, & diuersimode nuncupatur.*
2 *Argumentum, signum, & præsumptio sunt minora, quàm indicium.*
3 *Indicia ad torturam sufficientia quomodo cognosci possint?*
4 *Indiciorum duo sunt genera.*
5 *Indicium indicans propositum, indicat & interfectorem, licet non semper puniatur de proposito.*
6 *Indicium aliud est remotum, & leue, aliud propinquum, & graue.*
7 *Indicium propinquum quodnam sit? & quod remotum?*
8 *Negocijs attributa quomodo considerentur?*
9 *Tempus præteritum maxime valet, nam & quæ fiant, & quæ futura sint, ex p̄teritis colligūtur.*
10 *Propositum indicantia qualia esse oporteat?*
11 *Præsumptio iuris, & de iure non recipit probationes in contrarium, secus de præsumptione iuris*
12 *Negocium omne per tria tempora certioribus argumentis arguitur.*
13 *Indicia ante delictum ex quibus capiantur.*

*De diffinitione, & genere indiciorum. Cap. vij.*

1 INdicium † variè diffinitur, & dicitur signū alicuius maleficij cōmissi, vel alterius rei, de qua agitur, & variè nominatur, videlicet argumentū, signū, & p̄sum 2 ptio. Sed hæc † duo sunt minora, q̄ indiciū. Et dicūt oēs, ꝙ nō pōt dari certa doctrina. Sed secundùm Bart. in l. fin. ff. de q. pōt dari 3 † aliqua via ad cognoscēdū indicia sufficien 4 tia ad torturā. Indiciorū † duo sunt genera, vnū quod indicat aliquē deliquisse, & ex ꝓ 5 posito, & oē quod † indicat ꝓpositū, indicat & interfectorē, licet nō semper puniatur de ꝓposito, & hoc euenit, quādo rixātes obueniant sorte, & casu. Aliud indicat deliquisse, sed nō ex ꝓposito, vt in tabula. Et in p̄dictis 6 † indiciū aliud est remotū, & leue: aliud ꝓ 7 pinquū, & graue. Propinquū est, quod † tangit negocium, vt vnus testis de visu, captus in loco delicti, & reliqua. Indicium vero remotum dr̄ homo malæ cōdōnis, & similia.

8 Et secundùm Oratores † attribuita negocijs, partim sunt cōtinētia cū ipso negocio, partim in gestione negocij cōsiderātur, partim adiūcta negocio sunt, partim gestū negociū 9 cōsequuntur. Sed p̄teritū † tp̄s maxime valet, nā & q fiāt, & q̄ futura sint, ex p̄teritis 10 colligūtur, & ea, q̄ † in delicto fiūt, siue post, ad hoc, vt indicent propositum, oportet esse eiusmodi, vt cōsequātur ab ante delictū gestis, & de industria facta videātur, de qua industria loq̄tur tex. in c. 21. Exod. & l. militis agrū. ff. de re milit. Cic. in lib. 2. de inuen. tit. nunc ad causam coniecturalē. In prædictis 11 † duplex est præsumptio vna iuris, & de iure, & hæc non recipit ꝓbōnes in contrariū, alia est iuris, & hæc recipit ꝓbōnes in contrariū. Qualiter aūt ꝓbētur indicia, dicetur in tit. de indicijs per visum vnius testis. Po 12 stremo: † q̄a per tria tēpora oē negociū arguitur certioribus argumētis, itaq; ꝑ ea excutiā locos indiciorum in specie, de quibus 13 hactenus in genere dictū est. † Ante igitur delictū capiūtur indicia à Persona Cā, Cōsilijs. & is ordo ē, facere voluerit, potuerit, fecerit. Sed q. an fecerit, incipit à secūdo tp̄e.

## DE INDICIIS PRAEMEDITATI ante delictum ex persona. Tractatus I.

*SVMMARIVM.*

1 *Persona rei qualis sit in omni delicto ante omnia intuendum est.*
2 *Personæ qualitas demonstrat animum fuisse, aut non fuisse offendendi.*
3 *Malitia, & incontinentia rei, indicia maleficij præstat, vnde caput erunt accusationis, vel inquisitionis.*

*De malitia, & innocentia. Cap. I.*

1 IN omni delicto ante oīa intuendū, qualis sit, de quo quæritur: quia secundum naturā incipiēdū est à persona: licet Cic. cās sæpe p̄tulerit. Persona aūt sumitur, qua alius ab alio differt, tū in aīo, tū in cor 2 pore, tum in extra positis, & qualitas † personæ demonstrat aīum fuisse, aut non fuisse offendendi. l. si mater. C. ne de stat. defunct. Sed qui, qualesve hoīes iniuriam faciant, & qualibus iniuria fiat, & quid cuique rei, & quid

quid cuique homini soleat accidere, scripsit Arist. in lib 1 & 2. de arte Retho. Sed Oratores post eũ non sunt executi: q̃a impossibile, ac potius ĩfinitũ est, vide Quint. de arg. li. 5. c. 10. At res, quarũ cã hoĩes cõstituut cõtra ius lædere, duæ fere capitales hñr, videlicet Malitia, & Incõtinẽtia: nã q̃bus quisque affectus est vitijs, siue vno, siu pluribus teneant, in ea re, cuius gratia vitiosus est, i iuris quoq; atq; iniustus euadi, malus. n. male cogitat, & cor iniqui ĩquirit mala. c 28 & 29. Prouerb. vide Arist. Reth. in c. 27. Quare Malitia. & Incontinentia caput erunt accusationis, siue inquisitionis.

1 *Fama rei est à iudice examinanda.*
2 *Fama quid sit, & quomodo consideretur. & an faciat sufficiens indicium ad torturam?*
3 *Torqueri non potest reus ex indicio remoto à maleficio, sed alia simul requiruntur.*
4 *Fama mala, an non solum in eo, in quo quis infamatur, sed etiam in alijs, rei opinionem grauet?*
5 *Fama mala ad hoc vt noceat, debet esse in eodem genere mali.*
6 *Fama, seu infamia præcedere debet inquisitionẽ, alias non proceditur, nisi in casibus exceptis.*
7 *Famæ malæ indicium cessat, si probetur à tribus annis citra reum fuisse bonæ vitæ.*
8 *Fama mala non sufficit, nisi conuictus fuerit de infamia.*
9 *Fama bona tuetur reum à tortura.*
10 *Fama bona in genere tollit indicia in specie.*
11 *Testes specialiter examinati super mala fama an præferantur testibus deponentibus in genere de bona fama?*

*De fama reorum.* *Cap. II.*

1 EXaminari debet †per Iudicem. cuius æstimationis, & famæ sit reus, qualis ẽt fuerit: ꝓp. n. malã famã delinquẽtis facile ꝑsumĩ de insidijs, & dolo. c. 6. 2 lib. Iud l. 4. ff. de suspec. tut. Et fama †est cõis opinio voce manifestata ex suspicione proueniẽs. l. de minore. ff. de quæst. & ibi Bar. & c. 2. Reg. pri. Et varie cõsideratur videlicet, in gñe, & i specie, in genere quãdo fama est, ꝙ aliq̃s est bonus, vel malus, vel ẽt in aliquo genere mali: & ꝓ hãc nõ oritur aliqđ ĩdiciũ ad torturam, secũdũ Bar l. fi. ff. de qõ. ibi, est homo male condõnis, est indicium qualequale, & non sufficit ad torturam sine alijs, secus si 3 esset vnitũ. Et †est regula generalis, ꝙ ex indicio remoto a malencio reus nõ torqueĩ, sed requirunt alia simul. Sed secũdũ Bru. fama generalis parit indiciũ ad torturã, quoties iũgitur cũ fama speciali, & vita ꝓcedens magnam partem defert ad ꝑsumendum qđ 4 quid sit. † Vnde caueat vnusquisq; q̃a non solum in eo, in quo quis infamaĩ, sed ẽt in alijs grauatur eius opinio. Vide eundem in 5 gl. circa tertiã, & quintam †Sed oẽs dñt, ꝙ ad hoc, vt mala fama noceat reo, debet esse in eodem gñe mali. quia ex dissimilibus nõ 6 oritur cõiectura. †Fama, seu ĩfamia præcedere debeat inquisitionem, aliter nõ procedetur, nisi in casibus exceptis per Hipp. in §. cõstante. nu. 12. Item qñ ex præsumptione hominis præsumiĩ contra aliquẽ ꝓp malam famam in eodem gñe malitiæ, potest admitti 7 ꝓbõ in contrarium. †Et indicium malæ famæ cessabit, si a tribus annis citra probabiĩ fuisse bonę vitæ. c. cum in tua. extra de spon 8 salib. †Item fama mala ꝓbari debet, & non sufficit, ꝙ ita dicatur de aliquo, nisi fuerit cõuictus de infamia. Et qualiter ꝓbetur, vide in c. 1. de Patẽti. Et diffinitio prædicta declarat quæ requirãtur in fama. quæ ẽt probari debet, secũdũ Hipp. in §. cõstãte, nu. 116. Idẽ secũdũ Oratores, qñ dñt, deinde vita hominis ex ante factis spectabitur, in quo considerabit accusator, num qñ simile quid fecerit, si id non reperiet, num qñ venerit in similem suspicionem de quo per auctor. ad Heren. lib. 1. & Cic. lib. 2. de Inuent. tit. 2. Quare mala fama contra aliquẽ oriri non debet, nisi vt supra, & nisi reus cõuictus fuerit, & quãdo mala fama apparebit vt supra, non solum indicia sumentur in eodem genere mali, sed ẽt in diuerso, secũdũ Bru. vt supra, & rõ Oratorũ reddi põt. Deinde qui fecerit illud tam neq̃ter, eũdem hoc tã perperã fecisse, nõ est mi 9 randum. †Econtra aũt ꝓp bonam famam non torquebitur secundum Bald. in l. 1. C. locati. vbi multa similia dicit. Sed aliqui li- 10 mitant non torqueri ita grauiter. †Hoc amplius dixerunt aliqui per bonam famam in genere tolli indicia in specie. Sed multi con- 11 tra dicunt, ꝙ quando testes sunt †specialiter examinati super mala fama alicuius, tũc tales testes præferuntur testibus deponentibus in genere de bona fama. notatur in c. cũ oportet, extra đ acc. Alia vero ẽ fama ĩ specie

de

de aliquo particulari facto, & quod tale quid sit, vel non; & differt à supradicta: quia respicit vitam hominum, vt supra. Hęc vero respicit negocium, de quo quis accusatur, & oritur ex circunstantijs negocij, ideo de ea dicetur in ti. post delictum.

1 *Conuersatio mala est malæ actionis indicium.*
2 *Suspiciones malæ trahuntur ex conuersatione, & victu.*
3 *Conuersans cum inimicis occisi præsumitur ex proposito occidisse.*

*De conuersatione, & victu.* Cap. III.

1 Mala †conuersatio est malæ actionis indicium: nam qualis quisq; est, tali consortio delectatur: & ideo si commissum sit homicidium, & Titius sit solitus conuersari cum homicidis, ex tali conuersatione hębit cõtra se indicium dicti homicidij. Guid. Suz. in tit. quæ, & qualia: Hip. in §. expedita. in fin. Idem in l. Mosis. c. 4. & 24. Prouer. & 16. Isaiæ, & 21. Deut. Idem † secundũ
2 Orratores ex conuersatione, & victu multæ trahũtur suspiciones. secundũ Cic. lib. 1. de inuẽ. tit. 13. & 2. tit. 2. Præterea conuersatio† sæ
3 pe accipitur in alio genere, videlicet, si occisor fuerit visus conuersari cũ inimicis occisi, pręsumetur quod ex proposito occiderit. Sed talis conuersatio nõ respicit personã, sicut supradicta, sed potius respicit tractatum, & consilium, ideo de ea dicetur in tit. ex consilio, in versic. quo cum visus sit, vbi magis congruit.

1 *Consuetus delinquere, ex hoc solo indicio, an torqueri possit?*
2 *Associans post delictum præsumitur occulte auxilium præbuisse.*
3 *Indicia potiora quare requirantur quando quæritur interfectore quam quando quæritur de proposito?*
4 *Solitus delinquere quis dici possit?*

*De consuetudine delinquendi.* Cap. IIII.

1 Qui assueuit †delinquere, põt torqueri ex hoc solo idicio secudũ Gand. in tit. de pręsump. Idẽ secũdũ Oratores: ẽ. n. cõsuetudinis vis naturę per quã similis. Idem secũdùm Moysen, is, cui mos est delinquẽdi, contemnit oẽm correctionem, & pęnæ cõminationẽ, c. 18. Prouerb. Sed Hipp. cũ alijs cõtrarium tenet in §. diligenter. nu. 99. Circa prędicta dic, aut ignoratur de interfectore, & de eo quęritur, & tunc aliquis non torquebitur ex hoc solo, aut cõstat de interfectore, sed quęritur de proposito, & tunc torquebit, si constabit eum solere occidere, & hoc quando nõ probabitur pura rixa. Sed Lud. Carer. sentit in dicto casu posse damnari sine tortura in tract. homic. nu. 47. Sed hæc opinio nõ placet. & potiora indicia requiruntur ad explorandum quis fecerit, quam ad explorãdum quo animo, cum de homicida cõstat, quia tunc in dubio præsumitur occidisse propter talẽ pręsumptionẽ, quod sit solitus: & hoc casu oneratur probare cõtrariũ, licet regulariter nõ pręsumatur propositum, nisi probetur, prout in simili
2 dicitur, quod contra †associantem post delictum oritur præsumptio de occulto auxilio, & reus cogitur probare contrariũ, secundũ Hyp. in
3 §. constante. nu. 55. Quare aũt† potiora indicia requirãtur, quãdo quæritur de interfectore, quam quando quæritur de proposito, rõ est, quod quando constat, quis fecerit, lex de eo præsumit oẽ malũ, & iungitur cũ alia præsumptione, quod consueuerit, & sic duæ emergunt pręsumptiones, & hoc casu affines delicto propter secutũ effectum, secus quando quęritur de homicida: quia tunc quod assueuerit, est solum indicium, & remotum à maleficio: quia nõ constat de effectu aliquo. Sciendum
4 est, quod solitus dicitur quando quis est conuictus bis deliquisse, & secundum aliquos ter. vide Inno. c. 1. de fideius. Idẽ secundùm Oratores, secundùm Cic. 2. de inuẽ. tit. 3 de consti. coiect. ibi. Si quo in pari ante peccato cõuictus sit. Et secundùm Arist consuetudine fieri vñr, quæ idcirco facimus, quia sæpenumero fecimus. vt per eundem Reth. 1. c. 29.

1 *Progenies bona, vel mala, bonum, vel malum indicium præstat.*
2 *Natio præsumptionem de hominũ natura præbet.*
3 *Sexus, ætas, animi, nautra, conditio, fortuna, amictus, risus, & ingressus suspicionẽ contra reum præstant.*

*De progenie, & natione, & talibus similibus.* Cap. V.

1 Quod quis sit † natus de bona, seu mala, progenie, bene, seu male pręsumitur secundùm Gand. in tit de pręsump. & ind. dub. Moysen. c. 1. & 27. & 65.
2 Isaię. A natione† similiter pręsumitur de natura hominum: nã gẽtib. proprij mores sũt: sũt. n. nationes

tiones, q̃ hoïes facile interficiũt, & diuersis uicijs tenẽtur, Bal. in l. fi. C. de hær. inf. Apost. ad Titiũ c. 1. ibi, Cretenses ſp mendaces. A sexu† aliud in uiro, aliud in fœmina creditur, l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Ab ætate, aliud alijs annis magis conuenit. l qui cũ uno. ff. de re mil. Ab aĩ natura: Etenim auaritia, iracũdia, misericordia, crudelitas, aliaq; iis similia afferũt frequẽter fidẽ, ac detrahũt, nã quibus quisq; obuolutus est uitiis, quorũ gratia uitiosus est, iniuriis quoq;, atq; iniustus euadit, uide Aris. c. 27. Rhet li. 1. A cõditione, & fortuna distat. n. an clarus, an obscurus quis sit, l. capitaliũ. ff. de poe. secundũ Suz. in tit. q. & qualia. Ab amictu, risu, ingressu. ut per Moysen c. 19. Eccl. in fi. Sed q̃ supradicta sunt de natura hoïs pariunt tantummodo aliquã suspicionẽ secundũ antiquos, q̃ dicũt, & de natura licet aliquãtulũ ducere suspiciones: Oĩa .n. hæc uir, an mulier, huius an illius ciuitatis sit quib. in maiorib. quib cõsanguineis, qua ętate, quo aĩo, quo corpore, q̃ naturæ sunt attributa, ad aliquã cõiecturã faciẽdã pertinebunt. Cic. li. 2. de Inuen. tit. 2. de const. coniect. Et rõ prædictorũ reddi põt, quia uirtutes. & uitia in ptãte nostra sunt, & non est q̃d positum in naturalibus causis, sed in uoluntate, studio, disciplina, quæ tollunt omnia, c. 1. 2. & 3. prouerb. uide Cic. de Fato in princ.

1 *Physiognomia mala facit præsumi in genere quem ad scelere procliuum, sicut à bona, bene præsumitur.*

2 *Tortura inchoanda est ab eo qui habet malam physiognomiam.*

3 *Hominum mores, naturasque ex corpore oculis, vultu, fronteque Zopirus Phisiognomus noscere profitebatur.*

4 *Chyromantia de homine præsumptionem probet.*

## De Physiognomia, & Chyromantia. Cap. VI.

EX Physiognomia † mala præsumitur quem ad scelera procliuum, sicut ẽt à bona bene p̃sumitur, secundũ Bal in l. 2. C. quorum appell. non reci. Idẽ in l. Moysis c. 19. Ecclesiasti. ibi, ex uisu cognoscit uir, & c. Isaiæ, ibi agnitio uultus eorũ respõdet eis. Sed ex ijs p̃sumi põt in genere, non ãt in spẽ de aliquo delicto, nisi alijs concurrentib, licet Paris de Put. dicat per physiognomiã his iudicasse, uide eum in dicto trac. col. 8. Vnde dixerunt† aliqui, q̃ si plures rei sunt torquẽdi, incipiendũ est ab habẽte malã physionomiã. Legitur etiã† q̃ Zopirus physiognomus ꝓfitebatur hoïm mores, naturasq; ex corpore, oculis, uultu frõte ꝓnoscere Sed hic, ꝓ aliquãtulũ p̃sumitur per tex. c. 16. Re. 1. ibi, nerespicias uultũ eius, quoniam abieci eũ, nec iuxta intuitũ hoïs ego iudico. A Chyromãtia † secũdũ multos p̃sumitur de hoïe, nullũ tamẽ uerbũ legitur apud I. C. in l. Mosis legitur c. 37. Iob, ibi, qui in manu oĩum hoĩum signat, ut nouerint singuli opera sua. Vnde elicitur, posse p̃sumi arte ea media, & illũ textũ Iudæi sic fuerũt interpretati, asserẽtes lineas esse naturales, & nõ frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu. i. in ptãte hoĩum. Verũ ꝓ opinione Iudæorũ est textus c. 13. Exo. ubi uĩ probari lineas esse positas ad aliquid significandũ de hoïe, & esse signũ naturæ. Apud Oratores nõ legitur de supradicto indicio, sed de Physiognomia sepe.

1 *Indicium oritur à nomine si cum eo mala fama concurrat*

## De nomine. Cap. VII.

A Nomine† secundũ scribentes oritur indicium si concurrat mala fama, ut puta q̃ quis esset malæ famæ, ut q̃ uocaretur Rampinus. Sed secundum Cic. 2. de inuent. nõnunquã aliquid suspicionis nascitur, & secundũ Quint li. 5. de argumẽtis. Nomẽ in argumẽtũ raro cadit, nisi cũ aut ex cã datum est, aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam, & hæc est uerior opin. Idem in l. Mosis 1. Reg. c. 25. ibi, quoniam secundum nomen suum stultus est.

1 *Indicium propositi à pallore oritur contra eum.*

2 *Affectus animi exterioribus indicijs cognoscitur.*

3 *Pudorem rubor, terrorem pallor ac tremor, & dentium crepitus consequuntur.*

4 *Actus, & corpus propter affectionem sæpissime cõmutatur: quod ante, vel post delictum cõtingit.*

5 *Indicia ex animi, & corporis commutatione ante delictum contingentia à quibus tractata, & an indicent propositum.*

6 *Indicia ex animi, & corporis commutatione contingentia ante delictum magis vrgent ad iudicandum propositum, quàm post delictum ad indicandum maleficium.*

De

1 A Pallore † alijsq; similib. oritur indicium, pp.n. tẽporarios animi motus ante delictum apparentes male p̃su mitur, & torquetur reus, vtputa si qs visus fuerit pallere, pauere, aut aliter vultu moueri, & non apparet cã, si paruo interuallo aliquem occiderit, seu vulnerauerit, p̃sumitur proposito deliquisse: natura † .n. com-
2 paratũ est, vt si quis cogitet delinquere, fitq; in actu proximo delinquendi, vultu moueatur, detq; indicia qualitatis intrinsicè, vnde oriuntur signa conscientiæ, & sic exteriorib. indicijs cognoscitur affectus animi. & reue-
3 ra † q̃d accidit diffuso sanguine, aut cõtracto, nã pudor extra sanguinẽ diffundit, timor vero comtrahit. Et pallor eiusmodi secũdũ Philosophos accidere solet vehemẽti cogitatu, in subito motu, sanguine se ad interiora recipiente: Ex quo fit, vt pudorẽ rubor, sic terrorẽ, pallor ac tremor, & dẽtiũ crepitus cõse-
4 quãtur, secũdũ Cic. 4. Tusc. q. & ẽt euenit † pp affectionem, q̃ est animi, aut corporis ex tpe aliqua de cã cõmutatio, vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, & alia similia, q̃ ponũntur à Cic. li. 1. de Inuen. tit. confirm. Et prędicta cõtingũt bifariè, v3, ante delictum, & post. De contingentib. post delictũ fit mentio p oẽs, maxime in l. de minore. §. tormẽto, ff. de qõ.
5 Sed de cõtingentib. † ante delictum, & sic de supradicto indicio non, nisi per Græcos, & Quint. li. 5. de argumentis, c. 10. Sed in l. Mõsis c. 20. Neæmię, ibi, quare vultus tuus tristis est, cũ te ægrotum non videã? nõ est hoc frustra, sed malũ nescio quod in corde tuo est. Item supradicta deberent, quia ante delictũ indicãt propositum, post aũt delictũ indicãt solũ deliquisse. Itẽ † dr̃nt, q̃ ante delictũ magis vrgent ad indicandum de proposito, q̃ post delictũ ad indicãdũ de delicto. De rõne diuersitatis dicetur infra in tit. post delictũ.

1 *Reus potest probare contrarium etiam post didicita testificata, et potest re orquere: & an prædicta indicia sine alijs sufficiant.*
2 *Causa delicti debet ostendi, alias indicia contra reum nullam vim habent.*
3 *Indicia personæ sine causis non valent.*
4 *Persona sicut indicat potestatem, & voluntatem fuisse reo, ita ex contrarijs non fuisse demonstratur.*

DIctum est supra cõtra reum. Sed pro reo ex contrarijs facile suppetet con-
1 tradicendi facultas. Põt. n. † in cõtrarium, & post didicita testificata probare. Scd'o, põt retorquere: quia indicia p̃sonæ in diuersum trahunt secũdũ Quint. de cõiect. Tertio, p̃dicta indicia non sufficiunt sine alijs, cũ sint remota. Bart. in l. fin. de qõ.
2 Quarto, secũdũ † aliquos nullã vim habẽt, nisi aliquid quare factũ sit ostẽdatur, cũ nihil sine cã fiat, vt in sequẽti ti. in prin. vide Cic. de Inuen. li. 2. ti. 2. ibi, vt. n. aĩum alicuius improbare nihil attinet, cũ cã, quare peccarit, non intercesserit, si cãm pc̃ĩ intercedere leue est, si aĩum nulli minus honestæ rõni affinis ostẽdatur. Et per prædictam sentẽtiam concludi-
3 tur notabile, q̃ indicia † personæ non valent sine causis. & econtra. Demum nota pro reo non solum hic, sed in omni causa, & cõtra q̃libet indicia locum habere. Aris. in li. 2. c. 35. Rhet. ibi, quib. aũt rõnib. demonstrari possit factam rem non fuisse facile ex cõtrarijs sup-
4 petet facultas. Quare sicut † persona indicat potestatem & voluntatem fuisse reo; ita non fuisse demonstratur, & sic in reliquis.

## DE INDICIIS præmeditati ante delictũ ex causis, Tract. II.

*SVMMARIVM.*

1. *Indicia causarum quæ sint?*
2. *Quærendum est quot, quantæ sint in reo causæ, vt earum causa deliquisse videatur.*
3. *Causa quæ proprie dicatur?*
4. *Causa in impulsionẽ, & rõcinationem diuiditur.*
5. *Impulsio quid sit?*
6. *Rõcinatio quid sit? Et quãdo interfuisse videatur.*
7. *Propositum non arguitur, quando rixa fuerit inopinata, licet causæ præcedant, tam secundum legem Mosis, quam iura ciuilia.*
8. *Propositum non censetur nisi industria, & insidiæ intercesserint.*

Quid sint causæ, & qũo distribuantur, & q̃ ex ijs oriatur propositum. Cap. I.

1 POst supradicta indicia sequuntur indicia † causarum, quæ sunt, Impulsus ad aliquid

quid agendũ, cũ nihil sine cã fiat, nã nihil factũ esse cuiquã probatur, nisi aliquid quare factũ sit, ostẽditur. Itaq; †decet q̃rere, quot, & quãtæ sint in reo causæ, vt earũ gratia deliquisse videatur. l. q̃ cũ vno, ff. de re mil. in fi. Idẽ in l. Mosis. c. 21. Iosuæ, ibi, nec ante biduũ, triduũve probatur inimicus. Idẽ secundùm Oratores, secundùm Cic. lib. 2. de inuẽ. tit. 2. de consti. coniect. Cã †proprie dicitur id, ex quo, vel ꝓp quod aliquid fit. Sed quãdo per causas oriatur propositũ, ex infrascriptis locis Oratorũ accepi. Causa distribuitur †in impulsionem, & ratiocinationẽ. Impulsio †est quæ sine cogitatione per quãdã animi affectionẽ aliquid hortatur, vt amor, iracũdia, ægritudo, violentia, & oĩa, in quibus animus ita vr̃ affectus fuisse, vt rẽ perspicere cũ cura, & cõsilio nõ potuerit: & id qđ fecit, impetu quodã aĩ potius, q̃ cogitatione fecerit. Rõcinatio †aũt est diligẽs, & cõsiderata faciẽdi excogitatio. Ea dicitur tũc interfuisse, cũ aliquid faciendũ certa de cã vitasse, aut secutus esse aĩus videtur, vt si amicitiæ quid cã factũ diceť, si inimici vlciscẽdi, si metus, si gloriæ, si deniq; alicuius retinẽdi, augẽdi, adipiscẽdive cõmodi, aut cõtra rapiendi, diminuendi, deuitãdive incõmodi cã. vt per Cic. loco quo supra. Idẽ apud Moysen, quis †non punitur de ꝓposito, licet voluerit occidere, & sint causæ, dũmodo nõ occiderit per industriã, & insidias, c. 21. Exod. ibi, qui percusserit hoĩem volens occidere, & ibi, si quis ꝑ industriã. Idẽ apud I. C. quãdo rixa fuit inopinata, licet causæ p̃cedãt, non tamẽ erit ꝓpositũ. Bal. in l. 1. C. ad l. Corne. de sica. Conclusiue secundũ oẽs, propositum †non censetur, nisi industria, & ĩsidiæ intercesserint, vt in locis supra traditis. Nec mihi detur vitio integros locos Oratorum recitasse, eorumque verba vsurpasse, quia tanta vis est, vt nec syllaba quidem prætereunda sit.

1 *Causæ, quas in maleficio quærere oportet, quot sint?*
2 *Causas in adulterio, vel furto quærere nihil attinet, quia illas ipsa crimina secum habent.*
3 *Competitorum, vel riualum altero interfecto præsumitur contra alterum.*
4 *Phyltra amatoria ab amante propinita libidinis faciendæ gratia censetur.*
5 *Causæ ad hoc, vt probent debent esse in processu probatæ in specie non in genere.*
6 *Testes deponentes in genere, & non in specie super causis non probant.*

*De causis quinque per quas delinquitur, & quomodo probentur. Cap. ij.*

Causæ, vnde †omnis humana oritur actio, & quas in maleficio quærere oportet, sunt septẽ, secundùm Arist. lib. 1 de arte Reth. c. 27. Sed secundũ alios post ipsum hæc maxime spectãtur, ira odiũ, metus, spes, cupiditas; nã reliqua ĩ has spẽs cadũt, & de ijs in homicidio p̃cipue q̃ritur, in alijs vero, †vt in adulterio, & furto de causis frequenter quærere nihil attinet, quia illas per se ipsa crimina secũ hñt secundũ Quin. de cõiectura. lib. 7. c. 2. De supradictis causis fit mẽtio in l. cũ rõ. ff. de bon. dam. vbi pater interficiens eũ, qui filiũ suũ hæredem instituerat, ꝓp istud commodũ fecisse videtur. Idẽ de alijs causis. l. si ob stuprum. ff. de cond. ob tur. caus. l. vni. ff. de amb. vbi potest sumi indicium in duobus competitoribus eiusdẽ honoris, siue ẽt in duobus riualibus, vt vno ĩterfecto p̃sumatur cõtra alterũ. Præterea ob libidinis faciendæ appetitũ pocula †amatoria, q̃ phyltra vocãtur, cæteraq; huiusmodi flagitia cõmisisse hoĩes deprehensi sunt, l. 3. & tot. tit. C. de malef. Causæ ad hoc †vt ꝓbẽt, debẽt esse ꝓbatæ in ꝓcessu in specie, non autem in genere, & testes deponentes †in genere, & non in specie super dictis causis non probant. vide notata in cap. cum oporteat. de accusa.

1 *Causæ quot circunstantias continere debeant?*
2 *Occidisse ille præsumitur, qui occidendi causam habuit.*
3 *Deliquisse ille præsumitur, qui ex delicto commodum consequitur, vel incommodum euitat, vel cui ita forte videtur.*
4 *Iudex animaduertit quo animo quid quisque faciat, non quo euentu vtatur.*
5 *Accusator reum ex causis demonstrabit.*
6 *Iudices per causas reũ quærent, cum is ignoratur.*
7 *Causæ nõ solũ indicat p̃ opositum, sed etiam reũ.*
8 *Causæ debent esse grauiores, quoties quæritur quis deliquerit, quàm quando quæritur propositum, cum de reo constat.*
9 *Propositũ ex leuib. causis præsumitur, nõ delictũ.*
10 *Quando constat quis fecerit, lex de eo præsumit omne malum propter secutum effectum: secus quando*

*quando quæritur quis fecerit, quia non præsu mit pro leui causa occidere.*

11 *Animi vicium cum causa conglutinari ad indicandum reum licet, atque quibus sit vitijs subiectus reus ostendere oportet.*

12 *Malus qui semel fuit in eodem genere mali semper præsumitur malus.*

*Quomodo causæ indicent propositum, & reum, quando de eo ignoratur. Cap. iij.*

1 IN causis duæ † circunstantiæ insunt, videlicet: quis fecerit, & quamobrē fece-2 rit. Vnde † si q̄s fuerit iterfectus, & ignoratur à quo, q̄ritur per supradictas causas: nā is p̄sumitur fecisse, qui faciendi causam habuerit. Ide secundùm Oratores, ꝓbabile est, † qđ ꝓbatur reo expedisse peccare, vt cū q̄ritur nūquid cōmodū maleficio acq̄sierit, nū honorē, nū pecuniā, nū dominationē, nū aliquā cupiditatē amoris, aut nunquid incōmodū vitarit, inimicitias, infamiā, dolorē, suppliciū. Nihil tamē refert nō fuisse, aut non esse aliquid cōmodi, aut incommodo, dummodo ostendi possit ei visum esse, qui arguitur: Iudex enim † animaduertit quo aīo q̄d q̄sq; faciat, nō quo euētu vtat. l. 1. §. si q̄s instrumēta. C. de latina libert. tollenda, vide Auct. ad Heren. lib. 2. tit. in causa cōiecturali. † Et secūdū Oratores in hoc loco caput illud erit accusatori, si demōstrare poterit alij nemini fuisse causam faciēdi, secundo loco tantā, aut tā idoneā nemini, sin fuisse, alijs quoq; cā faciendi videbitur, aut potestas alijs defuisse demōstrāda est, aut facultas, aut volūtas. Itaq; † Iudices per supradictas causas reū q̄rent, cū is ignoratur: quia 7 causæ non solū † indicāt ꝓpositū, sed ēt reū, quādo ignoratur, vt supra. Et regulariter oē, q̄d indicāt ꝓpositū, indicat & reū. Aīaduer-8 tendū † est, ꝙ causæ dēnt esse grauiores, quoties q̄ritur q̄s deliquerit, q̄ quādo q̄ritur ꝓpositū, cū de reo cōstat, & rō est: q̄a nemo p̄sumitur leui cā hoīem occidere. Secus quan-9 do † cōstat de delinquēte, sed q̄ritur ꝓpositū; tali .n. casu p̄sumitur ꝓpositū ēt p̄p leues causas. Et rō diuersitatis est: q̄a quādo 10 † cōstat q̄s fecerit, lex de eo p̄sumit oē malū p̄p secutū effectū. l. q̄ cœdem, C. de sicar. Secus quādo q̄ritur quis fecerit: q̄a tūc lex nō p̄sumit oē malū, imò non p̄sumit pro leui cā occidere. vide q̄ dicta sunt in p̄cedenti 11 tit. c. 4. Præterea in † oī cā aliquid eorū, quæ personis attribura sunt, ad eā cām, qua commotus, peccasse dicetur, adiungere licebit: & ita poterit aī vitiū cū causa cōglutinari, hoc mō. Si dicetur pecuniæ cā fecisse, ostendet accusator eum semper auarum fuisse, si honoris, ambitiosum. Idem in cæteris, quibus obnoxij sint, aīaduerti pōt, vti in ijs rebus, & earū rerū cā, q̄ singulis vitijs, cupiditatibus q̄ subiectæ sunt, oēs immoderate, & impotēter versentur. Arist. lib. 1. Rhe. c. 27. Sed Oratores post Arist. voluerunt, atq; ex dispari genere culpatū, si ex pari summendi facultas nō erit, improbare aīum aduersarij oportere, & rō est secunqū eos, qui fecerit illud, tā nequiter, eundē hoc tam perperam fecisse nō est mirādū. vide Cic. in lib. 2. tit. de inuē, & lib. 2. ad Heren. tit. in cā coniect. Verū p̄dictis repugnat regula Legistarum, semel 12 † malus p̄sumitur malus ī eodē genere mali. Quandoq; tamē ēt per ipsos conceditur.

1 *Inimicus an poterit torqueri, quando quis fuit interfectus, & nescitur à quo, si inimicitia fuerit capitalis?*

2 *Inimicitia est indicium remotum à maleficio.*

3 *Pluribus rixantibus si quis fuerit occisus, contra inimicum, si de indiuiduo non constet præsumitur, & ex hoc is poterit torquere.*

4 *Nemo reperitur, qui non metuat, oderit, speret, & irascatur, per quas causas delinquitur.*

5 *Inimicus etiam suspectus quæ probare debeat, ne torqueatur.*

6 *Reus suspectus debet interrogari, vbi fuerit, cum quibus comederit tempore delicti.*

*An inimicitia sola, & sic aliæ causæ sufficiant ad torquendum. Cap. iiij.*

1 SI quis est interfectus, & nescitur à quo, sed ꝓbatur † ꝙ Petrus erat inimicus illius, ex tali p̄sumptione poterit Petrus torqueri, secundùm Specu. in §. spēs. de p̄sump. & secundùm Rom. in l. 1. ff. ad Sylla. per tex. ibi. In suspicionē cædis, per quē tex. multi cōsentiunt semel posse torq̄ri, dūmō inimicitia sit capitalis: Adde c. 12. Eccles. ibi. Nunquā credes inimico. Sed Moderni cōtra tenent, Hyp. in §. diligenter. nu. 70. quē multi sequuntur per multas rōnes, maxime, ꝙ 2 † inimicitia est iudicium remotum, & dictū Specul. intelligunt quoties necesse est vnum ex pluribus hominem interfecisse, & certum est

est delictũ, & certæ ꝑsonæ, sed incertũ est de
3 indiuiduo, & tũc †ex illis plurib. poterit ini
micus torqueri. Oratores multi cõsentiunt,
q̃a multę causę sunt, q̃ iducũt ad maleficiũ,
4 ẽt latẽtes, & ignotæ, cũ nemo†repiatur, q̃ nõ
metuat, oderit ſpet, & irascatur, ꝑ quas cãs
deliq̃tur. Quare nõ cõsequitur, Petrus ini
micus est, ergo occidit, cũ alius potuerit oc
cidere ꝑ p supradictas causas, ẽt latentes. Ego
in hac difficultate ꝑ cõciliandis opinionib.
distinguo secũdũ Cic. in lib. 2. ti. 2 de Inuent.
ibi. Maxime. n. quæri oportet in hac cõstõne.
Primũ potuerit ne aliq̃d fieri, deinde ecquo
5 ab alio potuerit. Cõcludit, †ꝙ si Petrus ꝓba
bit aliũ ecquo potuisse occidere, nõ torqat
aliter sic. Quare demõstrabit reus, aut alijs
quoque bono fuisse aut alios quoque id, de
quo ipse ĩsimuletur facere potuisse vid Auc.
ad Heren. lib. 2. tit. collatio. Hac defensione
vsus est Cic. ꝓ Mur. in familiã Ancharianã,
& ꝓ Scauro circa morte Boštaris in matre
auertẽs crimẽ. Verũ id breui faciẽdũ est, vt
ne alterius defendẽdi causę hũc accusare vi
d'atur. Sꝫ sufficiat à se crimẽ trãferre, secũdũ
oratores, si aut cõmodũ nullũ fuisse, aut par
uũ, aut alijs magis fuisse, aut nihilo sibi ma
gis q̃ aliis demõstrabit. Maximũ aũt ẽ reme
diũ diffiniẽdarũ qõnum hoc casu, & oĩ alio:
6 videlicet, ꝙ suspectus†interrogetur, vbi fuit,
& cũ q̃b. comedit tpe delicti. d' hac ĩterroga
tione vide Bart. in l. fi. ff. de q̃st & ita ꝑ locũ
& tps Oratores diffiniebant oẽ negocium.

1 *Rei defensiones contra causas.*
2 *Causæ non indicant nisi cum vitio personæ iungantur.*
3 *Propositi suspicio ex quibus tollatur.*

*Pro reo contra causas.* *Cap. V.*

1 PRimo reus negabit †fuisse causam, si
potuerit aut eam vehementer extenua
bit deinde iniquũ esse dicet, omnes ad
quos aliq̃d emolumẽti ex aliqua repue
nerit, in suspõnẽ maleficij deuocari. Tertio,
Causæ†non indicant, nisi cum vitio personæ
iũgãtur, quia nõ in oĩbus ꝑsonis valent. Itẽ
dicet, aut cõmodũ nullũ fuisse, aut paruum,
aut aliis magis fuisse, aut nihilo sibi magis,
3 quã aliis. Cic. in 2. de Inuẽt. ti. 2. Item †mon
stretur aut facultas, aut ptãs, aut volũtas de
fuisse reo, & ꝑ hæc. n. videtur reus aut non
occidisse, & si occiderit, non ex proposito.

DE FACTO ANTE DELI-
ctum, seu contento cum delicto in-
dicante consilium. Tract. III.

*SVMMARIVM*

1 *Consilia post causas sunt intuenda.*
2 *Consilia quæ sint, & quomodo diffiniantur?*
3 *Consilia ante delictum quomodo considerentur, & proponantur.*
4 *Animus præsumptione verbi, vel facti probatur.*
5 *Coniecturæ ex consilijs quæ vere indicent reum delicti.*
6 *Consilia referuntur, ac partem indiciorum, quæ ex causis ducuntur.*
7 *Propositum ante delictum à quibus factis, dicti[s] [illegible] indicatur.*
8 *Indicia dicti, & facti, quibus non solum cognosci tur propositum, sed etiam reus, cum ignoratur.*
9 *Facere qui instituit, et potuit, fecisse præsumitur.*

1 POst causas †intuenda sunt consilia, nã
sicut causæ sunt impulsus ad aliquid
agendum, ita consilia sunt ordo geren
dorum ex causis venientiũ. l. sæpe. ff. de
2 verb. & rerũ sig. Et consilia †sunt aliquid fa
ciendi, vel nõ faciendi, excogitata rõ. & sunt
p̃teriti, instantias & futuri tp̃is. A præterito
3 †consideratur quid ante delictum factũ sit,
ex quo spes perficiendi nata & facultas fa-
ciẽdi q̃sita videatur. Ideo in reo cõsideratur,
vt nihil actũ, nihilq; dictũ, nusquã ventum,
aut habitũ, nihil denique factũ siue cã putetur.
Et I. C cõsentiunt per regulam, animus
4 ꝓbatur ꝑsumptione verbi, vel facti. Sed im-
primis coniectatur an credibile sit reũ spe-
5 rasse †id à se scelus effici posse, an ignorari,
cum fecisset, an si ignoratum esset absolui,
vel pœna leui trãsigi. Hoc indiciũ fuit Arist.
in 1. lib. Reth. c. 31 quod Quint. per eadem
verba vsurpauit in cap. de coniectura lib. 7.
Sed in hoc differt, ꝙ per Aristotelem refer-
tur ad personam. Quin. vero refert ad consi-
6 lia. Et secundũ †eundẽ consilia referũtur ad
hanc partẽ indiciorum, q̃ ex causis ducũtur.
7 Et ita loquuntur I. C. Vnde omnia †dicta, &
facta, quæ indicant propositum ante deli-
ctum, comprehenduntur sub elementis 11.
secundùm Auctorem ad Heren. lib. 2. & an-
te eum Aristo. prædicamenta decem consti-
tuit, de quibus dictum est in tabula. Quæ

8 re ordine Auctoris excutiam indicia † verbi,& facti.& hoc mõ non solũ cognoscetur ꝓpositũ. verũ ẽt reus,dũ ignorabitur, Bart. in l.fi.ff.de q.ibi,vel q̲a inimicus, vel q̲a fecerit apparatus. Idẽ secundùm Oratores.est enim maxime consentaneũ, atq; ꝓbabile, vt qd q̲s instituit facere, fecisse ẽt videatur.
9 Si statuit † facere & potuit,fecit igitur,si attentauit, ꝑpetrauit igitur, q̲a omnes quod volunt,& possunt,etiam exequuntur, & faciunt.vt per Arist lib.2.Reth. c.35,

1 *Tractatus præsumi potest ex loco,vbi reus fuerit.*
2 *Reus, vt de tractatu possit condemnari, tria concurrere debent, secreta locutio, inimicitiæ capitales cum occiso, & quòd homicidium sit secutum incontinenti.*
3 *Homicidium si noctu sequatur, quomodo iudex suspectum interrogare debeat?*
4 *Conuiuia indicant propositum, & seditiones.*
5 *Locus quot modis accipiatur?*
6 *Tractatus initia, & consiliorum ex loco comprehenduntur.*

***Elementa autem, de quibus supra sunt, vt infra. Cap. I.***

1 VBi fuerit,† videlicet,secundũ text.in l.q̲ cũ vno.§ fi.ibi. examinãtur causæ.& cur,& vbi fuerit.& q̲d egerit. ff.de re mil.Idẽ apud Cic.in orõne. 1.in Catilinã ibi,vbi fueris,quos conuocaueris,qd̃ consilij cœperis,quem nostrum ignorare arbitraris? Vnde si qui secreto fuerint ĩ aliqua domo,seu loco,si exierint, & occiderint,ꝑsumetur de tractatu, & poterunt torq̃ri,no.in l.1.C.de ser.fug. Sed aliqui volũt, ꝙ interueniat secreta locutio, sed credo sufficere ꝙ conuenerint in illum locum,nã secreta locutio necessario subintelligitur.Sed
2 multi † tenent posse dãnari,si tria cõcurrãt. Primo secreta locutio, secundo inimicitiæ capitales cum occiso,tertio ꝙ homicidiũ sit secutũ incõtinẽti, secundũ Ias.in supradicta l.Sed de hoc dubitatur, secundùm Io.And. in addi.ad Spec.de ꝑsump.ver.13. Itaq; tu-
3 tius erit torq̃re,q̃ dãnare.Itẽ secuto † aliquo delicto noctu Iudex interrogabit suspectũ, vbi fuerit illa nocte.cũ quo prãsit,vel cœnauit,& si repietur mẽdax, orietur cõtra eum maxima ꝑsumptio.vide Bart.in l.fi.ff. de q.
4 & vt † plurimũ cõstituta cõuiuia indicãt ꝓposita,seditiones,& similia,vt Catilinæ,Lẽ-
5 tuli,Cæthegi. Sciẽdum,† locum diuersis modis cõcipit,& tanquã speciẽ dicetur infra in
6 delicto, ex hoc autem † comprehenduntur initia tractatus, & consiliorum, vt supra.

1 *Loci si sint diuersi,diuersa coniectura concipitur contra reum.*
2 *Frequentatio loci indicat propositum.*
3 *Transitus per viam inconsuetam propositi indicium præbet.*
4 *Propositum indicat, si quis visus fuerit frequentare viam, qua illum, quem occidit, transiturum sciebat.*

***Cap. II.***

1 VBi visus sit,videlicet,ob diuersos † locos diuersa cõiectura cõcipitur,secũdũ Gãd.in tit.de ꝑsump. & ĩd.dubi.
2 Vnde † si q̲s visus fuerit sæpe ire, & redire ex aliqua via,siue loco,vbi eo die,vel postero hoiem interfecerit,ꝑsumitur, ꝙ sæpe trãsierit cã cõmittendi tale delictũ, arg. l iusto. ff.de vsucapio. Itẽ si q̲s visus † fuerit
3 ire,vel venire per viã non consuetã,si hominẽ postea interfecerit,erit indicium propositi: nã ꝑsumetur voluisse celare scelus ꝑpetrandum,aut vt occidendum magis ĩcautũ inueniat.faciũt doctrinæ.in l.fi.ff.de rerũ diui.nam lex male ꝑsumit de ijs,iuxta illud Euangelij,qui nõ intrat ꝑ ostium fur est, &
4 latro. Itẽ alij † dixerunt, vbi visus est. videlicet,ante delictum illic fuisse,qua transiturũ inimicũ suspicabatur,solẽt.n.q̲ hostibus insidiãtur,ea loca insidere,qua illos iter facturos arbitrãtur,vt incautos opprimant.Item oritur indicium ꝑmeditati,secundũ Bru. in gl.circa tertiã ibi,& illo sero, quo fuit factũ homicidiũ, fuit visus ire per aliqua loca, in quibus vicinia eum nõ consueuerat videre.

1 *Sociorum qualitas suspicionem maleficij, & propositi inducit.*
2 *Conuersatio cum malis hominibus inducit indicium ad torturam contra delinquentem.*
3 *Associatio mali hominis inducit indicium præmeditati, & consilij.*

***Cap. III.***

1 QVo cum visus sit,qualitas † sociorũ inducit suspicionẽ maleficij, quare si delinquens visus fuerit conuersari cum inimicus occisi orietur ĩdiciũ ꝙ de industria occiderit. Et secũdũ aliquos
2 † ꝑ conuersationem cum malis hoibus ori-

tur indicium contra delinquentē ad tortu-
rā, secundū Hip. in §. expedita. nu. 93. Sed de
hoc dubitatur, dictū est supra, de indicijs ex
ꝑsona. c. 3. Sed in l. Mosis vrgēs est indiciū.
c. 16. Isaiæ ibi, socij furū, & c. 4. Prouer. ibi,
puersi corde nō inueniūt bonū. Itē si sequa
3 tur † homicidiū, si ītercesserit associatio ma
li ho. s, licet in ea nihil fecerit, ꝓsumetur de
malo cōsilio, & de ꝓmeditato. l. nō ideo mi
nus. & ibi doctores. C. de accus. & sic ex hoc
simplici, sociatu oritur indiciū, & supra, pp
qualitatem personæ, nam consilia impio-
rum sunt dolosa. c. 12. & 14. Prouerb.

1 *Apparatus indicat propositum.*
2 *Arma ferens qui non assueuerit, præsumit præcogitasse, nisi contrariam causam ostenderit.*
3 *Arma euaginata portans præsumitur portasse ob facilitatē aggrediendi, et perficiendi delictum.*
4 *Exercens se in armis cum non sit solitus, præsumitur de delicto præcogitare. Idem si acuerit arma, vel aliquam experientiam fecerit, vel in loco vicino arma reposuerit.*
5 *Præsumptio propositi insurgit contra illum, qui asportauit bona sua de loco, vbi homicidium commisit, ad locum, ad quem postea confugit, vel si bona, vel eorū maiorē partē alienauerit.*
6 *Apparatus non debet videri frustra factus.*

Cap. IIII.

1 Nunquid appararit, videlicet. equos † ad eundū, arma ac cædem, & alia, q̄uis instrā ꝓ facinoris, qđ obijcitur qualitate. Vnde armatus se non so-
2 litus, item ferens † arma, qui nō assueuerit,
præsumitur ꝓcogitasse, nisi cōtrariā causam
ostenderit, per quā tollatur prædicta ꝓsum-
3 ptio l. 1. C. ad l. Corn de sica. Itē portās † ar
ma euaginata ꝓsumit. portasse ob facilitatē
aggrediendi, & ꝑficiēdi delictū. Itē exercens
4 † se in armis, cū non sit solitus. Itē si acuerit
arma, aut aliquā experientiā fecerit de illis.
si reposuerit alicubi arma, ibi, vel ēt in loco
vicino, postea deliquerit, ꝓsumitur ꝓposi-
tum. arg. l. 1. §. vi possidetis. ff. de vi, & vi ar-
ma Quidā addiderunt nunq̄d fecerit, vide-
5 licet, si asportauerit bona † sua de loco vbi
postea commisit homicidium ad locum. ad
quē postea cōfugit. vel si q̄s alienauerit bo-
na, vel maiorē partē bonorum suorū. si po-
stea hominē occiderit, ꝓsumetur cōtra eum
de ꝓposito. secundùm Blan. in gl. alienatio.
6 n. 76. Nō. n. videri † dēt frustra factus appara-
tus, cū nihil actū, nihilq; dictū sine cā pute-
tur. l. qui cum vno. ff. de re mili. ibi, vbi fue-
rit, & quid egerit.

1 *Amicorum, vel sociorum certo loco, & tempore conuentus, & adunatio, vt eos ducat ad maleficium indicat propositum.*
2 *Amicus secutus amicum cum ense, vt aliquo eum comitetur, si obuiam forte inimico fiat, an & quando de auxilio teneatur?*
3 *Ducens aliquem per locum, in quo scit inimicum offensi adesse, præsumitur particeps criminis.*

Cap. V.

1 Nunquem conuenerit, videlicet. cum aliquo † statuit perficere certo loco aut tp̄e. Vel secundū aliquos, nunquē iuerit inuētum vt ducat ad maleficium. vide Fulg. in l. q̄ si fugitiui. ff. de
2 edil. edic. ibi Amicus meus venit † ad me, &
dicit, veni mecum, quia volo esse in vno ne-
gocio meo. Ego accipio ensem, & sequor
eum, ipse autē fit obuiā inimico suo, & occi
dit eum, an ego tenear quasi auxiliator? Di-
citur, q̄ si ignorās sum secutus eum, & cum
ipse insultans est illum, ego me retraxi, q̄
nullā pati debeo pœnā, idem ēt si discedere
non potuissem, vbi autē cum potuissem re-
cedere, stetissem, tunc sine dubio non essem
innocens. Item sciens inimicum † offensi in
certo loco, conueniens, & ducens eum per
dictum locum, præsumitur particeps crimi-
nis. l. penul. ff. de vi bon. rap.

1 *Associans delinquentem ante delictum, videtur socius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
2 *Conscij qui sint, & qui teneantur de delicto?*

Cap. VI.

Nunquem habuerit conscijs. videlicet aliquem de ijs, cum quibus præsumi tur tractasse ab initio. Potest etiam
1 † taliter intelligi, videlicet associās de linquentē ante delictum videtur cōscius cri
minis, licet nihil fecerit, mō armatus fuerit,
secundùm Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Et hoc di-
2 cetur ēt in tit. post delictum Alii ēt † sic itel-
ligunt, videlicet hic, vel ille cōscius fuit, vt ī
oratione pro Milone dicitur Marcum Fauo
nium fuisse conscium voluntatis Clodij,
cui dixerat, Milone triduo periturum.

1 *Propositum indicatur, si veteres hospites, aut clientes domi delinquentis fuerint, vel si delinquens habuerit malos famulos.*

2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilij inditium præstat.*

3 *Adiutores varie considerantur.*

4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, præsumitur adiutor.*

5 *Delinquens si sit persona vilis præsumitur cum auxilio fecisse.*

6 *Comitatus, & multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*

7 *Coadunatio quando plures occidunt, in dubio, an præsumatur de industria facta?*

8 *Rixa quando censeatur pura, & quando præmeditata?*

9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*

10 *Præsentia si delicto adhibeatur, deliberationis indiciũ oritur, modo illa præsentia fiat animo se immiscẽdi, si opus esset. Secus si forte fortuna, & quãdo quis dicatur adesse cã se immiscẽdi.*

Cap. VII.

1 DE adiutoribus, videlicet veteres †hospites, aut cliẽtes domi delinquẽtis fuerunt, vel habuit malos famulos, 2 qua de re pcogitasse vr per text. in §. hoc autẽ. in Auth. de nõ alienan. Itẽ†aliter si delinquens elegit idoneos, relinquendo inutiles domi, vel ẽt põt dicere de potentibus amicis, hæc. n. psidia non solũ qui habẽt, plurimũ posse videntur, sed ẽt 2. q tales amicos habẽt, aut cõscios, si quidẽ auxilijs i. s, erit adminiculis, & instris fræti delinquũt. Præ3terea variè†cõsiderãtur adiutores, secũdum Bal. in l. hæc verba. ff. de infa. Vnde si q s mu4tuat pecuniã alicui, & is, †cui mutuauit, statim cõduxit gẽtes contra ciuitatẽ mutuantis, vel q d simile fecerit, psumitur mutuauisse tali cã, eritq; psumptio iuris, & de iure, secundũ Bru. in gl. circa quartã. Et simili5mõ quãdo delinquẽs est persona seruilis, & magnũ facinus cõmisit, psumitur cũ auxi6lio fecisse. l. q cunq;. C. de ser. fug. Itẽ aliter põt intelligi, sicut apud Cic. spectatur comitatus Clodij & Milonis. Et multitudo adiutorũ parit idiciũ deliberationis, licet secun7dũ†aliquos in dubia re nõ psumatur coadunatio in pluribus occidentibus, nisi pbetur clare de industria coadunatos esse, secundũ Bal in l. nõ ideo. C. de acc. Hip. in §. cõstãte. 8 nu. 45. Diceret† tamẽ psumi casu euenisse rixã, nisi pbetur ante rixã coadunatos fuisse, nec est necesse, (iudicio meo), pbare, q coadunatio sit facta de industria, sed sufficit p9bare, q sit facta coadunatio, &. n. †psumitur fieri malo aĩo ob effectũ secutũ, na si facta sunt ea, q posterius fieri, ac sequi solẽt, facta esse priora, & q illorũ gratia instituebãtur, 10 existimandũ est. Per psentiã†adhibitã delicto oritur idiciũ deliberationis, mõ illa psentia fuerit aĩo se immiscẽdi, si oporteret, secus si forte fortuna, secũdũ Bal. i l. 1. ff. de ser. corrup. & tũc dr adesse aĩo se immiscẽdi, cum fuerit quis coadunatus ante delictum.

1 *Armorum, ac cæterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*

2 *Ambulans cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat habere animum occidendi.*

3 *Adiumenta diuersis modis considerantur.*

4 *Pecuniæ suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

Cap. VIII.

DE adiumentis, videlicet, de ijs rebus † quas delinquens auxilio fore arbi1trabatur, vtputa, arma, & qlibet instrumenta, ex genere. n. armorũ, cæterorũq; ĩstrumẽtorũ psumitur aĩus, & atrocitas maleficij, secundũ Bal. & Saly. i l. 1. C. de emen2da. ser. Quare si q s†ambulauerit cũ armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat animũ occidẽdi. l. 1. §. diuus. ff. de sica. Adiumẽ3ta† quoq; diuersis modis cõsiderãtur, sicut 4 supra de adiutoribus, nã pecunię†suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.

1 *Locus, in quo quis præter consuetudinem fuerit, vel in quo versari non consueuerat, vel non debebat, propositi indicium præbet.*

2 *Occidens aliquem in loco, in quo versari non soleat, præsumitur consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa.*

Cap. IX.

1 NVnquo i loco†pter cõsuetudinẽ fuerit, videlicet, i quo suspectus erat, siue ibi, vbi versari nõ cõsueuerat, nec debat, notatur i l. 1. §. diuus. ff. de sica Vñ et 2 si q s hoiem occiderit i aliqua ciuitate, siue loco, quo nõ sit solitus versari, psumet consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa. vide Bal. in l. fi. ff. de q. & i l. fi. C. eod.

SVM-

1 *Tempus præpositi argumenta præbere potest.*
2 *Tẽporis duplex est significatio, generaliter enim, & specialiter accipitur.*
3 *Tempus speciale ad indicia magis confert, probationesq; affert inexpugnabiles.*
4 *Tẽpus ad indicia eliciẽda quo cõsiderari debeat?*
5 *Temporis longinquitas est inspicienda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negocium.*

*Cap.* X.

1 AVt alieno† tẽpore, videlicet minus conuenienti, vt si noctu dicatur egressus domo, vel ex vrbe, & in aliquo loco eo tempore visus fuisse, & sic ex antecedentibus deducũtur argumẽta, videlicet, noctu exijsti, proficiscẽtem antecessisti, nunq. d ẽt noctu, quod in die fieri cõmodius videbatur posse. Et tẽporis † du 2 plex est significatio, generaliter.n.& specialiter accipitur, ꝑteritum habens, instãs, & futurum, & constituta discrimina, vt æstate, hyeme, noctu, interdiu, & fortuita, ut in pestilentia, in bello, in conuiuio. Speciale autẽ 3 tps†ad indicia magis confert ꝓbationesq; 4 affert inexpugnabiles. Vnde†cõsiderari debet tps, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & uigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum, vt apud Cic. in oratione ꝓ Mil. dr̃ Clodium pridie eius diei discesisse, quo discessurũ sciebat Milonem, cuius iter solẽne, & necessarium ignorari nõ porerat. Et I. C. cõsentiunt per tps oriri indicium ante delictum, in delicto, & post delictum, in q̃bus põt considerari. quid ocyus, & quid serius 5 futurum sit. Et communiter† in tẽpore perspiciendo longinquitas eius est consideranda, nam sæpe oportet commetiri cũ tempore negotium, vt in sequenti titulo dicetur.

## DE INDICIIS HOMICIDII præmeditati in delicto. Tractatus IIII.

### SVMMARIVM.

1 *Indicia propositi ex quibus in delicto oriantur, & deducantur?*
2 *Coadunati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.*
3 *Obuians forte si occidat, non punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.*
4 *Accidentia, quæ in delicto spectentur, ut indicia deliberationis oriantur?*

1 IN homicidio deducũtur indicia, considerando, cur†aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, vt spes perficiẽdi nata, & q̃sita esse videatur, de qua industria legitur tex. c. 21. Exod. & l. fi. ff. de sica. & l. 2. ff. de vi bon. rap. quib. iurib. 2 ꝓbatur, ꝙ si hoĩes†ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tunc ꝓmeditatũ censetur, secus qñ id cũ consilio, & cura perspicere non potuerũt, & impetu quodã animi potius, q̃ cogitatione fecerint, uide Ci. lib. 2. de Inuen. tit. 2. de const. coniect. Idem secundum Bal. in homicidio ex aliqua cã, siue re nõ oritur indiciũ deliberationis, qñ apparet ꝙ rixantes sibi obuiauerint casu, vide eũ in l. 1. C. ad l. Cor. de sica. Quinimò si- 3 quis†habuerit aĩum occidendi, modo sorte obuians occidat, nõ punietur de ꝓmeditato per tex. in c. 21. Exod. de hoc diximus supra in ti. de causis c. 1. In delicto aũt hæc spectãtur Locus, Tps, Modus, & Facultas, & per 4 hæc accidentia † oritur indicium deliberationis. Et sicut inimicitiæ, & reliquæ causæ, atque consilia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsita.

1 *Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?*
2 *Loci opportunitas ex quibus quæratur?*
3 *Occidens hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.*

1 A Locò præcipue coniectatur, cum euidentia loci † sit una ex quinque speciebus probationum, de quibus not. extra de rest. spol. c. cum ad sedem, quare spectetur locus in quo homici- 2 dium factum est ex opportunitate, q̃ reus videtur habuisse. Ea uero †opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, & demum natura ipsius loci opportuni, siue diuersi consiliis. Nunquid ẽt eo lo co occisus perspici, aut exaudiri potuerit, & num demnm locus publicus, vel priuatus, 3 an sacer fuerit. Vnde siquis † occiderit hominem in pretorio, vel ecclesia, presumetur consulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse, quia non est præsumendum, quòd nisi magna causa uoluerit in tali loco occidere, vide Alber. in tract. 3. stat. 9. 64.

1 *Tempus reddit graue delictum.*
2 *Noctu agens præsumitur male agere.*
3 *Temporis spatium quomodo consideretur?*

1 A Tpe ꝑsumitur, quia † reddit graue delictũ l.aut facta,§.tps.ff. de pœn.
2 nã lex ꝑsumit cõtra† agentẽ noctu iuxta euãgelium,ꝗ male agit, odit lucem. Qua de re si delictum fiat nocte, ꝑsumitur deliberatum,scd̃m Alber. in tract. supradicto Sed scd̃m Oratores latius dic, videlicet,qua parte anni,noctu, an inter diu, & quota diei ac noctis hora homicidiũ fa-
3 ctũ esse dicat, nam ẽt momẽta ualent, † & eiusmodi tꝑibus spaciũ in cõsideratur,satis ne lõgum fuerit ad eã rem transigẽdam, & potuerit ne reus scire satis ad id ꝑficiendũ spacij futurũ, & sæpe oportet cõmetiri cũ tꝑe negocium,& videre potuerit ne aut magnitudo negocii, aut multitudo rerũ in eo tꝑe trãsigi, nã parui refert satis spacij fuisse ad id ꝑficiẽdũ,si id ante sciri,& ratione prouideri non potuerit. Idem probatur per gl. & quæ ibi.not.in l.si vt allegas.C.de sica.

1 *Occasio deliberationis indicium præbet. & quomodo ea consideratur?*
2 *Occasio quæ propriæ sit? & ex quibus oriatur?*
3 *In tempore quæ considerari oporteat, & quæ in occasione?*
4 *Tempus, & occasio in quibus inter se differant?*

1 A B occasione orit† deliberatio, nã malus aĩus occasionẽ ꝗrit. Sed dupliciter cõtingit,primo ꝗritur idonea ne satis fuerit ad delictũ adoriẽdum,& hæc aliquid cogitato factũ ostẽdit. Scd̃o an alia melior,ꝗ præterita.aut non expectata,& hæc excusat. Exẽpla extãt apud Cic.in orat.pro Mil.quem, fatetur habuisse occasionem occidendi Clodium. E contra aũt.inquit,Clodium,captasse occasionẽ oc-
2 cidẽdi Milonem.Sed oportet scire,†ꝗ ꝓprie sit occasio,quare dic, ꝙ est pars tꝑis habẽs in se alicuius rei faciendæ, aut non faciẽdæ opportunitatem. Et tps actionis alicuius opportunũ occasio est.Hæc oritur ex actionib. humanis non impedientibus, vt puta seruus dormiens dat furantib. occasionem.
3 Item in † tꝑe,mensura, & spacium considератur,in occasione qualitas tẽporis ex qua nascitur opportunitas, seu commoditas fa-
4 ciendi,& non faciendi aliquid.Itaque † hoc tantum distant Tempus & Occasio, genere autem similia sunt.

1 *Modus delicti perpetrati, deliberationis indiciũ præstat.*
2 *Modus percutiendi præcogitationem ostendit.*
3 *Caput percutiens, videtur fecisse, vt certius offendat, & occidat, & quid si bacculo percusserit?*
4 *Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio vulnerum propositum indicat.*
5 *Proditorium propositum per modum percutiendi concipitur.*

1 A Modo, quo ꝗritur quẽadmodũ ꝗd sit † factũ,idq; scd̃m Oratores tum ad qualitatem pertinet, tum ad cõiecturas, põt probari in l. aut facta, §.qualitate.ff.de pœn.Vnde siquis percusse-
2 rit † aliquem post terga,vel nullis dictis uerbis in capite, seu pectore, per hæc demon-
3 strat ꝑcogitasse, ꝗa percutiendo † in capite videtur fecisse,vt certius offẽdat scd̃m doc. in c.signif.de homic. Vnde senserũt aliqui, ꝙ siquis percusserit aliquem super caput baculo,siue alio simili instrõ, tñ, quia ꝑcussit in capite pręsefert animum occidẽdi, secus si in alia parte corporis,vide Bald. in l.sed si quæcunque.§.si magister.ff.ad l.Aquil. Per
4 multitudinem,†& magnitudinẽ vulnerum ꝑsumitur ꝑmeditatum. Item ꝑ multiplicationem,aut ꝑ geminationem,& hoc qñ nõ
5 apparet pura rixa. Item per†modum concipitur ꝓpositũ ꝓditorium,scd̃m Bar. in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.videlicet,prcposito antecedenti insultando,& alio modo proditorio,videlicet, si sedens tecum in mensa, nulla interueniente rixa te offendero,vel quid simile fecero,vt ibi.

1 *Facultas delinquendi quomodo consideretur?*
2 *Tractatus præsumitur quãdo homicidiũ committitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint.*
3 *Facultas occidendi quando præstari videatur, & unde indicium tractatus oriatur?*
4 *Astans armatus dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non faciat, facultatem delinquendi præbere dicitur, modo delinquenti auxiliari potuisset.*
5 *Associans delinquentem post delictum, delinquẽdi facultatem præbuisse dicitur.*

6 *Auxi-*

6 *Auxilium præstare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.*

7 *Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidior, & insultans audacior.*

8 *Præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si personæ fuerint ante delictum congregatæ.*

9 *Prohibere potens si non prohibeat, præsumitur particeps criminis, & an hinc oriatur præsumptio occulti auxilij?*

10 *Prohibere valens, si non prohibeat, an & quãdo particeps criminis, & auxiliator existimetur?*

11 *Domini tenentes famulos malæ vocis, famæ, & conditionis, de illorum delictis tenentur.*

12 *Personæ qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est consideranda.*

13 *Personæ vitia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.*

14 *Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*

15 *Atrocitas delicti ex quibus crescat.*

1 A Facultate cõsideratur † copia, & potestas instrumentorũ, aut earũ rerũ ob quas aliquid facilius, aut sine q̃bus omnino confici non potest. facultates quoque p̃cipue considerandæ sunt, credibilius est occisos à pluribus pauciores, ſã p̄paratis inopinantes. hinc illa apud Cic. coniectura, insidiatus est Clodius Miloni, nõ Milo Clodio. ille cũ seruis robustis, hic cum mulierũ comitatu, ille equo, hic rheda. ille expeditus, hic penula irretitus. Idẽ secundũ 2 Iurisp̃itos p̄sumitur tractatus, qñ cõmittitur homicidiũ cũ multitudine ꝑsonarũ, nisi ex accidẽti, seu casu tales personæ superuenerint, dic vt in antecedẽti trac. in ver. de Adiu 3 toribus. Itẽ facultates † occidẽdi p̄stari vñr, 4 & indiciũ oritur tractatus, quãdo † aliq̃s aggreditur aliquem, si ibi vnus, vel plures fuerint armati, siue ẽt remoti, modo potuissent auxiliari delinquenti, licet aliquã nõ faciãt demõstrationẽ, secundũ Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Intellige tamẽ p̄dicta, si post delictum 5 † associant delinquentẽ, secundũ eundẽ in l. non ideo minus. C. de accus. tollitur tamẽ dictũ indiciũ, si ꝓbauerint casu venisse, vt in 6 supradictis legib. Quin ẽt † dicitur p̄stari auxiliũ acclamãdo cõtrã eũ, q̃ offenditur, & re 7 gula iuris est, ꝙ ille dicitur † auxiliari, ꝑ quẽ insultatus redditur timidior, & insultãs audacior secundũ Bal. in supradicta, non ideo 8 minus. Demũ † p̄sentia adhibita delicto facit indiciũ occulti auxilij, si tales ꝑsonæ fuerit congregatæ ante delictũ, vide Hip. in §. con 9 stãte, nu. 45. Item cui ptãs † est ꝓhibendi, ne q̃s offendatur, & nõ ꝓhibet, p̄sumitur particeps crĩs ꝑ regulam, videtur occidere, q̃ põt ꝓhibere. & l. scientiã. in prin. ff. ad l. A qui. vide Gand. in tit. de p̄sump. & indi. in dubi. & quandoq; oritur p̄sumptio occulti auxilij. Sed secundũ aliquos, neq; indiciũ, neq; suspicio oritur, nisi alia concurrant, vtputa, si post delictũ associauit delinquentẽ. aut aliæ insit causæ, & circunstantiæ, aliter nõ p̄sumitur particeps. no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed in hac materia est bona gl. in l. cul- 10 pa caret. ff. de reg. iur. ibi. Sed q̃d † si possum ꝓhibere Titiũ iniuriari Sẽpronio, an dẽam iuuare? Respõdeo secundũ canonicos doct. ꝙ sic, verbis interponẽdo me honesto mõ. Sed secundũ I. C. nõ, nisi in ijs, quos habeo corrigere, vt in p̄missis videlicet, filijs, & seruis. Hinc de delicto ammisso à filio vidẽte patre, & nõ ꝓhibẽte, nec clamãte cõtra filiũ, tenetur sicut ipse. Idẽ in dño contra ser- 11 uũ, † ꝙ extẽde ad nobiles tenẽtes seruitores malæ vocis, cõdõnis, & famæ, vt de illorũ delictis teneantur, nec audiuntur ignorãtiam per allegantes, cũ debuerint considerare ea facile euenire, posse, & ꝑ similes ꝑsonas cõmitti, vnde si famulus ignẽ mitteret in domũ cõductã dñs nõ tenetur nisi habuisset seruos malæ cõdõnis, quia tũc in cã est, tenendo similes ꝑsonas. not. in l. seruus. ff. ad leg. Aq̃l. Circa p̄dicta. vide Ias. i d. l. vt vim. Aliqui tñ senserunt, ꝙ si q̃s potuit sine periculo vitæ suæ ꝓhibere, & nõ ꝓhibuerit, tali casu p̄sumatur particeps criminis, q̃a quisq; cogit defendere bona ẽt inimici, tanto magis ꝑsonã, iux. tex. ſc. 23. Exod. in princ. Hñi 12 † tñ debet rõ personæ, nam multi sunt ita natura timidi, ꝙ ob timorẽ patiũtur verberari, licet possent verberare. Vñ ex qualitate ꝑsonę sæpe apud I. C. arguitur, & fit cõsequẽtia 13 & sicut † vitia ꝑsonæ p̃mũt, & onerant delinquentem, ita contraria eleuant, nam qua 14 litas † offẽdẽtis, ita inducit excusationẽ, siue accusationẽ, & demõstrat animũ fuisse, aut non fuisse offendẽdi. not. in l. si mater. C. ne 15 de sta. defunc. Et demum † atrocitas crescit ex ijs, videlicet, q̃d factum sit, à quo, in quẽ, quo animo, quo t̃pe, quo loco, quo modo.

## DE INDICIIS MALEFICII praemeditati post delictum. Tract. V.

*SVMMARIVM.*

1 *Indicia post delictum ex quibus oriantur.*
2 *Associans delinquentem ante, vel post delictum nunquid videatur socius criminis.*
3 *Consilij, vel occulti auxilij praesumptio oritur contra associantem post delictum.*
4 *Receptans scienter malefactorem in domo sua post delictum praesumitur particeps criminis, & poterit torqueri, nisi receptus sit recipientis consanguineus, vel aliqua alia iusta cā probetur.*
5 *Prohibens reum capi, videtur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter accurrit.*

1 POst delictū †oriuntur indicia, considerando, quid postea factū sit, facta enim quæq; antecesserunt, quæque insecuta sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nonnullæ qōnes scribentium, videlicet, si quis associatus †fuerit delinquentem post delictū cō missum, nūq̄d videatur cōscius criminis? Et multi tenent, quod sic. Cōclusiue tñ dicēdū est, & distinguendū, aut iste associatus est delinquentē ante delictū, & tali casu tenetur, & cōuincitur, q̄a ꝑ ꝑcedentē & subsequentē actū associationis accusat se, atq; ꝓpallat, sin aūt post delictū tm̄, tūc distinguendum, videlicet, si subito apparuit, tūc ꝑsumitur sciuisse: aut ex mora, & interuallo apparuit, & tunc nō ꝑsumetur cōtra eū, q̄a tali casu ꝑsumetur accurrisse incidenter, & ꝑ rumorē. vide Sali. in l. vnica. C. de rap. virg. Bald. in l. nō ideo minus. C. de accu. Hip. in §. cōstāte. nu. 55. q̄ tenet cōtra associantē †post delictū oriri ꝑsumptionē cōsilij, vel occulti auxilij, per quā cogitur ꝓbare contrariū. Siq̄s sciēter †receperit malefactorē, seu delinquentē in domo sua post maleficiū ꝑpetratū ꝑsumitur particeps crīs, & poterit torq̄ri. l. 1. C. de ijs, qui latro. Fallit tñ, si receptus erat cōsanguineus ꝛcipiētis, siue ēt aliqua alia iusta cā ꝓbabitur, secundū not. in supradicta l. Prohibētis reū † capi, videtur conscius crīs. vide Blanc. nu. 294. Sed intellige quoties ꝓhibens affuit delicto, secus si incidenter accurrit, ꝙ cogitur probare. vide in simili Hip. in supradicto §. cōstante, & in prin. huius trac.

## DE INDICIIS MALEFICII praemeditati ex non facto, seu cur facto, ante, in, & post delictum. Tractatus VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Indicia secundum antiquos, ex quibus locis capiebantur?*
*Solicitans, siue quæritans quod ad eum non spectat, indicat contra se.*
3 *Faciens id, quod fieri non solet, nec debet: at non faciens id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.*

ET si apud Legistas supradicta videantur comprehendi sub facto. Expedit tamē scire locos Antiquorū, ex q̄bus capiebāt indicia, quos Cicero est secutus in lib. 2. c. 2. de inuen. cuius verba nō sunt prætereunda, q̄a ꝑ ea totius negocij gestio ꝑ 1 tractabitur. Quare, quo cōsilio, qua spe perficiendi, quidq; factum sit, cur hoc mōpotius, q̄ illo, cur ab hoc potius, q̄ ab illo, cur nullo adiutore, aut cur hoc, cur nemo sit cōscius, aut cur sit, aut cur hic sit, cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum non sit, cur hoc in ipso negocio, cur hoc post negociū, aut q̄d factū de industria, aut quid rē ipsam consecutū sit, cōstet ne orō, aut cū re, aut ipsa secū, hoc huiusne rei sit signū, an illius, an huius, & illius, & vtrius potius, q̄d factū sit, ꝙ nō oportuerit, aut nō factū, ꝙ oportuerit.
2 Solicitās, siue† q̄ritās ꝙ nō ad eū nō spectat, īdicat cōtra se. vide Hip. § diligēter. nu. 150.
3 Et suspicio oritur† quoties quid facit, ꝙ fieri non solet, neq; oportet, neq; est rō, quare hoc ꝑ ꝑ hoc fiat, & ecōtra, quoties quis non facit, quod fieri solet, aut debet. [Quādoq; etiam ex abundante cautela in hac materia, & in omni fienda suspecta, & tam facti q̄ dicti per reū fraus, & dolus ꝑsumitur, & sinistra oritur suspicio, secundū glo. no. in l. si quis sub cōdōne hæredes. ff. de cōst. inst.]

## DE INDICIIS MALEFICII praemeditati ex dicto. Tract. VII.

*SVMMARIVM.*

1 *Indicia maleficij præmeditati ex dicto.*
2 *Indicium propositi cōtra eum oritur, qui dixerit, quid*

*quòd traheret occiso vnam pennam de ala. Vel quòd faceret male capitare, vel quid simile.*

3 *Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, non diligo talem, vel sum ei nociturus si potero, si eum postea occiderit.*

4 *Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædixerit, quòd si senserit rumorem, non se moueat. Vel quòd sentiet aliquid noui.*

5 *Mandatum, seu consilium præsumitur si quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.*

6 *Locutio in aure quando indicet mandatum, vel consilium.*

7 *Causæ ni præcedent, nec causatum præsumitur.*

8 *Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi sentiā aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.*

9 *Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.*

10 *Minæ præcedentes indicant propositum, quando constat minantē occidisse eū, cui minatus est.*

11 *Indicia verbi duplicem vim habent.*

12 *Is videtur fecisse, qui prædixit facere.*

13 *Minans, & iactans de aliquem occidendo, an sit solitus minas exequi, quomodo consideretur?*

14 *Minatus si minantem occidat, an præsumatur ex proposito occidisse?*

15 *Minatum fecisse ad sui defensionem quando præsumatur?*

16 *Factum quid ad defensionem fuisse per coniecturas probatur.*

17 *Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri?*

18 *Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patranda, vltra inimicitias sunt multæ.*

19 *Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi?*

20 *Pœnā homicidij iusta causa, & dolor diminuit.*

1 Dicta, quęque †antecesserunt, quæq; secuta sunt, considerari oportet, nā ex qualitate verborū aīum metimur & probatur præsumptione verbi. Quare capiemus īdicia ante delictū. Et secūdū Gand. 2 oritur indicium propositi † contra eū, qui dixerit, ꝙ traheret occiso vnam pennam de ala, vel ꝙ faceret eū male capitare, vel quid 3 simile. Itē si quis dixerit, non †diligo talē, si eū postea occiderit, p̄sumetur ꝓpositum. Et silr̄ si dixerit se nociturū, si poterit, vide Alberi. in l. metus. C. qđ metus cau. Item si di-4 xerit †alicui, ꝙ si senserit rumorē, nō se moueat, vel ꝙ sentiet aliquid noui, p̄sumetur ex ꝓposito occidisse, vt ꝑ Bar. in l. si vētre. ff. de 5 priuil. credi. Item †si q̄s locutus fuerit cū aliquo, & ille statim iuit, & occidit (q̄uis nesciatur quid dixerit) p̄sumet de mādato, siue cōsilio, sicut ī dn̄o loquente in aurem famuli. 6 Intellige tn̄ p̄dicta, si incontinēti †sequatur delictum, & qn̄ ille, quē alloquitur, pariter est inimicis capitalis, aliter illa locutio, ēt cū facto subsecuto non facit indicium, nā si 7 non p̄cesserunt †causæ, nec causatum p̄sumitur secūdū Bru. in q̄o. inci. circa tertiā. Itē si 8 dn̄s †famulo dixerit, non redeas domum nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquē occiderit, p̄sumetur de mandato. Item †si q̄s iactauerit de occidēdo aliquē, si eū occiderit, p̄sumetur ex ꝓposito occidisse, & poterit dānari ꝑꝓ secutum effectū, & hoc casu nō cōsideratur qualitas ꝑsonæ, si vero nō cōstabit de occisore, tūc spectabitur ꝑsonæ qualitas secūdū Guid. Suz. in gl. sed si p̄ter famā. Idē 10 ꝑꝓ †minas pręcedentes oritur indicium ꝓpositi, dūmodo cōstet minantē occidisse eū, cui minatus est, nec distinguitur qn̄ cōstat, an solitus sit exequi minas. Et in p̄missis no-11 tandū est, ꝙ indicia †verbi duplicē vim hn̄t, sicut alia indicia, videlicet, quis fecerit, qn̄ 12 ignoratur, & quo aīo. Etenim †is vr̄ fecisse, qui prædixit facere, sed in hoc differt, ꝙ 13 qn̄ per supradicta indicia †quæritur quis fecerit, tūc distinguitur, an minās, iactans sit solitus exequi minas, & sic de aliis, secus aūt qn̄ constat prędictos occidisse, quia tunc prędicta oīa indicia sūt grauia, & sufficiētia ad cognoscēdū de ꝓposito. Et per ea ꝓcedi pōt ad torturam, siue in aliquibus ad cōdēnationem, vt infra dicetur. Scribētes dn̄t præsumi 14 †de ꝓposito cōtra minatum, si cōtinget eū occidere minātē, q̄a metus est vna ex causis impellētibus ad maleficia. Sed ego dico p̄sumi contra minatū, qn̄ cōstat ipsum cœpisse 15 rixam, aliter præsumi †contra minanté, & ꝙ minatus fecerit ad sui defensionē, q̄a in cri-16 minalibus, ꝙ †q̄s fecerit ad sui defensionē, ꝓbatur ꝑ cōiecturas, vide Ias. i l. vt vī. ff. de iusti. & iu. Postremo maximū est certamen 17 apud doctores, an minās, †qn̄ nō cōstat de īterfectores, possit torqri. Et secūdū Speculatorē pōt. vide in tit. de p̄sump. §. fin. Sed cōtra notatur in l. fi. ff. de hær. insti. Alii distinguūt, ꝙ si minās est potēs, & solitus exequi minas, ꝙ tūc possit torqueri, alii aūt, ꝙ possit

sit damnari. Hipp. in §. diligenter, num. 81. Alij vero dixerũt posse damnari, qñ tria cõcurrunt, videlicet, inimicitiæ, minæ, ꝑcussio cũ paruo ĩteruallo. Vide Bru. in tit. circa tertiam. Sed hæc opinio non placet, maxime, qñ offensus hẽt alios inimicos, ac ẽt, quia 18 †plures sunt causę, q̃ indicunt hoĩes ad maleficia, vltra inimicitias. Quare non cõsequitur necessario, ꝙ sit occisus à tali, cũ ab alijs potuerit occidi. Occurrit hic qõ, ꝙ minans 19 † possit impune offendi ab eo, cui minatus est ĩ illo actu minãdi secũdũ Hipp. in d. §. diligenter. Sed contra existimo q̃a nõ dr factum cum moderamine. not. in l. vt vim. ff. de iust. 20 & iu. Nõ tñ punietur pœna ordinaria. [†q̃a pœnam homicidij iusta causa, & dolor diminuit, not. in l. quicquid calore de reg. iur.]

## EX DICTO IN DELICTO, seu post delictum. Tract. VIII.

### SVMMARIVM.

1 *Clamor vulnerantis exauditus, an faciat indicium ad torturam?*
2 *Vox hominum est fallax, quia reperiuntur multi consimilem habere vocem.*
3 *Vox clamantis exaudita non habet vim probationis, sed indicij, nisi alia concurrant.*
4 *Clamor vulnerati, dicentis se offendi à tali, an contra nominatum indicium faciat?*
5 *Offenso non creditur sine alijs qualitatibus, etiam quòd haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret?*
6 *Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur.*
7 *Offensi dicto quando non sit credendum? nec inde oriatur indicium ad torturam?*
8 *Offensi dictum, quando cognoscere non potest ob aliquas circumstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.*
9 *Offensus quando non præsumatur mentiri?*
10 *Mulier clamans sibi vim inferri, facit indicium, si reus fuit cognitus.*
11 *Clamans contra offensum, licet nihil agat, censetur conscius.*

*De dicto offensi, & delinquentis. Cap. I.*

1 QVæritur, an per†clamorẽ vulnerãtis sine alijs oriatur indicium ad torturã? videlicet, qñ testes deponunt audiuisse delinquentẽ, & cognouisse ad vocẽ? Et secũdũ aliquos testimonium eiusmodi valet, & ꝓbat, videlicet, qñ q̃s audiuit vocem alicuius, licet non viderit loquentem, vtputa, ꝙ sit paries de medio, vel aliqua alia res inter loquentẽ, & testem: & de hoc est gl. not. in l. 2. §. idem Labeo, & in l. 2. in ver. audierunt. ff. de aqua pluuia. arcen. & Bal. in l. conuenticulas. C. de epis. & cler. Idem in l. Mosis, c. 22. Exod. & Iudicum, c. 18. ibi, agnoscentes vocẽ adolescẽtis, & lib. 1. Regum, c. 27. circa finem, ibi, cognouit Saul vocem Dauid. Sed ꝑdicta credo nõ esse vera, nisi alia cõcurrãt, ꝓut in di2 ctis iuribus; & re vera †vox hoĩum fallax est: q̃a reperiũtur multi cõsimilem hr̃e vocem, & simili modo potest dissimulari. Vnde alijs 3 † non cõcurrentibus (iudicio meo) nõ habebit vim probationis, sed indicij, & ita semel 4 iudicaui. Econtra autẽ †per clamorem vulnerati, & offensi clamantis se offendi à tali, potest oriri aliquod iudiciũ, licet variæ sit opiniones scribentiũ: nã secũdũ aliquos dicto offensi, etiam ĩ mortis articulo constituti nõ creditur, neq; oritur aliqđ ĩdiciũ ad torturam, nisi fuerit vallatum alijs circunstantijs, vtputa inimicitijs, & similib. vide Alex. 5 cons. 14. vol. 3. vbi dicit, †non creditur offenso sine alijs qualitatibus, etiã ꝙ haberet in manibus corpus Christi. Alij autem senserunt, vt credatur offenso etiam ad torquendum: limitãdo tamen, vt is offensus illud dicat in articulo mortis, & cum iure Bald. in auct. si dicatur. C. testa. Hippol. in §. diligenter, num. 118. sensit, ꝙ si offensus in mortis articulo est in plenitudine sui intellectus, homo bonæ conditionis, ac famæ, & tale deli6 ctum non possit per alios probari, tali casu †oritur indicium ad torturam cõtra criminatum. Hanc opinionem multi Recentiores mordent, & refellunt: Mihi aũt Hipp. opinio æqua vr: non est. n. existimandum offensum velle excusare offendentem, & alijs imputare, cum nõ sit maius odium, quam cõtra vul7 nerantem, & occidentem. Limito †tñ dcm̃ Hip. hoc pacto: videlicet, si delictum secutũ fuit nocte, tpe obscuro, tũc tali dicto nõ est credendum, q̃a verisimile est offensum scire nõ posse certe offendentem, arg. l. hac cõsultissima. §. cũ humana fragi. C. q̃ test. fac. pos. 8 Idem in alijs †casibus, in q̃bus similes circũstantiæ resistũt, & cõtradicũt, vtputa, licet fe-

ret

ret in meridie, sed offendētes erāt psonati: qa similiter dicto casu offensus nō pōt cognoscere offendētem. Et hunc casum semel
9 iudicaui. Et in duobus † tpibus offensus nō psumitr mentiri. videlicet, in articulo mortis & subito qn fuit offensus, nam tpe medio per suggestionem plures mentiri deprehēsi
10 sunt. Mulier † clamās sibi iferri vim, facit in
11 diciū, si re⁹ fuerit cognitus. Itē si qs † clamet cōtra offensū, licet nil agat, cēsetur cōscius.

1 *Famæ, seu dicto gentium an & quando sit credēdum?*
2 *Fama quando faciat indicium ad torturam?*
3 *Fama sola quis torqueri non debet.*
4 *Fama quid sit, & quomodo diffiniatur?*
5 *Credulitas testium etiam fide dignorum non condemnat, & multominus vulgi, aut populi.*
6 *Voces populi uanæ non sunt audiendæ: nec eis est credendum.*
7 *Fama est solum p̄paratorium inquisitionis, non autem fundamentum torquendi reum.*
8 *Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor.*
9 *Fama vnde originem traxerit, an sufficiat inspicere ad hoc, vt ex ea possit ad torturam procedi?*
10 *Fama sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes.*
11 *Intellectus l. de minore. §. tormenta. ff. de q̄stio.*
12 *Fama uehemēs an faciat indiciū ad torturam?*
13 *Testibus non testimonijs creditur.*
14 *Christus ob uoces populi fuit crucifixus.*
15 *Intellectus. l. decurio. C. de pœnis.*

*De fama, seu dicto gentium.* *Cap. II.*

De fama apud Oratores, sicut apud nos exempla nō desunt: Alij enim
1 † dixerūt nō temere famā nasci solere, qn subsit aliquid. Sed alij dixerūt famæ credi, qn̄ ē sine certo auctore dispsa, cui malignitas initium dedit, incremētū credulitas, ꝙ nulli non, ēt innocentissimo possit accidere fraude inimicorū falsa vulgātiū. Sed scd̄m Gād. in ti. de qō. publica vox,
2 † & fama orta cōtra aliquē statim commisso delicto in loco commissi criminis à psonis fidedignis parit indicium ad torturam: & rō est, qa fama orta subito commisso cri
3 mine, crimini inesse vr̄. Propter tn̄ † solam famam qs torqueri non debet, & rō est, qa dcm̄ unius multitudo facile seqtur. qua de re fama, & infamia cōtra aliquem facile oriūtur, & ita fere oēs sentiūt, vt in l. admonē di. ff. de iureiu. Et arguēdo à diffinitione famæ, nullum affert indicium: nam fama nō
4 † est aliud, nisi dicto gentium, siue vulgi ex imaginaria opinione, siue credulitate pcedēs: & sub tali diffinitione comprehēditur tam bona, q̄ mala fama l. 3. §. Idem diuus. ff de testi. Et tali famæ, siue dicto Iudex nō
5 debet fidere, cum credulitas † testiū q̄uis fide dignorum nō cōdemnet. l. testium. C. de testi. tāto minus vulgi, aut populi, iuxta illud. Scinditur incertū studia in cōtraria vulgus, Idē in l. decurio. C. de pœn. ibi. Vanæ uoces
6 † populi nō sunt audiendæ, nec enim uocib. eorum credi oportet. Quamobrē existimo
7 famam esse p̄paratoriū tātū inquisitionis, nō aūt fundamentum torquendi reū. Idem vr̄ pbari sn̄ia diuina, iuxta illud: descendā, & uidebo si clamorē, q uenit ad me, opere pfecit, vbi Deus p clamorem non aliqd iudicauit. Qua de re dixit, descēdā, & uidebo, & intellige ꝙ dixit tanq̄ Iudex, nō tanquā
8 Deus, qa † Deo explorata sunt oīa, & ītuetur cor. c. 16. Regum primo. Alij dixerunt
9 oportere cōsiderari, unde fama habuit † originē, & sic p originem pcedet ad torturā, si origo erit talis, ut p eā pcedi possit. Istud nō satisfacit (q̄uis origo famæ sit semper habenda) nā considerata origine pcedetur scd̄m eā, cōsequēter scd̄m indicia p̄cedētia famam. vtiq; erimus in casu indiciorū, p q̄ pcedetur ad torturā, si erunt talia, vt pcedi
10 possit, non tn̄ pp solam famam, quæ † sola non debet parare aliqđ indicium ad torquēdum, sed ad inquirēdum tātum, siue ad coadiuuandas alias probōnes, & ita iudicio
11 † meo intelligitur. l. de minore. §. tormēta. ff. de qō. Secus scd̄m Hip. in uehementi fa
12 ma. in §. diligēter, nu. 18. ibi. ꝙ fama † nō faciat indicium ad torturam, non hēt locum in uehemēti fama. Nam uehemēs fama est sufficiēs indiciū ad torturam scd̄m Bart. in cons. 192. Hæc aūt opinio nō placet: qa Iudex nō dēt cōsiderare, quia dicitur, sed vnde, & quid, & quale dicitur, & à qbus, testib.
13 † enim nō testimoniis creditur l. 3. uers. tu magis scire. ff. de testi. Et p hac opinione ui de tex. c. 22. Exod. ibi, nec ī iudicio plurimorum acquiesces sn̄ię, vt à vero deuies. Exēplo ēt pniciosum ē cū magni, sanctiq; viri vulgi opinione perierint, & trucidati sunt.
14 Omitto antiquos, & in vnū finio, † Xps. n. per

per voces populi crucifixus est, quare &c. Et 5 lex Decurio † supra allegata loq̃tur de hac fama. Nam vt dictũ est in c. de fama reorũ in prin. fama dupliciter consideratur vt ibi.

1 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, dummodo sit uerisimilis, & sit probata per duos testes.*
2 *Cõfessio facta ab irato, ebrio, vel stolido nõ ualet.*
3 *Confessio extraiudicialis sine causa non valet ad obligandum, inducit tamen semiplenam probationem, licet sit factum sine scriptura.*
4 *Confessus legitime in iudicio, põt ad totum id, super quo proceditur cõtra eum ciuiliter, vel criminaliter condẽnari, licet processus sit ineptus.*
5 *Indicium oritur cõtra eum, qui dicit se primo occisum inuenisse, vel primo homicidium uidisse.*
6 *Ingerens se est suspectus.*

*Ex dicto post delictum. Cap. III.*

1 PRopter confessionẽ † extraiudicialem põt torqueri, dũmodo sit verisimilis & sit probata per duos testes. Itẽ con2fessio † facta ab irato nõ ualet, gl. est in c. ex literis de diuor. Idẽ ab ebrio, siue aliter 3 stolido. Itẽ cõfessio † extra iudicium sine cã, scd̃m oẽs nõ ualet ad obligãdũ. inducit tñ semiplenã ꝓbõnem, licet sit facta sine scriptura. vide Matthesil. in sing. 13. secus facta in iudicio, q̃a tũc calor iudicii supplet defectum, not. in l. 1. C. de confes. Item quoties 4 apparet † reũ in iudicio legitime confessum totum id, super quo proceditur contra eum criminaliter, seu ciuiliter p̃t cõdẽnari, q̃uis totus ꝓcessus sit ineptus. Sed de cõfessione, ne bis repetatur, vide ĩ c. 8. & fi. de tormẽtis. 5 Item indiciũ † aliqñ sumitur cõtra aliquẽ, q̃ primo dicit occisum inuenisse, & cõtra aliquẽ q̃ primo dicit uidisse homicidiũ scd̃m Parid. de Put. in verb. tortura in fi. Et rõ est, 6 ꝙ qui † se ingerit suspectus est, uide Hipp. §. diligenter nu. 150. Sed dic contra, nisi alia concurrant, vt inimicitia, & similia.

## EX NON DICTO.
### Tractatus IX.

*SVMMARIVM.*

1 *Taciturnitas imitatur confessionem.*
2 *Taciturnitas domestici parit indicium ad torturam exemplum hic ponitur.*
3 *Reus interrogatus per iudicem, si non respõdeat, potest etiam sine indicijs torqueri.*
4 *Recipiens literas debiti, si nihil dicat, videtur debitum fateri, & quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum?*
5 *Positioni duo continenti respondens, si dicat de uno non credere, an de alio fateri credatur?*
6 *Tacens habetur pro contradicente in onerosis, & obligantibus personam, nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus.*
7 *Taciturnitas nocet quoties reus tenetur respondere negando, aut confitendo.*
8 *Constitutio si fiat tertio præsente, & tacente, ille non dicitur consentire.*

EXtremum aũt, aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si tacebitur, aut elicienda est r̃nsio, aut q̃m 1 † taciturnitas imitaĩ cõfessionẽ, ac si cõfessum sit, cõcludere oportebit, vide Cic. 2 in 1. de Inuent. c. 8. Taciturnitas † domestici parit indiciũ ad torturã. & dicit Par. de Put. ꝙ q̃dam mulier diu tacuit mortem viri sui, & quadam die clamauit reperisse eum mortuum, q̃ fuit capta, & torta cõfessa fuit interfici fecisse virũ. vide eũ in verb. tortura, col. 3. Sed hæc cõclusio nõ est tuta, & req̃rũtur alia simul scd̃m Hip. in §. expedita. Itẽ reus 3 interrogatus † per iudicẽ non r̃ndens, põt torqueri, ẽt sine indicijs. vide in trac. de tormen. c. 3. Item si scribis † alicui, ꝙ reddat ti4bi cẽtũ ei mutuatos, recepit litera, nihil dicit, vr̃ fateri, Bar. in l. quo. n. ff. rem rat. habi. Sed limitat, ꝙ testes, q̃bus p̃sentib. dabitur litera habeant copiam, & ꝙ adsint qñ aperitur. vide Matthes. in sing. 22. Itẽ si scribetur tibi, ꝙ sunt testes, q̃ dñt, te per insidias occidisse Gaiũ, si accipis lr̃as, & nihil dicis, oritur indicium ad torturam, licet multi contra sentiant. vide Hipp. in §. diligẽter, nume. 5 138. & Blanc. num. 224. Item si quis r̃ndet positioni, quæ cõtinet duo, videlicet, ꝙ cõmodaui tibi Codicem, & Volumen. tu r̃ndens, non credo de Codice, videris fateri de Volumine. Idem ẽt si q̃s interrogetur extra iudicialiter secundum gl. in c. non ne. de p̃sump. Sed secundum aliquos ex supradicta cõfessione tacita solũ oritur semiplena pro6bõ. vide Rom. in sing. 78. Et secũdum † multos in onerosis, & obligantib. personã taces habe-

habetur pro condicente: nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, q. videatur venire ad ꝓbonē actus. not. in l. q. patitur. ff. 7 mād. Sed in pdictis † credo taciturnitatē nocere, quoties reus tenetur respōdere negando, aut confitendo, ꝓut crialiter, quādo interrogatur ꝑ Iudicē: & ciuiliter, quādo monetur respōdere positionibus, siue alijs actibus. arg. l. 2. §. ꝙ obseruari. C de iur. calū. Et dicit Ro. in sing. 482. ꝙ si est facta constitutio, tertio pſente, & tacente non dicitur cōsentire: quod est notandum in hac materia.

1 *Mendaciter respondens, an possit torqueri?*
2 *Variatio, seu mendacium in quibus, & circa quæ noceat?*
3 *Mentiri in quibus liceat propter salutem?*
4 *Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.*
5 *Delictum quo casu per mendacium approbari videatur?*
6 *Accusatus de homicidio, qui negauit se occidisse, & fuit conuictus, an possit alia defensione vti.*

*Mendacium, an faciat indicium ad torturam.* *Cap. II.*

1 REus mendaciter † respōdens pōt torqueri: q̄a tacēdo veritatē, videtur esse in dolo. l seruus. ff. de dolo Alij cōtra q̄a licet reo contraria dicere ꝑꝑ salutē. Propterea aliqui distinguūt, ꝙ quando mendaciū est circa negociū principale, seu circunstantias, tunc facit indiciū ad torturā vtputa, si esset varius circa locū delicti, 2 vel tps. tūc variatio † seu mendaciū nocet, vt in exēplo Bar. in l. fi. ff. de q. vbi ꝑꝑ delictū de nocte, Iudex interrogat suspectum, vbi, & cum quibus fuit illa nocte, & si reperitur mendax, oritur maxima pſumptio. Secus au 3 tē † si mendaciū fuerit circa diuersa, vtputa, circa nomē loci & originis, & alterius rei similis, tunc.n licet mentiri ꝑꝑ salutē. Omitto alias distōnes scribentiū, & dico, quoties tractatur de aliquo facto, ꝙ hēt annexā determinationē loci, vel tpis, vel alterius rei, de qua agitur, tūc mēdaciū nocet, vt in exēplo Bar. quoniā dicto casu reus videtur deliquisse: q̄a nō apparet alibi fuisse, & repitur mēdax: quia de re reus pōt torqri. Itaq; si ac 4 cusatus † de homicidio, negauerit occidisse, si ꝓbabitur, poterit tn̄ dicere fecisse ad sui defensionē, licet mentitus sit, secundū Bar. in l. cum de indebito. ff. de prob. quia mendacium non est circa negocium principale, 5 vel quia † non approbat delictum terminatum per locum, & tempus, vbi reus videtur fuisse, quoties alibi se fuisse dicit, & mentitur, & si approbat delictum per mendaciū. Quod si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, & fuerit cōuictus, nunquid possit alia defensione vti, excipiendo se illum ad suam defensionem fecisse, vel aliter, responde secundùm Barto. & alios scribentes posse, prout no. in l. nemo. ff. de reg. iur. & est communis opinio.

## DE INDICIIS INDICANTIBUS de reo, sed non de proposito. Tractatus Decimus.

SVMMARIVM.

1 *Indicia per quæ arguitur de delicto, sed non de proposito.*
2 *Quærendum nō est de aīo, nisi vbi de reo cōstat.*
3 *Probatio coniecturalis est triplex, circa ea quæ indicant delictum, sed non propositum.*

DIctum est supra per q̄ cognoscitur de delicto, & ꝓposito simul. Superest 1 videre de alijs indicijs, † per quæ arguitur de delicto, sed non æque de ꝓposito sine alijs, & hæc ēt scire oportet, q̄a (vt sæpe 2 dictum est) quæri † non debet de animo, nisi vbi de reo constat. Et in ijs triplex est con-2 iecturalis probatio. Prima, † per visum. Secunda per auditū. Tertia per tactū, q̄bus tn̄ adijciunt Oratores gustum, & odoratū, sed hæc duo ad venena ꝑtinēt, vt infra dicetur.

1 *Probatio quæ fit per visum, omnibus alijs est maior. Et tūc dicitur plena probatio, quādo fit ꝑ duos testes de visu omni exceptione maiores.*
2 *Torqueri an possit reus ex dicto vnius testis de visu maxime si testis sit oī exceptione maior?*
3 *Testis de visu, vt faciat indiciū ad torturā debet deponere, ꝙ interfuerit maleficio, aliàs secus.*
4 *Testes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*
5 *Testis vnus de visu facit indicium, nisi aliæ circunstantiæ resistant.*
6 *Testis, qui non est omni exceptione maior, in quibus probet?*

Testis

7 *Testis non idoneus per aliquod priuilegium idoneus fieri non potest.*
8 *Testis debet esse omni exceptione maior, quando tractatur de condemnando, secus de torquendo.*
9 *Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur: quia tunc cessat periculum corruptionis.*
10 *Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.*
11 *Testi inimico etiam in casu inquisitionis credendum non est.*
12 *Testes inhabiles in casu accusationis admissi non debent etiam ad torquendum.*
13 *Iudex videns delictum committi, non potest tamen sine alijs probationibus reum torquere.*
14 *Visus vibrare gladium contra vulneratum, licet non sit visus vulnerare, poterit torqueri.*
15 *Testes si dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.*
16 *Inimicus interfecti, si visus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.*

*De indicijs per visum vnius testis, seu Indicis. Cap. I.*

1 PRobatio, quæ † fit ꝑ visum secundùm oēs, est maior oĩbus alijs & tunc dicitur plena ꝓbō, quādo fit ꝑ duos testes de visu, & oĩ exceptione maiores. Sed 2 dubitatur, an ꝑ † solū dictū vnius testis de visu possit torqri reus? Et nō ē maius indiciū isto: vñ secūdū multos pōt torqri, dūmō testis sit omni exceptione maior. vide Bart. in 3 l. admonendi. ff. de iureiur. Itē debet † deponere, ꝙ interfuerit, aliter non facit indiciū 4 ad torquendum: nā qñ † deponeret super remotis à maleficio, & his, quæ cōsequuntur, requirūtur duo testes vt not. in l. fi. C. fam. 5 ercisc. Adde, secūdū Bal ꝙ vnus testis † de visu facit indiciū, nisi aliæ circūstātię resistāt, vt ꝑ eum. in l. 2. C. quorū appella. Volunt tñ 6 aliqui, qđ licet † testis non sit oĩ exceptione maior, ꝓbet tñ in aliquibus, videlicet, qñ cōcurrit leuitas vitæ rei. Itē in criminibus exceptis. vide gl. in l. 3. ff. de testā. Hoc tñ multi respuunt. vt Alex. in cons. 11. vol. 1. q a te-7 stis † non idoneus ꝑ aliqđ priuilegium non pōt fieri idoneus. Alij sentiunt, qđ talis testis, licet non maior omni exceptione, ꝓbet tamē qñ alia merita ꝓcessus concurrunt. De-8 mum restringunt qđ testis † debet esse omni exceptione maior qñ tractatur de cōdemnādo, secus de torquēdo: & rō est, quia maius versatur periculum ĩ condēnando, quàm in torquendo, vt tradit Hip. §. diligēter. nu. 4. 9 In prædictis † distinguo, quòd in casu inquisitionis testes ēt nō idonei admittātur secūdū Bal. ĩ l. 1. C. de sū. trin. Et rō reddi pōt, ꝙ hoc casu cessat periculum corruptions: q a 10 † licet testes sint infames, non nisi instigati falso deponunt, qđ nō accidit ĩ supradicto 11 casu: Limitarem † tñ non esse credendum inimico, licet ĩ casu ĩquisitionis ꝑ regulā, ꝙ inimici de inimicis semper male cogitant, & facile mētiunt. In casu vero accusationis 12 testes ĩhabiles admitti nō debent, neq; ad torquēdum, q̃uis sint ĩ cōtrarium supradictæ auctoritates: Et si velis sequi opinionē ꝑdcōrū, saltē restringe, ꝙ ex nā negocij non possint fieri alij testes, & aliter veritas fieri neqat, & tractet đ torquēdo tñ. Iudex q̃uis 13 † viderit committi delictum, nō pōt tñ sine alijs ꝓbōnibus torquere reū, vt ꝑ Spec. tit. 14 đ sē. §. qualiter. Visus vibrare † & iacere gladiū cōtra vulneratū, licet nō sit visus vulnerare, poterit tñ torqri secūdū Spe. ti. de ꝓb. 15 §. & si. Si testes † dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse, in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit ꝓcedi ad cōdemnationē, & rō est, ꝙ nō est defensio in contrarium. Reper-16 to interfecto, inimicus † interfecti visus ambulare solus in loco delicti cū gladio euaginato, poterit cōdēnari. vide Ang. de id. idu.

1 *Reperti in crimine, an ex hoc solo conuincantur, vt de facto puniri possint?*
2 *Reperti in domo, vbi perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, poterunt torqueri, & an ex hoc possint damnari?*
3 *Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.*
4 *Reperti in loco delicti, vel in loco proximo, possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.*
5 *Repertus prope mortuum cum gladio, poterit torqueri, & an damnari?*
6 *Vicini habent indicia contra se, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia saltem scire præsumuntur.*

*De repertis in crimine, siue in loco criminis. Cap. II.*

1 REPERTI † in crimine ex hoc solo con-

conuincuntur, & de facto possunt puniri secundum gl. in l. ictus fustium ff. de his q. no. inf. Sed hæc opinio non placet: q a quis reus fateatur crim (qđ est maius) monetur tñ, vt suas faciat defensiones not. in l. 1. §. si qs in villa. ff. ad Syll. & c. 22. Exod. Si in aliqua
2 † domo perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, reperti in illa domo tpe delicti torquebuntur, & rõ est, q a psumuntur scire, & secũdũ aliquos pñt dãnari. Sed dic, vt tit. fin. ne qs p aliqua indicia cõuincatur. Et su
3 pradicto casu † tortura incipiet à solito de-
4 linquere, secũdũ Ro. l. 2. ff. ad Syl. Repti † in loco delicti pñt torqueri. Idẽ si in loco proximo. l. 1. §. q. tergo. ff. ad Syll. Prædicta multi limitant, q inuentus sit inimicus interfecti vel q aliæ adsint causæ. Alij addiderũt, q sit inuẽtus cum armis. Sed ego credo sufficere, vt inuentus sit inimicus interfecti, licet nõ inueniatur cũ armis, q a post delictũ potuisset celare arma. Cõclusiue distinguendo, vt supra, pcedetur ad torturã, & nõ aliter, q a põt qlibet obuiare sorte, & casu. Re
5 pertus † ppe mortuum cum gladio poterit torqueri, sed secũdũ alios dãnari ob manifestũ indiciũ. vide Bar. ĩ l. manifestus. ff. de fur.
6 Sciendũ est † q si nõ repiuntur rei vt supra dcm̃ est, capient idicia cõtra vicinos, q saltẽ psumunt scire. maxime in furtis. Bald. l. 1. C. locati, & in l. diuina. Deut. c. 21. in princ.

1 *Indicia, quæ trahuntur ex his, quæ consequuntur delictum, quæ sint?*

2 *Arma, vestes, & similia in loco delicti reperta, an faciant indicium ad torturam?*

*De armis, veste, & similibus apertis,* Cap. III.

Post supradicta indicia visus, & reperto rum in loco delicti, q p oẽs apellãtur ppinqua, superest videre † de alijs, quæ
1 reperiuntur ĩ loco delicti, seu cõsequũtur delictum, vt p auct. ad Herẽ. lib 2. tit. 6. ibi, in cõsequenti tpe spectabitur, à quo factum sit. hoc modo, si telum, si vestimẽtum, siquid eiusmodi relictum sit, aut vestigium repertum fuerit. &c. de quo ẽt vide Quint. lib. 5. c. 9. & 10. Cic. de inuent. tit. 13. in l. Diuina. c. 39. Genes. Paris de Put. de Syndic.
2 colum. 5. Sed per hæc † indicia proceditur ad torturam, nisi aliæ circũstantiæ resistant, & nisi accusatus aliquam iustam causam ostenderit, vtputa, q vestimẽtum, siue aliud repertum vendiderit, aut quid simile.

1 *Fuga sola, an præstet sufficiens indicium ad torturam, vel tantum faciat suspicionem, nisi cum alijs iungatur?*

2 *Intrinseca in criminalibus probantur per extrinseca.*

3 *Fuga quando tantum pariat indiciũ ad torturã?*

4 *Reus præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.*

5 *Fugiens post querelam, seu inquisitionem formatam, contra se non indicat.*

6 *Fuga quoties potest aliqua probabili causa colorari non facit indicium.*

7 *Fugiens post commissum homicidium, an excusetur, si dicat se fugisse: quia timebat ne consanguinei occisi, ipsum offenderent?*

8 *Fugiens ab suspicionem accusationis, vel inquisitionis, an excusetur? vel si aliquod indicium inde oriatur, an iuramento rei tollatur.*

9 *Iuramento probãtur ea, quæ in animo consistunt.*

10 *Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quod reus deliquerit.*

11 *Conscientia scelerum mille testes.*

12 *Criminales quæstiones iuramento reorum non deciduntur.*

13 *Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia.*

14 *Tortura datur in supplementum in causis criminalibus, quando veritas haberi non potest.*

15 *Tortura in criminalibus succedit loco iuramenti.*

16 *Iuramentum purgationis est quoddam remedium extraordinarium;*

17 *Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.*

18 *Fuga si alicui obyciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur.*

19 *Fuga probata, probata etiam dicitur suspicio.*

20 *Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.*

21 *Famulus fugiens à domino, an præsumitur domini res, si non adsint furto subtraxisse?*

22 *Fuga famuli, an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.*

23 *Fuga, an aliquo casu faciat probationem.*

24 *Innocentia rei etiam confessi, & condemnati omni tempore est quærenda.*

25 *Indicia quæ oritur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.*

Fuga

26 *Fuga in promptu idē operatur, quod fuga in actu.*
27 *Probandi onus incumbit accusatori, & accusato quando quis fugit, sed quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori.*

*De fuga.* *Cap.* IIII.

1 PRopter solam†fugā q̄s torqueri non debet: q̄a nō facit indicium, sed suspicionē, secūdū Bar. i l. fi. ff. de q. Secus si fuerit iūcta cū alijs, vt fama, inimicitijs & similibus circunstantijs. Alij aūt senserūt p solam fugam posse torqueri reum q̄a est animi indicium, & accusat fugientem, & in 2 †criminalibus p extrinseca pbantur intrinseca l. fi. ff. de diuor. Idem in l. Moysis. c. 28. prouerb. Fugit impius nemine psequente iustus. Sed conclusiue dic. q̄ qn̄ cōstat iudici, q̄ reus abest ob causam, qua accusaᵗ, siue 3 inquiriᵗ, tunc fuga parit indicium ad tortu 4 ram. Et notandum est q̄ reus præsumitur discessisse ob causā, p quam accusaᵗ, siue inquiriᵗ, nisi aliam iustā causam pbet. l. de mi 5 nore, & ibi Bal. C. de adul. Limitant tñ prædicta scribentes q̄ q̄s non possit torqueri, qn̄ aufugit post q̄relam, siue inquisitionem formātur: q̄a q̄libet rōnabiliter sciens se esse accusatum, licet sit īnocens, q̄rit fugam, & tunc fuga non pōt dici animi indiciū, sine cōscientiæ signū, ex quo prouenit ex diuersa causa, & timore indicij. Et sīr limitāt si alia simili cā iusta fugerit, & sic succedit 6 regula gñalis. quoties fuga pōt aliqua pbabili cā celari, aut colorari nō facit idiciū, vtputa si ille, qui aufugit, est solitus trāscurrere per diuersas ciuitates. Occurrit hic exēplum Bru. videlicet si q̄s commisso homici 7 dio†aufugerit, dixeritq; aufugisse, ne cōsanguinei occisi ipm offendāt, nō videbitur suspectus, & excusaᵗ, vide eū in q̄ō. incip. circa tertiā. Hoc tñ non placet, q̄a si tale concedereᵗ, nunq̄ fuga faceret indiciū: nā quilibet p p̄dicta se excusaret. Itē nō est æqua excusatio: q̄a nō debet q̄s timere cōsanguineos, si delictum nō commisit, imò ex tali excusatione oriᵗ idicium, quia ppalat se, & dat signa certa cōsciētiæ. Quare dic, vt supra nisi pbareᵗ cōsanguineos defuncti añ fugā minatos esse accusato, q̄a tunc recte pōt dici ob p̄cedētes minas fugisse. Itē secūdū Hip. 8 suspicio q̄ sit formata †accusatio, siue īquisitio excusat fugientem, & si ex fuga aliq̄d oritur indicium, illud tollitur p iurm, & sic fuga nunq̄ faciet īdicium, quia fugiens poterit semper dicere, & iurare quod aufugit p p suspicionem, vide eum in §. diligenter. num. 42. quem oēs recentiores sequuntur 9 defendendo eum q̄ ea, †quæ in animo consistunt, directe p alios pbari nō pñt, nisi solo iuro, cui crediᵗ secūdū gl. in §. sed istæ, īst. de actioníbus, vbi Ias. multa ait. Sed contra teneo per infrascripta, pimo quia suspicio 10 †non est iusta causa fugæ, imò per eam arguitur, q̄ reus deliquerit iuxta regulā diuinam: fugit impius, nemine psequente. suspicio. n. rei q̄ pcedaᵗ cōtra se, dat signa cōsciē 11 tiæ, iuxta illud, cōsciētia † scelerum mille testes. Et dum Hipp. dicit tale indicium toli p iurm r̄ideo, q̄ non probatur aliqua lege, 12 imò † q̄ōnes criminales nō deciduntᵗ iuro reorum, not. in l. admonendi. ff de iureiur. Idē tenuit Hipp. in §. postq̄. in princ. Et iu 13 re merito in criminalibus non datur iurm aliquod causa purgādi aliquas suspiciones, 14 siue dicia, quia tortura† daᵗ in supplementum in causis criminalibus, qn̄ veritas hr̄i 15 nō pōt secūdū Bar. in l fi. ff. de q & sic†loco iuri succedit tortura, q̄ ēt q̄a plures gradus hēt, pōt dari secūdū qualitatem idiciorū. Et notandum est q̄ doctrinæ, quas citauit Hip 16 po. loquūtur de†quodā iuro, q̄d à scribentibus purgationis dr̄ & est remedium extra ordinarium, & afferᵗ exemplum p p̄dictos de aduena conquerente sibi sublata esse aliqua bona in hospitio, nulla tñ hn̄te indicia, aut suspicionem cōtra hospitē, tunc, & simili casu pōt iudex deferre iurm̄. Hoc idem in l. Moysis. c. 22. & 23. Exod. ibi, si latet fur dn̄s domus applicabiᵗ ad Deos, & iurabit q̄ nō extenderit manum in rem pximi sui ad per 17 petrandum fraudem. Sunt †q̄dam casus, in q̄bus pbata fuga pbaᵗ delictum q̄ cogno- 18 scūᵗ p regulam gñalem, videlicet qn̄ †fuga obijciᵗ alicui, tanq̄ crimē, tunc pbata fuga pbatum est crimē: q̄a lex tūc ponit ipsam fugā. tanq̄ specificū crimen, non aut tanq̄ signum criminis. l desertorē. ff. de re milit. Idem in cœnobita fugiēte ex cœnobio. Iti 19 dē†qn̄ agitur an q̄s sit suspectus, vel non, pbata fuga, pbat & suspō. Itē fuga pbari 20 † debet p duos testes, sicut quolibet aliud indicium, est gl. de hoc in l. fi. C. fami. ercisc. Multos alios casus ponit Hipp. in §. diligen 21 ter puta de famulo †fugiente à dn̄o: nam si repiūtur amissæ aliq̄ res dn̄i, videbitur ta

lis famulus subtraxisse. Sed multi hanc opi-
22 nionē respuunt, refellūt. Hoc amplius † sentiunt, ꝓ tale indicium nō posse torqueri, cū exigātur alia indicia cum fuga. no. in l. 1. in princ. ff. de q. vide Brun. in tract. de ind. col. 3. Sed in hac difficultate sentio, ꝙ ex fuga famuli oriatur īdiciū ad torturā, qn̄ hæc cōcurrūt, videlicet, dn̄m habuisse dicta bona, & seruū verisilr̄ potuisse auferre. Itē ꝙ dn̄s si bonæ fidei, & econtra seruus sit aliquantulū suspectus: Aliter. n. nō est ꝓcedendū ad torturā: q̃a cōtingit sępe famulos fugere ꝑꝑ timorē domini, siue aliā similē causā, & dn̄i sæpe mētiūtur cōtra seruos. Itē dicit fugā
23 facere ꝓbōnem, videlicet, si sūt duo exules eiusdem nominis, & nescit vere vter ipsorū sit exul, tūc ille, q̃a aufugit, iudicabitur esse ille q̃ est exul. Prædicta opinio nō placet: q̃a fuga pōt cōtingere ex diuersis accidētibus, vide q̃ not. in l. 1 ff. de in ius vocan. Qua de re ob solam fugam nō damnarem: quia oī
24 † t. ꝑe de innocētia rei ēt cōfessi, & cōdemnati q̃rendum est, si de innocētia cōstat. Et īdi
25 cia, q̃ oriūtur † cōtra fugiētē extēdūtur cō-
26 tra parātem aufugere ꝑ reg. idē † operatur fuga ī actu, sicut fuga ī ꝓmptu, secūdū Bal. ī l. pign. gr̄a. C. de pign. actio. Postremo notādū est, qđ tradit Brun. in gl. circa tertiam, in vers. adde notabilē effectō fugæ, & absen
27 tiæ ꝙ licet † qn̄ q̃s fugit, incūbit onus ꝓbandi accusatori, & accusato, tamen qn̄ q̃s non aufugit, incumbit solum accusatori.

*1 Vestigia, seu forma pedis in niue luto, aut puluere relicta, an facia t indicium ad torturam, vel ad condemnationem?*

*De forma pedum.* *Cap. V.*

1 PEr vestigia † seu formam pedum relictā in niue, luto, seu puluere oritur indicium ad cōdemnandum, vide Alb. in l. indicia. col. 2. C. de rei vend. vbi dicit, ꝙ cū quidam criminaretur de vuis ablatis à vinea, adductus fuit reus ad locum vestigiorum, & quia Iudex reperit formam pedum conformem, condemnauit eum. Sed dico hoc non sufficere ad torquendum, & minus ad condemnandum: contingit enim inter homines quædam similitudo, & forma pedum, vnde facile Iudex potest errare. Quamobrē tale indicium, nisi fuerit vallatum non sufficit: accedentibus vero alijs poterit reus torqueri, vide Bal. in l. non hoc. C. vnde legit. in l. diuina. de simili idicio ī psal. Dauid. n. 51. Ibi. in medio ipsi calcaneū obseruauerunt.

*1 Cruor si in vestimentis, aut armis alicuius appareat, an oriatur indicium ad torturam?*
*2 Visus si aliquis sit exire cum gladio sanguinolento, vel visus fuerit fugere versus nemora, delicti indicium manifestum habere dicitur.*

*De cruore in vestimentis:* *Cap. VI.*

1 SI cruor † in vestimentis, aut armis alicuius apparebit, oritur īdiciū ad torturā, secūdū multos. Credo tn̄ hoc nō sufficere, q̃a talis sāguis pōt accidere ex diuersis accn̄tibus, & secūdū Quint. lib. 4. c. 9. ibi, sanguis, vel ex hostia respxisse vestē pōt, vel è naribus ꝓfluxisse: non vti, qui vestem cruentam habuit, homicidiū fecerit. Sed, vt ꝑ se hoc indicium non sufficit, ita cæteris ad iūctū testimonij loco ducitur, vtputa, si reus fuerit inimicus interfecti: si ante minatus: si eodem in loco fuit, vbi de delicto cōstet: ijs. n. & similibus cruori addictis, orietur manifestum indicium, vide Quin. lib. 5. de signis. c. 9. & Cic. lib. 1. de inuent. tit. 13. vbi de prædicto, & similibus fit mentio. Apud iurisconsultos id īdicium est manifestum, vt puta vi
2 sus † exire cum gladio cruento à loco delicti, vel visus fugere versus nemora: de iis dicetur in tit. ne reus per aliqua īdicia cōuincat.

*1 Pallor an indicium faciat ad torturam.*
*2 Cordis dispositio magis apparet in facie, quā magis vrgent omnes sensus, quàm alias partes.*
*3 Pallore in reo superueniente, quando interrogatur à iudice, ob id reus non torquetur.*
*4 Sapientis animū paulisper moueri, & contrahi, et pallescere necesse ē, nō opinione mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, atque rationis peruertentibus.*
*5 Confidentiæ signum est non pallescere, & non expauescere, cum naturaliter quis expauescere debeat.*
*6 Intellectus. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst.*

*De pallore, & trepidatione, & similibus.* *Cap.* VII.

1 A Pallore, & similibus oritur īdiciū ad torturā, secūdū Bart. in l. de minore, ff. de q. & rō est secūdū Philosophos,
2 quia † cordis dispositio magis apparet in facie,

cie, quam magis vrgent oẽs sensus, quã alias partes. Et vere q̃d accidit diffuso sanguine, aut cõtracto, vide Gel. lib. 19. cap. 6. Idem in lege diuina. c. 2. Neemiæ, ibi, quare vultus tuus tristis est, non est hoc frustra, sed malũ nescio qđ ĩ corde tuo est. Et c. 4 Gen. ibi, cur cõcidit facies tua. Sed ex p̃dictis secũdũ Bru. nõ oritur indicium ad torturam, vt p̃ eum ĩ gl. circa tertiam, quem multi scribentes sequuntur. Vnde distinguo si ante delictũ quęretur, de hoc dcm̃ est ĩ tract. primo. in c. 8. Si aũt post delictum subito quis appareat ex accidenti pallidus, & non appareat de causa, poterit torqueri, dummodo sint inimicitię, vel alia, ex q̃bus possit vltra pallorem coniectari. Secus qñ reus † interrogatur à Iudice, aut alijs personis, tunc. n. licet palleat, trepidetq; nõ tñ torquebitur, & rõ est, q̃a pallor, & similia contingunt ob diuersa accidentia. Et primo ob magnitudinem periculi: sapientis enim † aĩum paulisper moueri, & cõtrahi, & pallescere necesse ẽ, nõ opinione alicuius mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, atq; rõnis p̃uertentibus. vide Gel. lib. 18. c. 1. Et licet p̃dicta possint cõtĩgere, ẽt cõsciẽtia peccati, tamẽ in causis nõ vere apparẽtibus non pręsumitur causatũ: Imò secũdũ † Oratores, & Philosophos põt dici eũ, qui nõ expauescit, vsq; adeo præmeditatũ fuisse q̃d sibi esset vsui futurum, vt cõfidẽtissime resistens ꝛideret, q̃ signa cõfidentiæ, nõ innocentiæ sunt, de quo ad Heren. lib. 2. tit. 7. & Gel. in libris, & c. vt supra. Et ratio est secundum supradictos auctores, ꝙ quoties homo non expauescit, cum naturaliter expauescere debeat, & soleat, p̃cogitasse, & p̃sciuisse credi oportet, & ita põt intelligi. l. de minore. §. tormẽta. licet doctores aliter intelligant. ff. de q.

1 *Tactus indicium affert, sed fallax. Idem de odore, gustatu, & simili alio sensu: possunt tamen facere suspicionem.*

*Ex tactu, odore, gustatu.* Cap. VIII.

EX tactu oritur indicium, cum reus cognitus est: q̃a ei tacta sunt arma, vel alia instrumenta, q̃ sub pallio gestasset, vel ꝙ manus, & alia pars corporis tacta sit. Sed indicium hmõi fallax est, vt in c. 27. Ge. ibi vox Iacob est, sed manus sunt Esau. Idem ex odore, & gustatu, & simili aliquo sensu, nam quiuis horũ sensus põt constare suspicionẽ. vide Auth. ad Heren. lib. 2. tit. 6.

1 *Bannitus per contumaciam si se præsentet, an ob id tantum, sine alijs indicijs possit torqueri?*
2 *Absentiæ indicium tollitur per spontaneam præsentationem rei.*
3 *Iudex non debet plus oneris imponere, quàm lex, imò mens iudicis debet esse conformis legi.*
4 *Absentia rei potest contingere ex diuersis causis, & accidentibus.*
5 *Iudex non debet male præsumere de his, quæ lege conceduntur.*
6 *Contumacia sola quis torqueri non debet.*
7 *Absens non damnatur, si contra eum delictum probatum non fuerit.*
8 *Contumax reus si capiatur, ex hoc solo poterit torqueri.*

*De absentia exulum ad inquirendum.* Cap. IX.

SEcundum Brun. in tract. 5 principaliter per supradicta oritur indiciũ ad torturã, vbi dicit. Addo alium casum, in quo põt ad torturã perueniri sine indiciis, videlicet: quãdo accusatus † vel ĩquisitus, q̃a non comparuit positus fuit in banno: nã si postea cõparet, ꝙ vult purgare cõtumaciã, & respõdere, ꝙ forte ei à statuto permittitur, poterit torq̃ri sine aliis ĩdiciis, vide Hip. §. diligenter. num. 136. Sed p̃dicta non sunt vera. Primo, quia indiciũ † absentiæ tollitur per p̃sentationẽ rei. arg. l. diuus. ff. de in inte. resti. Secundo quod lege permittente fit, iure veri videtur: Iudex. n. † non debet plus oneris imponere, q̃ lex: & mens Iudicis debet esse conformis legi. vt per Bal. in l. 2. C. penden. appella. vide c. 12. Deute. Tertio, q̃a absentia † pot est contingere ex diuersis accidentibus, & de absente (lege concedente) nõ est male præsumendum, quia de iis, † q̃ conceduntur Iudex non debet male p̃sumere. l. si tutor. C. de priuil. tut. Postremo † non debet quis per solam contumaciam torqueri, cum nec possit exulare. l. rapt. C. de episco. & cle. vbi plus dicitur, ꝙ licet † reus absit, non damnatur tamen, si contra eum non fuerit probatum delictum. Et intellige in † reo se præsentante in termino legis: secus quando reus fuerit captus, quia tunc poterit torqui.

1 *Sortilegijs, & diuinationibus multi ad tormenta procedunt.*

Malefi-

2 *Maleficium tollere licet etiam per incantationes dæmonũ, dummodo animus nõ recedat à Deo.*

3 *Sortilegia nec etiam ad inquirendum indicium præstant.*

4 *Sortilegijs nec(uitæ salus est quærenda, vel recuperanda.*

5 *Iudex per sortilegia inquirens potest puniri, quãuis reus reperiatur culpabilis.*

6 *Illicitum committens ab illiciti pœna non excusatur, quamuis tale illicitum ad optimum finem peruenerit.*

7 *Sortilegijs, & diuinationibus Caldæi præcipue vsi sunt in Syria.*

*De sortilegijs.* *Cap. X.*

1 PEr sortilegia, † siue diuinationes multi procedunt ad torturã, freti credo cõsilio Baldi incipiẽte, q̃a q̃õ ista, vbi dicit 2 † licere maleficium tolli ẽt per incãtationes Dæmonum, dummodo aĩus non recedat à Deo. Sed Hipp. tenet per p̃dicta posse inquiri, in §. diligenter, nu. 181. Cæterum p̃dicta cõfutari oportet, cum intersit reli- 3 gionis Xpianæ. Vnde dico, nec † ẽt posse inquiri p̃ p̃dicta; q̃a ab orbe condito fuerũt ꝓhibita, vt in c. 13. Deut. Deinde p̃ ius Canonicum, & Ciuile, vt in suis tit. Q̃uo ergo põt inquiri, & torqueri lege prohibente. Et horresco à supradictis lr̃is esse traditũ hæc ꝓphana, cũ non liceat recedere à Deo, nec ore, nec corde. iuxta verbum Dñi, Qui negauerit me corã hominibus, &c. Nec licet ẽt 4 pro † salute recuperanda q̃rere talia, licet aliter sanitas recuperari non possit, ita dicit tex. in c. admonẽdi dis. 27. Hoc amplius sen- 5 tio, ꝙ Iudex † inquirens p̃ simili possit puniri q̃uis reus reperiatur culpabilis, ex quo Iudex delinquit in legẽ, & cõtra naturã legis. 6 & quoties † aliquis cõmittit illicitũ, ab illiciti pœna non excusatur, q̃uis tale illicitũ peruenerit ad optimum finẽ scd'm Bal. in l. ob seruare. §. ꝓficisci. ff. de offici. p̃sid. De talib. indiciis Oratores nõ meminerunt: q̃a ꝓ nihilo habita sunt. q̃uis tunc tp̃is multa oraculis, somniis, & portẽtis declarẽtur: vsum tamen p̃dictorum ad exploranda delicta renuerunt. Imò eo tp̃e multi prophana existimarunt. de quo Horat. 1. carm. ibi. Tu ne q̃sierit, scire nefas, quẽ mihi, quẽ tibi Finẽ Di dederint Leuconoe: ne Babylonios Tẽtaris numeros, vt melius q̃dq̃d erit pati. Hac ar- 7 te p̃cipue Caldei vsi sunt in Syria, & Babylõ caput olim Caldeorũ, vt tradit Ci. de Diu. Et vide Val. lib. 1. de Ausp. loquẽtem de. Ci Cor. Hyspalo, & Soly. & Diod. lib. 2. Sed p̃dicta oĩa, vt supra dictũ est, per oẽs leges fue- 8 runt prohibita: quia tales malefici sunt. & appellantur per leges hostes humani gñis. l. fi. C. de malef. c. 6. Exod. Reliquum est ergo, vt nõ solum Iudices à p̃dictis abstineãt, nec ẽt inquirendo: licet Hipp. inquiri posse tradiderit. Sed tales hostes humani generis, & Christianæ religionis persequãtur (dicẽte Dño) maleficos nõ sinas viuere. c. 23. Deut.

1 *Somnia an indicium præstent ad indicandum, & de causis somniorum, & quot sint somniorum genera, & effectus: & an eis sit credendum.*

*De indicijs somniorum.* *Cap. XI.*

1 DIctum est supra de sortilegiis, & similibus diuinationibus, † consequens est videre de somnijs, per somnia. n. antiqui capiebãt indicia, & ꝓnostica ad iudicãdum, demonstrandumq; tã facta, q̃ futura. Hinc illud Virgilii in illis versibus. Pellib. incubuit stratis sõnesq; petiuit. Multa modis simulacra uidens volitãtia miris. Hoc amplius supra oẽm stultitiam in iudicijs obseruabãt somnia, nõ solũ ad torquẽdum, sed ẽt ad cõdemnãdum. Legitur. n. cũ ex æde Herculis pacera aurea surrepta eẽt, Sophoclem in somniis uidisse ip̃m Deum dicentem q̃ id fecerat, vnde Ariopagitã cõprehendi iusserunt eũ q̃a Sophocle noĩatus fuit, is q̃õne adhibita cõfessus fuit. Amplius legitur Claudiũ Cæsarem mori iussisse Appiũ ꝓp Messalius somniũ, teste Cic. in lib. 1. de diuina. & suc. lib. 6. Philosophi de causis somniorum, tã intrinsecis, q̃ extrinsecis maxime discrepãt: Nã Platonici illas referũt in species, & notiones aĩæ concretas, Auicẽna in intelligentia vltimã vouentẽ lunã, aut medio illius luminis, quo radiatim phãtasia hoĩum, dum dormiũt. Aristoteles refert in sensum cõem, sed fantasticũ. Albertus in influxũ sup̃ioribus mediis cum q̃busdã speciebus, q̃ defluunt à cœlo: Cic. aũt refert ad naturã. qua nunq̃ aĩus insistẽs agitatione, & ex metu vacuus esse põt. is cũ langore corporis, nec membris vti, nec sensibus potest: incidit in visa varia, & incerta ex reliquiis inhærentibus earũ rerum, quas vigilans gesserit, aut cogitarit, quare per tur-

bation̄e mirabiles interdum existũt spẽs sõniorum. Vide in lib. 2. de Diui. Alii ponunt cām somniandi esse vapores & humores, & somniosos fieri sumpto lepore in cibo, magisq; supino cubitu, ac ꝓno nihil plurimũque somniari circa ver, ac autumnũ. Plin. lib. 28. Macrob. in lib. 5. ponit quinq; genera somniorum, & ex eis aliqua vera, sed aliis in tres tantum partiuntur species, videlicet naturalem, aīalem, & cœlestem. Naturalem uocant per q̄ Physici, de humorib. indicant. Nam somniantibus aquam flegmaticos humores dr̄r designari, per rubentẽ calorem sanguineum, & per ignes colerata, tetris āt humoribus melancoliam: Aīalia aũt somnia dicuntur, q̄ sub animi passionibus, q̄ interdum contingunt proficiscuntur, quẽadmodum Paulo Apostolo in Macedoniā ꝓficiscenti euenit. Cœlestia dicuntur somnia q̄ diuina, rerum monita esse censentur, vt in literis hebræorum de Iacob Patriarcha. Itẽ de Pharaone cuius somnio fames pulsa fuit sub vaccarum spicarumq; velamine. Item de Propheta Daniele. Item de Ioseph: Postremo de Magis monitis ne ad Herodẽ redirent. Infinita alia exempla externa ponuntur per scribẽtes, quæ omitto breuitatis cā. Circa p̄missa Philosophi veros effectus sõniorum casu contingere scribunt. Alii tollunt oēm auctoritatẽ somniorum, nullãque vim diuinam esse affectricem somniorum asserunt, & genera atq; distõnes somniorũ respuit Cic. dum dicit, q̄ est eãdem ista distinctio? q̄ vera? q̄ falsa hr̄? & si vera à Deo mittuntur, falsa vnde mittũtur? Et licet sint exempla externa, attestantia veros effectus somniorum, respõdet idem Cic. argumẽtis, & rõnibus disputandum esse nõ exemplis, q̄ aut casu veniãt, aut malitia falsa fictaq; esse p̄nt, p̄dicta sunt munita lege diuina dicẽte non obseruabitis somnia, c. 19. Leuit. & 34. &c. in p̄dictis aũt q̄n, & quatenus credatur somniis, confugiendum est ad distinctionẽ phisicorum, nā scd̄m eos gn̄a morborũ iure declarari p̄nt scd̄m causas internas naturales, & insitas homini, ꝓut similiter in affectib. curarum, & vigiliarum, iusta uerbũ diuinũ multas scuras sequuntur somnia. Item vbi multa sunt somnia, ibi plurimæ vanitates, prout. c. 5. eccl. In p̄dictis aũt in q̄ dā cõueniẽtia. cõsensu, & conuentione naturæ. ex somniis significationes morborum, & quid quamq; rem sequatur intelligi pōt. in alio uero gn̄e somniorum, prout somniantibus thesaurũ hæredicatem, honorem, uictoriā, & multa eiusdem generis, cũ nulla cā haud naturalis ratio subsit, nihil est concedẽdum.

## NE REVS PER ALIQVA INdicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur: Tractatus IX.

### SVMMARIVM.

1 *Reus non conuincitur ob aliqua indicia, vt pœna capitali damnetur.*

2 *Indicia aliqua non sufficiunt ad procedẽdum ad aliquam pœnam capitalem.*

3 *Nemo debet ex præsumptionibus damnari, sed probationibus luce clarioribus, cum de hominis vita agitur.*

4 *Indicia indubitata, nõ sunt adeo indubitata, quin aduersus ea probari possit.*

5 *Visus exire cum gladio sanguinolẽto non habet tam indubitatũ contra se indicium, vt ex eo dãnari possit, cum esse possit, quod eo non obstante, non solum non occisor, sed nec vulnerator fuerit.*

6 *Indicia necessario non concludunt, quando veritas potest aliter se habere.*

7 *Probatio cõtra indicia ẽt indubitata admittitur.*

8 *Indices ex indicijs etiam indubitatis quempiam condemnare non debent.*

9 *Conuictus quis aliqua lege dici non potest ex indicijs etiam indubitatis.*

10 *Iudices non nisi auditis, & pensitatis defensionibus, reorum iudicare meminerint.*

11 *Dominus dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, & consilium eius, perdetur à paruulis, & à stultis.*

12 *Iudex ex seipso etiam nemine petente debet quærere defensiones reorum.*

13 *Iudices debent esse soliciti, & curiosi in explorando facto, & defensionibus reorum, & non debent quærere ius ante factum.*

14 *Reus captus an debeat audiri, an vero possit statim de crimine condemnari?*

15 *Testes non publicati non inducunt aliquam probationem.*

16 *Captus ex hoc solo, quia captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.*

17 *Quilibet admittitur ad defendendos reos.*

18 *Iudices cauere debent, ne homicidas quærendo, homi-*

*homicidæ fiant, & ne alios indicando, seipsos condemnent.*

19 *Defensio reorum non potest lege Pontificis, aut Imperatoris tolli, cum sit de iure naturali.*

20 *Defensioni reus non potest renunciare.*

21 *Nemo est dominus membrorum suorum.*

22 *Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis iustum non occidere.*

23 *Defensionis renunciatio à reo facta, quando à iudice sit admittenda?*

24 *Reus repertus inflagranti crimine, an de facto puniri possit?*

25 *Confessus crimen debet tamen moneri ad faciendum suas defensiones.*

26 *Indicia quamuis vrgentissima non sufficiunt ad damnandum reum in crimine capitali, etiam si sint talia, quæ mentem iudicis adeo coerceāt vt aliter credere non possit.*

27 *Iudex licet viderit homicidium committi, damnare tamen non potest delinquentem, nisi de homicidio fuerit legitime probatum.*

28 *Iudices scire debent per aliqua indicia hominem non posse damnari.*

29 *Indicia, quæ uim plenæ probationis habent in ciuilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.*

30 *Iudices non nisi per probationes luce meridiana clariores debent reum condemnare ad mortē, cum in occultis versetur iudicium Dei tantum.*

31 *Iudices huius mundi debent iudicare secundum prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendo cætera iudicio Dei.*

32 *Iudex debet iudicare ea quæ certo scit, non autē per indicia, quamuis vrgentissima.*

33 *Indicijs hominem iudicare exemplo perniciosum est, cum sæpe per ea innocētes fuerint dānati.*

34 *Indicijs etiam vrgentissimis quis non est damnādus capitaliter, sed est torquendus potius, vt possit super certo iudicari.*

35 *Torquēdum esse neminem nisi in subsidium probationum, quomodo intelligatur?*

36 *Indubitata legi, debent esse indubitata iudici.*

37 *Sententia capitalis contra reum proferri potest, ex indicijs indubitatis, & à iure approbatis.*

38 *Indicia à iure approbata non minorem auctoritatem, & fidem præstant, quam testes, et instrumenta uidentur continere.*

DIctum est supra de indicijs ꝑ q̄ torquētur reus, & ꝑ q̄ non: dicēdū foret ordine scribētium de indiciis manifestis, ob q̄ nō torquentur rei, sed dānātur, de q̄bus indicijs fit mētio ab oībus. 1 Sed q̄a sentio † ob aliqua indicia reos nō cōuinci, vt pœna capitali dānētur, ꝓpea omitto, 2 excutiēs ꝓ ꝑ aliqua † indicia nō esse ꝓcedēdum ad pœnam capitalem, q̄a nemo dēt 3 † ex ꝓsumptionib. cōdēnari, sed ex ꝓbōnibus luce clariorib. cū de hoīs vita agat. l. fi. C. de prob. Et alia rō est in prōptu, q̄a indi- 4 cia, † q̄ scriptores indubitata appellant, non sunt adeo indubitata, q̄n aduersus ea possit ꝓbari, vt in exēplo, siq̄s visus fuerit exire de loco, q̄ solum aditum hēt, cum ense sanguinolento, qd' exemplum apud scribētes maximum est, & indubitatum, vide Gād. in tit. 5 de indic. indubit. Sed in cōtrarium † pōt argui, ꝙ ille vulnerauerit tm̄, & alius exanimauerit, sed fortius esse pōt, ꝙ neq; vulnerauerit, prout nostris temporib. euenit, ꝙ quidā occidit quendā cū ense, relicto ense fugit, superuenit amicus interfecti, & apprehēdit ensem cruētū, sequēs homicidam captus fuit, fuitq; liberatus, quia in cōtrarium ꝓbauit: 6 Et re vera indicia † nō concludūt necessario, qn̄ veritas pōt aliter se hr̄e, vt supra, vtiq; ꝑ indicia hmōi rei cōdemnari nō debēt. Idem in l. Moysis. c. 29. Genes. in fine. Nam nulla res est, q̄ nō suspicionibus, & indiciis quisuis possit criminari. Verū in supradictis du- 7 plr̄ cōsideratur, vno modo, qn̄ † reus vult aliquid ꝓbare, & tunc sine dubio audiēdus ē, quia ꝑdicta indicia nō sunt adeo indubita- 8 ta, vt supra, licet multi Iudices † cōtra ius, & fas alr̄ obseruēt, & reos tanq̄ cōuictos cōdēnent, quib. pōt obiici. Quod genus hoc hominum? quæue hūc tam barbara morē. Cōmittit patria? Abhorreāt igitur hāc opinionē Christiani Iudices, tanq̄ prophanam, nā 9 exordiēdo † ab orbe cōdito iudicia Dei repugnant, & primo nūquid Adā de pctō conuictus fuit apud Deū? Nūquid Chain de homicidio? Nūquid villicus de iniqua vıllicatione apud Christū? cui dictum fuit, redde rōnem. Nunquid lex uestra iudicat hoīem, & non prius audiuit, seu cognouit eū? Memi- 10 nerint † itaq; Iudices non nisi auditis, & pēsitatis defensionibus reorum iudicare, exemplis vt supra, quia maiora tradi non possūt, cum Dei sint, & homines ea imitari oporteat, iuxta illud, Ne innitaris prudētiæ tuæ, 11 quia † dn̄s dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, & cōsilia eius, perdetur a paruulis, & a stultis, & qui detrahit, aut

addit, menti: c.1.2.3.8.12. Prouerb. Hoc ẽt
12 † apud multos Iurisperitos certi iuris ẽ: q̃ p
pe fatentur oẽs Iudices esse ex se ipso nemi
ne petente q̃rere defensiones reorũ l. si non
defen. ff. de pœn. Quo pacto ergo Iudices
volũt cõdẽnare reos, aut cõuincere, p ea q̃
necessario nõ cõcludũt? Et ꝓbari põt q d ta
le, quo ꝓbato nõ dãnarent: ex facto. n. ius
13 orit. Quare Iudices † oportet esse sollici-
tos, & curiosos in explorãdo facto, & defen
sionibus reorũ, & nõ debẽt q̃rere ius añ fa-
14 ctũ. Occurrit † hic gl. in c. fi. de hær. lib. 6. q̃
contra religionem iudicãtium tradit reum
captum nõ audiri, sed posse cõdemnari: q̃
gl. multi Iudices sequunt, Cõtra quos tñ est
15 rõ cõcludẽs, ꝙ testes † nõ publicati nõ af-
ferũt, siue inducunt aliquam ꝓbõnem, p re
gulam, non dr quidq̃ probatum, nisi publi-
cato ꝓcessu, l. solam. C. de test. nec seq tur, ca
ptus est, ergo damnari dẽt: q a in cõtrarium
16 ẽ iuris regula, ꝙ ex eo, ꝙ q s sit captus † nõ
dẽt de crimine damnari, nisi aliter de male-
ficio cõuincat: interest. n. reip. ne innocens
17 puniat. Vnde † q libet admittit ad defendẽ
dos reos: q a cuilibet ꝓpria dẽt esse huma-
nitas, vt p Pau. de Cast. in cõs. 168. Quanto
18 magis interest † Iudicũ q̃rere defensiones
reorũ, ne homicidas q̃rẽdo homicidæ fiãt,
19 & iudicãdo se ipsos cõdemnẽt? Sciãt † cũcti
nõ Põtificem, nõ Imperatorẽ posse reorũ
defensiones tollere p suas leges, etenim de-
fensiones sunt de iure naturali. clem. pasto-
ralis de re iud. l. defensionis fac. C. de iure fi-
20 sci, li. 10. Hoc † amplius rei nõ pñt renũcia-
re ꝓpriæ defensioni. est gl. in l. pactũ inter
hæredẽ. ff. de pact. Rõ reddi põt, q a nemo ẽ
21 † dñs mẽbrorũ suorũ l. 1. §. vsq; adeo. ff de
Iniu. Aut alr insigniter dici põt: q a interest
22 † Iudicis rõne humanitatis, & intuitu reli-
gionis nõ occidere iustũ. c. 22. Exo. Nec a-
23 liud genus † renũciæ Iudex admittet, nisi
reus dicat se alias nõ hẽre defensiones. & Iu-
dex cognoscat reũ carere defensionib. Bal. ĩ
24 l. seruũ quoq;. ff. de Procu. Fallit tñ † scd̃m
aliquos ĩ reo reperto in crimine, q de facto
põt puniri, vt in gl. l. ictus fustiũ. ff. de ijs, q
not. infa. Quæ tñ opinio nõ placet, q a licet
25 q s cõfiteat † crimẽ (qd maius est) dẽt tñ
moneri suas facere defensiones. not. in l. 1. §.
siq s in villa. ff. ad Syl. dicet in tit. de cõfess.
Altero modo cõsiderandũ est, qñ sumus in
supradictis indicijs, & reus nõ põt in cõtra-
26 riũ ꝓbare. Similiter † dr in supradicto casu
ad damnãdum reum in crimine capitali nõ
sufficere argumẽta q̃uis vrgentissima. Et si
sint talia, q̃ mẽtẽ iudicãtis adeo coerceãt, vt
alr credere non possit, ita dixit Pau. de Cast.
in cõs. 197. quem recitat Cæp. in consi 6. &
32. criminali: vbi redditur pulchra rõ, q li-
27 cet Iudex † viderit cõmitti homicidiũ, dã-
nare tñ non põt delinquẽtem, nisi de homi
cidio fuerit legitime ꝓbatũ, minus põ t dam
nare, q a credit ita esse p indicia. Hãc opinio
nem tenuit Brun. in 5. q. quasi in fine, dicẽs
esse potuisse, fugiẽtẽ cũ gladio sanguinolẽ-
to fecisse, ad sui defensionẽ. Cõtra tñ rõnẽ
Brun. teneo, q a solũ tractat p supradicta in
dicia de cõuincẽdo reo de delicto cõmisso,
& sic an occiderit? nõ aũt si potuit impune
occidere. Primo. n. q̃ritur si occiderit, postea
si occidere potuit, nã p p̃dicta indicia ambi
gitur an occiderit, an potuerit iure occide-
re, alterius est speculationis. Vnde licet opi
nio Brun. sit bona, nõ tñ p p̃dictã rõnem, q̃
28 nõ cõgruit q̃oni. Sciãt ẽt Iudices † p aliqua
indicia hoĩem nõ posse damnari exẽplo Sa
lomonis, q licet iudicauerit uni mulieri fi-
liũ, nõ tñ uoluit aliã ad mortẽ cõdẽmnare,
tametsi essent indicia contra eã, q a indicia
29 † quæ uim plenæ ꝓbõnis hñt in ciuilib. nõ
sufficiunt ad cõdemnandum in criminalib.
vt p Inn. in c. afferte, de p̃sump. & Bal. in l.
fi. C. eo. Et rõ reddi potest, q a Iudices non
30 † nisi p ꝓbõnes luce clariores debẽt reũ cõ
dẽnare ad mortẽ, cũ in occultis versetur iu-
31 diciũ Dei tm̃. Et Iudices orbis † debẽt iudi-
care scd̃m prudentiam, q̃ cadit in hoĩem, re
linquendo cętera iudicio Dei. c. 21. Exod. &
iuxta illud, Descendam, inquit Deus, & uide
bo, dixit. n. uidebo, tanq̃ iudex, non tanq̃
Deus, ita intelligunt omnes. Vnde elicitur
32 Iudicem dr̃e iudicare † quia certo scit, & p
probata legitime ita vt videat, & cognoscat
sic esse, nõ aũt p indicia, quamuis, vt supra,
33 vrgentissima. Exemplo. n. † perniciosum est
per talia indicia hominem condemnare, q a
contingunt contra hoĩes q̃dam verisimilia
indicia, quæ ẽt inficiari non pñt, & multi p
ea damnati fuerunt, quos per superuenien-
tiam delinquentium cognitum fuit innocẽ
34 tes damnatos esse. Vnde pp † periculum
iudicii tutius esse existimo reum torqueri,
vt possit super certo iudicari. Nec obstant,
q̃ apparent in cõtrarium, neminem torque

ri,

ri,nisi ĩ subsidium ꝓbõnum,quia rñdeo p̃-
35 dictam † regulam hr̃e locum, qñ cõstat de
delicto ꝑ aliud genus ꝓbõnis, quam per in
dicia supradicta, vt puta si per testes fuerit
legitime probatum,siue in ijs,per q̃ lex vult
cõdemnare exemplo.l.si q̃.C.de adulter. nã
36 q̃ †sunt ĩdubitata legi, debent esse indubita
37 ta iudici. l.si tutor. C.de pri.tutor.† [Qñ er
go indicia sunt simul iuncta, vel mixta, &
sunt à lege approbata,pñt dici indicia indu
bitata, ex q̃bus põt procedi ad cõdẽnatio-
nẽ ea rõne. ꝙ sufficit ꝙ sit testibus suꝑatus
vel ꝓpria uoce cõfessus,ad hoc,vt possit sñia
capitalis cõtra eũ ꝓferri.l. qui sñiam. C. de
pœ.& l.siq̃s. C.de episc. & cle. Ita eo modo
prædictis indicijs à iure approbatis poterit
sñia capitalis ꝓferri,vt l.si q̃ adulterij.C.ad
leg. Iul. de adulter.& l.excipiunt.ff.ad S.C.
38 Sylla. † Nã talia indicia nõ minorẽ auctori
tatem,& fidem probatam q̃ testes, & instra
vñr continere,vt l.ad probationes. C.de ꝓ-
batio. & dixerunt oratores plus oportere si
gnis, & argumentis credi, q̃ testibus :ꝗ hæc
enim eo modo exponunt quomodo re vera
sunt gestę,testes corrumpi posse, vel precio,
vel gratia,vel metu,vel simultate.]

## TRACTATVS DE TORMENTIS, secundùm Oratores, ius diuinum, & ciuile: Francisci Casoni Iurisconsulti Opitergini.

### SVMMARIVM.

1 *Tormentis, humanitatis, religionis, & Iurisconsultorum argumenta repugnant.*
2 *Tormentis, & quæstionibus non semper fides est adhibenda.*
3 *Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali, quàm boni ciuitatibus attulerunt.*
4 *Tormenta, & quæstiones, nisi certis in rebus interponi antiqui voluerunt.*
5 *Iudices abhorrere debent tormenta, nec facile ad ea prosilire, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indicijs.*
6 *Indicia sufficientia ad torturam cognosci possunt, licet de eis non possit tradi certa doctrina.*
7 *Indiciorum loci, & origo, remissiue.*
8 *Indicia ad torturam debent esse talia, vt suspectus sit reus, & alijs argumentis, ita probationi admoueantur, vt sola confessio deesse videatur.*
9 *Confessioni rei ne credant iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi ipsa confessio fuerit per signa declarata.*
10 *Torquendi arbitrium iudices sibi arrogare non debent, quia nullum arbitrium habere possunt, nisi pro reo.*
11 *Intellectus l. quæstionis modum. ff. de quæstio.*

*De periculo tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. I.*

1 TOrmentis † & humanitatis, religionis, nec non I. C. argumenta repugnant. In primis exordiendo ab orbe condito exempla fori diuini non desunt. Etenim absque tortura reos, aut condemnatos, aut liberatos fuisse cõstat. Deĩde † secũ-
2 dũ I. C. quæstionibus fidẽ nõ semper, non tñ nunquam hñdam constitutionibus declaratur: etenim res fragilis est, atq; periculosa, & quæ veritatem fallit. Nã pleriq; patiẽtia, siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri, q̃ pati tormenta velint. Et ita fit, vt ẽt vario modo fateantur, & nõ tñ se, verumetiam alios criminentur l. 1. ff.
3 eo. Quamobrem † multi populi tormenta renuerunt: quia plus mali, q̃ boni ciuitatibus attulerint, & eorũ pernicie plures innocẽtes, q̃ nocẽtes dãnauerint. Et hodie in regno Aragonię nõ torquenẽ rei. Præterea
4 † legiẽ maiores voluisse nisi certis in rebus interponi qõnes: cũ, q̃ vere dicerẽtur sciri, q̃ falso in qõne ꝓnunciarentur, refelli possent hoc mõ. Quo in loco quid positũ sit: & siq̃d esset simile, qđ videri, aut aliquo simili signo ꝑcipi possit, vide Auth. lib. 1. ad Heren. Quãuis supradictæ sñiæ verba vetustis in codicibus aliter, ac in nouis legãtur.
5 Reliquũ † est ergo, vt iudices, aut abhorreãt tormẽta, aut nõ facile ad ea ꝓsiliant, nec in oĩ cã, nec in oĩ persona, nec quibuslibet indicijs. Et licet (vt dñt oẽs) nõ possit dari cer-
6 ta doctrina, põt tñ † dari aliqua via ad cognoscendũ ĩdicia sufficiẽtia ad torturã. Bar.
7 i l. fi. ff. eo. De locis, & origine indiciorũ dictũ est in oꝑe de indicijs, ꝑ quos locos videre est q̃d in quacũq; re verũ sit, & q̃d verisimile, atq; probabile: Et maiori ex parte vnusq̃sq; coniector est veri. Sed vltra ꝑdicta
8 indicia † debent esse talia ad torturam, cũ

suspectus est reus, & alijs argumentis, ita ꝓboni admoueat, vt sola cōfessio deesse videatur. Et cōfessioni † ne credāt iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi dicta cōfessio fuerit per signa declarata. de quibus signis dicetur, in c. 10. qđ est maxime notandū in hac materia. Est & cōis † error iudicū putantiū torturā eē arbitralē, quasi Natura corpora reorū arbitrio suo ad lacerandū crearit. Cōtra quos dico, ꝙ qñ esset simpliciter arbitrium (quod tamen non conceditur) tale arbitrium reduceretur ad ius cōe, secundùm Ang. in l. 1. ff. de testa. mili. Et oēs scribētes consentiunt. Vlterius dico, ꝙ iura loquētia de arbitrio intelliguntur contra accusatorem, non contra reum, videlicet, Iudicem posse desistere, & supersedere à tortura ꝑꝑ periculum, & fragilitatem torturę, non aūt excedere modum, de quo modo lex disposuit, vt in l. 1. ibi, qñ, vel quatenus faciendū sit videamus. ff. eod. Et ita † intellr lex quæstionis modum eiusdem tit. dicente Iuriscō sulto, ibi. Itaq; quæstionē haberi oportet, vt seruus saluus sit innocētiæ, vel supplicio.

1 *Ad tormenta non est deueniendū, nisi constet de hoīe mortuo, & de cadauere, & de vulneribus.*

2 *Cadaueris, & eius vulnerum inspectio spectat ad peritos, & non ad iudices, propter periculum iudicandi.*

3 *De ictu, & vulnere standum est in arte peritis. Et ad hoc duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto vnius.*

4 *Contra latrones proceditur ad torturam, licet de delicto non constet. Et quæ sit ratio?*

5 *Confitens occidisse aliquem, an sit damnandus, si non constet de corpore, vel id nō sit verisimile?*

6 *Torquere aliquem si non constet delictum, exemplo pernitiosum est, quod etiam procedit in accusatis de furto, & veneficio.*

*De non torquendo reo, nisi constet de delicto. Cap. II.*

1 Imprimis sciendum est nō † deueniri ad tormenta, nisi constet de hoīe mortuo, & cadauere, nec non de vulneribus, & quæ mortifera sint, & quæ non, & in qua parte corporis, & quo gñe armorū. Et talis 2 † inspectio spectat ad peritos, licet à multis Iudicibus fiat, quæ tñ fieri non debet ꝑꝑ periculum iudicandi, cū rei damnētur secūdū dictum suum, in puris tamen rixis: & de ictu 3 † standum est in arte peritis. Hoc amplius duo requirūtur medici, licet de cōsuetudine stetur dicto vnius, vide Bar. & Hipp. l. fin. ad l. Corn. de sic. Abstineant igitur Iudices maleficiorū à tali ꝓphana cōsuetudine, vt dcm̄ 4 est in opere de indiciis. c. 2. In quibusdā † tñ casibus, licet regulariter torqri, nec ēt inqri possit, nisi cōstet đ đlicto, ꝓcedi: ad torturā vtputa in latrones, qui abscondunt cadauera eiiciendo in flumina, aut mare. Vnde si 5 † reus cōfiteať occidisse aliquos ignotos, dānabiť, licet non appareat corpora fuisse interempta, vide Brun. in gl. sexto principalī, vbi dicit fuisse iudicatum in ciuitate Senēsi. Limitat tñ hoc non obseruari, qñ non esset verisimile ꝑꝑ distantiam loci, vel bonam famā criminati. Sed ego in hoc casu dico, reū non damnari, nisi constet de certa persona, & idiuiduo, vel saltē cōstet de certis signis, q̃a delictum debet verificari, vt infra diceť, de verificāda cōfessione, vt puta de vestimētis, vel pecuniis ademptis occiso. Exemplo 6 † enim perniciosum est torquere, nisi cōstet delictum. Legitur. n. seruū M. Agrii argentarii insimulatum occidisse Alexandrum Titi Fannii seruum, eoq; nomine tortum, cōfessum facinus, supplicio affectū, paruulo tñ tpe interiecto, ille, cuius de nece creditū erat, domum rediit, vide Val. Max. lib. 8. de q. c. 4. Et quod dictum est de homicidio, extende ad furta, licet hoc tempore iudices statim, quòd aliquis dicit, sibi aliquid furto subtractum, torqueant suspectos. De tali errore, vide Brun. in gl. circa quartam. Idem si qō erit veneficii, constare debet veneno necatū. De hoc dcm̄ est in opere de idiciis, c. 3.

1 *Processu non formato non deuenitur ad tormenta, & an id procedat in manifesto, & notorio criminoso, & in inuento in flagranti crimine?*

2 *Accusatus, vel inquisitus si recuset respondere accusationi, vel inquisitioni, potest torqueri etiam sine indicijs ad eruendam responsionem, vt possit procedi.*

3 *Reos ter interrogatos non respondentes accusationi, perinde ac confessos Brutus damnauit, cuius tamen opinio non est seruanda.*

4 *Rei ad torturam ducti, & interrogati quid sciant de tali re, si respondeant dixisse. Et interrogati, quid dixerint, respondeant, esse scriptum, & aliud responsum dare nolint, an possint torqueri, donec indicti aliter respondeant?*

*De non torquendo reo nisi formato processu, & de errore iudicum. Cap. III.*

1 NOn formato † processu nõ deueniẽ ad tormenta, nisi in manifesto, & notorio criminoso, & inuento in flagranti crimine, quo casu de facto ꝓceditur. Et secũdũ multos scribẽtes ex hoc solo dñr esse cõuicti, & de facto pñt puniri. arg. l. vnicæ. §. 1. & quæ ibi not. C. de rapt. virg. & gl. in l. ictus fustium. ff. de his qui not. inf. Sed hęc opinio nõ placet, q̄a licet q̄s cõfiteatur crimen, debet tñ moneri suas facere defensiones, ꝓut diceẽ infra de confessione spõtanea. Eo magis in supradicto casu, & in quocunq; alio oportet formare ꝓcessum, anteq̃

2 deueniaẽ ad torturam. Fallit † tñ qñ reus inquisitus, siue accusatus recusat rñdere accusationi, siue inquisitioni: tunc. n. torqueẽ, ẽt sine indicijs nõ ad eliciendam cõfessionem, quia non formato ꝓcessu nihil agi oportet, sed ad eruendam rñsionem affirmatiuam, siue negatiuam, vt possit ꝓcedi, vide Bal. in l. si accusare. C. qui accusare non pos. Sed volunt aliqui reos recusãtes rñdere, tanq̃ con

3 fessos damnari. Legiẽ Brutum † reos ter interrogatos non rñdentes accusationi perinde ac cõfessos damnasse, vide Plutarchũ in vita Publ. in prin. Sed hæc Bruti opinio nõ est obseruanda, nisi forte in reo criminoso, vel in inuẽto in flagranti crimine. Sed aliq̄n

4 cõtingit ꝙ postq̃ acceptũ est cõstitutum † à reis de plano, si ducuntur ad torturam, & interroganẽ, quid sciant de tali re, rñdent, dixisse. Interrogati, quid dixerint, rñdent, esse scriptum, & aliud rñsum nolunt dare. Hoc casu q̃uis indicia sint leuia, poterunt tñ torqueri, donec rñdeant iudici, quia tenentur rñdere, & replicare. Simile contingit hoc anno ĩ quibusdam incendiarijs, ex quorum responsionem, accedentibus quoq; alijs nõ leuibus ĩdicijs, extraordinaria pęna cõdemnati fuerunt, Prætore Marco Antonio Geno, Patritio Veneto, ac p̃clare indolis iuuene, vt de eo oẽ bonum sperari, ac expectari possit.

1 *Torqueri non debet reus non publicato processu.*
2 *Testes non publicati non inducunt aliquam probationem concludentem, quia eorum dicta possunt per oppositiones minui, ac tolli per aliam probationem etiam contrariam.*
3 *Indiciorum copia debet dari à iudice ante torturam, licet iudices captos statim torqueri hodie iubeant, quorum obseruãtia nulla lege nititur.*
4 *Reus ex eo, quia captus non debet de crimine dãnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.*
5 *Reus ante torturam est audiendus, quia potest tale quid probare, quo probato non deueniretur ad torturam.*
6 *Cautius est agẽdum in causis criminalibus, quàm in ciuilibus, & in eis forma iudicij est fortius obseruanda.*
7 *Testium nomina, dictaq; , & depositiones sunt exponenda reo, vt contra dicta, & personam testis possit opponere, & excipere.*
8 *Iudex tenetur inquirere de conditione testis, licet pars non dicat.*
9 *Indiciorum exemplum dari debet reo opponere volenti.*
10 *Papa, aut Imperator non potest facere aliquam legem, per quam tollantur defensiones reorũ.*
11 *Iudex tenetur ex officio dare copiam indiciorum reo, licet ipse eam non petat.*
12 *Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis, indefensum non occidere.*
13 *Iudex non admittet aliquod genus renunciæ defensioni factæ per reum, nisi vere iudex cognoscat reum nullas habere defensiones.*

*De non torquendo, nisi publicato processu, & exhibita copia indiciorum, & de errore Iudicum. Cap. IIII.*

1 NOn publicato † processu non torquetur reus. q̄a nõ dr̃ quidq̃ probatum, nisi publicato ꝓcessu. l. solam. C. de

2 testi. Nã testes † nõ publicati nõ inducunt aliq̃ ꝓbõnẽ concludentẽ: q̄a dicta eorũ pñt ꝑ oppositiones minui, aut tolli ꝑ aliam

3 ꝓbõnẽ, ẽt cõtrariã. Quare † secũdũ oẽs Iudex teneẽ dare exẽplum, indiciorũ ante torturam. Hodie vero Iudices reis captis non exhibent indiciorũ exemplum, & ꝓcedunt ad torturam. Sed hæc opinio in iure vndiq; refellitẽ, & ego sum senio cõfectus, & nunq̃ inueni aliquam legem, siue rõnem ꝑ tali obseruantia: nam non consequitur, captus est, ergo torqueri, siue dãnari debet, imò ex eo

4 † ꝙ q̄s sit captus, nõ debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio cõuincaẽ. Quã-

5 obrem † reus audiri debet: q̄a põt quid tale ꝓbare, quo ꝓbato non deuenireẽ ad torturã: põt. n. reus opponere, siue ĩ cõtrariũ ꝓbare: vtiq; audiẽdus est: q̄a sequereẽ absurdũ ꝙ substãtialis modus, & forma iudicii opponẽ

di testi-

di testibus non seruaretur in causis crimina-
6 libus, in quibus tamē † cautius est agendum, q̄ in ciuilibus, & secundū ipsos Iudices tolli dēt de corpore iuris supradicta l. solā. C. de testi. vbi est casus, ꝙ ex dictis testiū an publicationē non fit ꝓbatio. [† Et oīno noīa di-
7 ctaq; & depositiones testium sunt reo exponenda ad hoc, vt possit opponere, & excipere indicta, & personā testis, ita dicit tex. in c. qualr. & qn̄, el 2. extra de accus.] Præterea
8 † Iudex tenet inquirere de cōdōne testis, licet pars nō dicat, no. in c. per tuas. extra de
9 testi. Eo magis † dēt dari exemplū indiciorū reo opponere volenti, q̄a tā testes, q̄ dicta testiū debent esse explorata reo, cū oppositiones sint de iure diuino, & audacter dixi nullam reperiri legē ꝑ dictis iudicibus: quia
10 † nec Pontifex, nec Imperator pōt aliquam legē cōdere, ꝑ quā tollātur defensiones reorū, cū defensiones sint de iure naturali, vide in opere de indicijs. in tit. nequis per aliqua
11 indicia: vbi teneo, iudicē † teneri ex officio dare exēplū īdiciorū, licet pars nō petat, q̄a reus nō pōt renūciare ꝓpriæ defensioni. vi-
12 de gl. I l. pactū. ff. de pac. Et īterest † iudicis rōne humanitatis, & ītuitu religionis indefensum nō occidere. c. 22. Exo. Quare iudex
13 † non admittet aliquod genus renunciæ, nisi reus dicat se alias nō habere defensiones, & re vera Iudex cognoscat eū carere defensionibus. Et hæc obseruantia multum placet, vide Bal. in l. seruum quoq;. ff. de proc.

1 *Torqueri non debet reus non præcedētibus indicijs, aliàs iudex punitur, licet per talē torturā reus repertus fuerit cōmisisse criminē obiectū.*

2 *Illicitum si quis committat, ab illiciti pœnam non excusatur, licet talem illicitum ad optimum finem peruenerit.*

3 *Indicijs non præcedentibus si inquisitio formetur, & reus confiteatur, & ratificet, damnari tamen non poterit.*

4 *Confessio nulla non confirmatur per indicia superuenientia post quæstionē habitā, secus si spōte confiteatur, nam tunc sine indicijs damnabitur.*

5 *Iudex debet esse promptior ad torturam in delictis, quæ occulte committuntur, præcedentibus tamen aliqualibus indicijs.*

6 *Casus, in quibus deuenire potest ad torturam sine plenis indicijs.*

7 *Reus ob contumaciam bannitus si postea capiatur, poterit sine alijs indicijs torqueri.*

8 *Torqueri licet reus conscientia, iudex eum torquere non debet sine indicijs.*

9 *Rei terreri possunt in casibus, in quibus non possunt torqueri.*

10 *Iudices an quando desunt indicia contra aliquem, procedere possint per sortilegia?*

*De non torquendo sine indicijs etiam in crimine læsæ maiestatis, & de errore Iudicum.* *Cap. V.*

1 Sine indiciis † non torquetur reus. Vnde Iudex, q̄ non ꝓcedentibus indicis reū torquet, puniri debet, licet ꝑ talem torturā reus repertus sit cōmisisse crimē obiectū: & rō est, q̄a Iudex delinquit in offīn, &
2 cōtra naturā officij, & qn̄ † aliq̄s cōmittit illicitum, ab illiciti pœna non excusatur, q̄uis tale illicitū ꝑuenerit ad optimū finē. vide Bal. in l. obseruare. §. ꝓficisci ff. de off. præs. Et simile legit exemplū Torquati, qm̄ bello aduersus latinos cū esset Consul filiū suū securi ꝑcuti iussit, q̄ speculatum ab eo missus ne pugnaret īterdictus, hostē à quo ꝓuocatus fuerat, occidit, & ipsi naturæ ꝑtulit ius interdicti Maiestatis, atq; Imperij. vide Ciceronē
3 de finibus in vers. accurate. Item † qn̄ īdicia non ꝓcedunt, & inq̄sitio formatur, licet reus cōfessus fuerit, & postea ratificauerit, nō poterit tn̄ damnari: q̄a ab initio fuit illicitū.
4 Et cōfessio nō cōfirmatur ꝑ īdicia supuenientia post q̄ōnem habitam, gl. est in l. maritus. ff. eod. de qua gaudet Bal. in l. fi. C. de acc. Secus aūt si reus spōte, & sine tortura cōfessus fuerit: q̄a tunc sine indicijs damnabitur. dicetur īfra de spōtanea cōfessione. Sed secūdū aliquos ī ꝓdimētis, & tractatibus q̄ fiūt secreto ꝓp ꝓbōnis difficultatem deuenitur ad torturam sine indicijs. vide Bru. tract. 5. Conclusi-
5 ue dic, ꝙ in † supradictis casibus, & gñalr in delictis, q̄ occulto cōmittuntur, & de sui natura secreto ꝑpetrantur, vtputa adulteriū, simonia, sodomia, veneno aliquē necare, monetā falsificare, & maleficijs de nocte cōmissis, Iudex debet esse promptior ad torturam, ꝓcedētibus tn̄ aliqualibus indicijs, sed sine indicijs nunq̄: & rō est: q̄a in dictis casibus non inueniuntur testes. l. si cum exceptio. ff. ꝙ metus causa. At apud Plutarchū in vita Marcelli legitur Capitolinū cōdēnatū fuisse ob sodomiā licet nullus testis adfuisset, sed solū aīaduersione pudoris, lachrimarū iuuenis ad iudices acciti.
9 Sunt † & alij casus, in q̄bus torquetur sine indicijs,

19 patre.ff.de qõ.]Obuia † fit hic cautela Iaſ. in d.l.vt vim.videlicet,vtreus rñdeat,ſi feci, feci ad meã defenſionem.Sed ego teneo,ꝙ talis rñſio nõ dẽat admitti per Iudices,quia reus dẽt certe rñdere negãdo, aut cõfitẽdo, cũ ẽt poſſit torqueri ad rñdendũ, qñ rñdere recuſat,vt dictũ eſt ſupra c.2.Et cautela Iaſ. locũ hẽt in cauſis ciuilib. qñ rñdetur inter ipſas partes , ſecus in criminalib. vbi rñdet̃ Iudici: tũc.n. ꝑ ꝑ religionẽ iudicis reus dẽt certo rñdere, cum interroget̃ , quid fecerit. vide tex.c.7.Ioſue,ibi, atq; indica qđ feceris.Adde,ꝙ ẽt in ciuilib.vt poſitionib. rñdetur clare.nota.in l.1.ff.de vulg.& pup.Hoc

20 amplius † teneo reum in dubio rñdentem parare indicia cõtra ſe,quia vr̃ vere deliquiſſe,& velle iudicẽ fallere. [Concluſiue tenet̃ reus nõ ſolum ad rñdendũ, ſed certũ rñden

21 dum , † quia non vr̃ reſpondere qui ad interrogata obſcure rñdet, Bar.in l.de ætate.

22 §.qui tacuit.ff.de interro.actio.† Idem dic in reo confitente ſe occidiſſe , ſed non aĩo occidendi,quo caſu non tenetur de homicidio, nam crimen tũc contrahitur ſi & volũtas nocendi intercedat,quia q̃ ex improuiſo caſu accidunt facta plerunq; non noxæ im-

23 putantur.l.1 . C.ad l. Cor. de ſicar. † Nemo enim vr̃ delinquere, niſi aĩum malignũ delinquendi habuerit.Nam voluntas, & ꝓpoſitũ diſtinguũt maleficia.l.ſæpe.ff.de ver. &

24 rer.ſig.l.1.ff.de fur.† Et notandum eſt, ꝙ illa negatiua non aĩo occidendi ꝓbatur per pſumptiones probãdo amicitiã,& affinitatẽ,& qualitatẽ occidẽtis,& per iuĩm purgationis.prout no. Gl.in ſupradicta l,Idẽ in l. Moſai.qui percuſſerit proximum neſciẽs,& qui heri, & nudius tertius nullum cõtra eũ odium habuiſſe cõprobatur.tali caſu remittenda eſt ei pœna homicidij,prout in c. 19. Deute.Nota tñ,ꝙ lex Diuina in ſupradicto c.vult reum exulet.non ꝑ ꝑ crimen qđ non eſt per regulam ſupradictam, ꝙ tunc cõtrahitur crimen ſi,& voluntas nocendi intercedat.Sed ne forſitan proximus eius cuius effuſus eſt ſanguis dolore ſtimulatus proſequatur,& percutiat aĩum eius,q̃ nõ eſt reus

25 mortis,vt ibi.† Quæritur ẽt ſi accuſatus de homicidio negauerit ſe occidiſſe , & fuerit cõuictus , nunq̃d alia poſſit defenſione vti? excipiẽdo ſe ad ſui defenſionem illud feciſſe,& rñdetur quod põt ſcđm Bart. & alios ſcribentes in l.nemo.ff.de reg.iur.& iſta eſt cõis opinio, quam nota , quia multi tenue-

26 runt cõtrarium.]An confeſſio † ſpontanea ratificetur,vide in ſequenti titulo in fine.

1 *Confeſſio metu tormentorum diuerſis ſumitur modis.*

2 *Torturæ metus æquipollet torturæ.*

3 *Terror leuis non indicat metum , niſi cadat inconſtantem virum.*

4 *Torquendi qualitas , circa tormentorum metum eſt conſideranda .*

5 *Notarius non debet ſcribere reum ſponte confeſſum,ſi aliquo terrore fateatur.*

6 *Confeſſio facta à carcerato fame, & frigore laborante,dicitur facta metu tormentorum .*

7 *Carceratus ſi aliquid confiteatur ſine alia tortura,confeſſio non dicitur ſpontanea , quia carcer eſt ſpecies tormenti .*

8 *Confeſſio vt dicatur facta metu tormentorum , an ſufficiat probare quem fuiſſe detentum ?*

9 *Notarius non poteſt,nec debet ſcribere reum ſponte confeſſum , ſed ſufficit vt ſcribat , quo loco , quo tempore,quibus verbis confiteatur.*

10 *Confeſſio etiam ſpontanea an debeat ratificari ?*

11 *Confeſſus ſponte debet ſaltem moneri ad faciendum ſuas defenſiones rationibus, de quib. hic.*

De

*De confessione metu tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. XIX.*

1 CONfessio metu † tormen torum diuersis sumitur modis. Primo qñ fit in tormentis, seu prope torm ēta reo ligato, minante Iudice torturam. vide Bart. l. 1. §. diuus. ff. de quęst. Sed alij dñt, si quis ducatur ad funem, licet non habeat manus ligatas retro, si confiteť dicetur cõfiteri metu tormentorum. Idem ẽt si quis apud torturã fuerit tñmodo spoliatus, & nõ ligatus, dicetur fateri metu tormẽtorũ, quia licet Iudex non torqueat hoĩem, sed eũ spoliat, vt torqueat, induci: iustus metus, ac si fuisset tortus, & secũdũ † aliquos suspicio, seu metus torturæ æq̃ pollet torturæ. Hoc amplius dixerũt 2 aliqui cõfessionẽ factam ꝑꝑ vehemẽtes minas Iudicis, licet extra tormẽta intelligi tñ metu tormentorũ, & posse reuocari perinde ac facta fuisset ꝑpe tormenta. De hoc, & supradictis, vide Bar. l. nouissime. ff quod fals. tut. Guid. de Suz. sub rub. de qõ. Sed cõtrariũ 3 fere oẽs tenent, ꝙ sola † ductio ad funẽ sit leuis terror, sed ductio, & ligatio indicant metũ, q̃a debet esse terror cadẽs in constantẽ virũ, l. interposita. C. de transac. Circa ꝑdicta, 4 ego † dico cõsiderandã esse ꝑsonã torquẽdi, vtputa si est fęmina, q̃a nãliter timida, siue ẽt vir, dũmodo sit ꝑsona timida, & tali casu tenerẽ cũ Guido. metus. n. tormentorũ consideratur respectu ꝑsonarum, argõ auct. multo magis. C. de sac. sã. eccl. In hac ẽt materia 5 considerandum est, ꝙ qñ † reus aliquo terrore fateť, notarius non debet scribere eum spõte cõfessum esse, & ĩ hoc multi iudices er 6 rãt. Ideo ẽt si esset † in carcere, in quo fame, & frigore multum patiebať reus, formidine tormẽtorum vř facta cõfessio secũdũ Bar. in l. 1. §. diuus. ff eo. Ego extendo dictum Bart. ad cõfessionem factam, non solum metu tormentorum, sed ẽt aliqua alia de cã, vt in d. 7 l. 1. §. si quis vltro. Et dixerunt aliqui, ꝙ † si carceratus aliq̃d cõfiteatur, ẽt sine alia tortura, talis cõfessio nõ dř spõtanea, cũ carcer 8 sit spẽs tormenti. Hoc amplius † dixerunt sufficere probare quem fuisse detentum, vt eius cõfessio dicatur facta metu tormẽtorũ. vide Hip. in §. expedita. n. 9. Sed hæc opinio nõ placet, q̃a metus tormẽtorũ cõsideratur, vt supra cõclusum est. Sed q̃a metus torturæ põt cõtingere ex diuersis accidẽtibus. Itẽ q̃a cõsistit in aĩo delinquẽtis. Ideo iudicio meo 9 † notarius ꝑꝑ periculũ falsitatis non debet, aut põt scribere spõte cõfessus, & sufficit scribere quo loco, quo tꝑe, q̃bus verbis cõfiteatur reus, & an fuerit spõte, vel metu confessus, ex circũstãtijs ꝓcessus Iudex cognoscet, & esse dẽt potius speculatio iudicis, q̃ asser- 10 tio notarij. Propterea † cõfessio quãuis spõtanea debet ratificari per supradictas rõnes & alias, quas dicit Hip. in §. postquã nu. 22. & talis opinio fuit antiquorũ, q̃ Gand. impugnat, dicẽs ẽt, cũ q̃s cõfitetur crimẽ se cõ misisse illico, & absq; aliqua perseueratione & cõfessione dãnãdus ẽ, vide eũ. de q. n. 15. Sed aduerte, ꝙ licet dubiñ sit, nũq̃d cõfessio spõtanea ratificari dẽat, sẽtiũt tñ oẽs, ꝙ spõ 11 te cõfessus † dẽt moneri suas facere defensiones. Primo, q̃a põt cognosci de inualiditate cõfessionis, vt supra. Secũdo, q̃a põt reuocare cõfessionẽ, vel eã declarare. Tertio, q̃a cõceditur posse probari falsitas cõfessionis. vide Bal. in l. si quis. C. de epis. & cler.

1 *Confessio in tormentis facta, tunc demum fidem faciet, quando per certa signa verificabitur.*
2 *Confessionis in tormentis factæ verificatio ex quibus haberi possit?*
3 *Innocẽtia rei quandoque per causas cognoscitur.*
4 *Signa maleficij à reo sunt per iudicem petenda ad confessionis verificationem.*
5 *Confessione non verificata reos damnare exemplo pernitiosum est.*

*De confessione in tormentis verificanda, & de errore Iudicum. Cap. XX.*

1 DIctum est † supra confessiones reorum nõ hẽri pro exploratis facinoribus, si nulla alia probatio Iudicis religionem instruat: Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatẽ fallit, quia aliqui tanta sunt impatientia, vt in quouis mẽtiri, quàm pati tormenta velint. l. 1. ff. de qõ. Quare Rhetores disputant, & vtrinq; argumẽta nõ sunt. Proinde altera pars tormẽta testimoniorũ loco hẽt. At altera pars dãnat cũ tormẽtorũ mẽtiri sæpe faciat dolor. vide Arist. lib. 1. de arte rhet. Quint. lib. 5. Cõfessio itaq; ĩ tormẽtis tũc demũ fidẽ faciet, qñ ꝑ certa signa verificabiť, & hoc modo tolletur certamẽ, an reus sit vere cõfessus, an mẽtitus cruciatu tormẽtorũ. Et iudicis ĩterest quærere rõne humanitatis, ne innocentẽ oc

cidat, & ne q̃rẽdo homicidã homicida fiat. c.21.Exod. Verificatio † igit dupliciter consideratur. Primo ꝙ delictũ sit cõmissũ, unde cõstare debet de cadauere, aliter nõ ꝓcedit ad torturam, dictũ est supra.c.1. Est aũt alia verificatio magis necessaria ad cognoscẽdũ verũ delinquentẽ, & ꝙ reus nõ sit confessus cruciatu tormentorũ. Quare licet confiteatur reus, Iudex tñ debet quærere, & verificare ĩfrascripto modo. ĩ primis petatur à reo cur fecerit, & cur occiderit, nã per † cãs quñq; cognoscitur innocentia rei, etenim si causę nõ sunt verisimiles, rei nõ dãnantur. vide Ias. l. magĩatibus. ff. de iurisd. om. iud. l. 1. C. ad l. Cor. de sica. Secũdo, Iudex petet † à reo aliqđ certũ signũ, videlicet, si agatur de homicidio, interrogabit quid factum sit de armis, & de qualitate armorũ: nã ex ijs, & similib veritas elucescit. Sin aũt de furto agatur, interrogetur q̃bus vendiderit, & si reus aliquos noĩauerit, noĩati examinẽtur, & ab eis exploretur, an sit verũ. vide Bru. tract. 6. ibi principaliter q̃ritur. Si in cã veneficii q̃s torq̃bitur, interrogetur, venenũ vbi emit? à quo? qñ? quãti? ꝑ quẽ dedit? Supradicto igitur mõ, & simili, & in supradictis, & similibus delictis interrogãdo reũ, delicta fiẽt explorata Iudici certis signis, q̃ ad veritatẽ adducõt, & nõ sola cõfessione, vt dictũ est supra. De supradictis signis, vide l. Mosis. c. 7. Ios. ĩ fi. Apud Rhetores, auctore Cornificio legitur, maiores voluisse certis ĩ rebus ĩterponi q̃nes, cũ q̃ vere dicerẽtur sciri, q̃ falso in q̃ne ꝓnunciarentur, refelli possent, hoc modo. Quo in loco quid positũ sit, & siq̃d esset simile, quod videri, aut aliquo simili signo percipi posset, vide eundem. 2. ad Herẽnium. titul. in causa coniecturali. Exemplo pernitiosum † est non verificata confessione reos damnare, & exempla non desunt. vide Val. Max. lib. 8. de quæst. in prin.

1. *Perseuerare in confessione quando, & quomodo reus dicatur?*
2. *Confessione facta, an statim reus ducendus sit ad eam ratificandam? vel quantum tempus sit interponendum?*
3. *Confessus debet per tres dies conquiescere antequam ducatur ad ratificandum ipsam confessionem, aliter si fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*
4. *Confessio facta in tormentis, & legitime ratificata, non præcedentibus legitimis indicijs, an valeat, & ex ea an iudex possit reum dãnare?*
5. *Inquisitio non præcedentibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & quæcunque ab ea sequuntur, corruunt.*
6. *Confessio facta in tormentis, licet non satis sit ad damnandum nisi ratificetur, an fallat quando præcessit confessio extraiudicialis?*
7. *Confessus si non perseueret, an repetatur in tormentis, vt perseueret?*
8. *Confessus sæpius in tormentis, & ad perseuerandum ductus semper negans, an & quot vicibus possit torqueri, vt perseueret.*
9. *Confessus aliquando potest damnari, absque ratificatione, quando signa sunt talia, vt non sit probatio in contrarium.*
10. *Indicijs indubitatis non potest quis damnari, sed tantum torqueri.*
11. *Confessus si in confessione perseuerare nolit, sed velit probare contrarium, an non sit amplius torquendus, sed audiendus?*
12. *De innocentia rei omni tempore quæri potest.*
13. *Confessio in ciuili, an præiudicet in criminali, si per principalem facta fuerit.*
14. *Confessio facta in vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confessionem in primo iudicio iudicatum fuerit.*
15. *Tortus Bononiæ pro delicto ibi cõmisso, ob quod non est corporaliter puniendus, si in tormentis confessus fuerit se plura maleficia extra Bononiense territorium perpetrasse, an à potestate Bononiæ possit vltimo supplicio condemnari?*
16. *Confessio de pluribus delictis, licet sæpe ratificata non nocet, nisi constet de illis.*
17. *Confessio licet legitime habita fuerit per tormenta, & fuerit ratificata, non erit tamen sufficiens ad condemnandum, nisi fuerit declarata à reo per signa, per quæ verificetur index reum vera esse confessum.*
18. *Confessio etiam ratificata non habet vim veritatis sine alijs signis.*
19. *Iudex maleficiorum temere, & rei veritate indiscussa iudicare, aut reum condemnare, non debet.*
20. *Aduocati, & defensores dandi sunt reis carceratis, se defendere ob inopiam nequeuntibus, ne innocens indefensus pereat.*
21. *Renunciare defensioni suæ, an reus possit? & an iudex id admittere debeat?*
22. *Iudex quærere debet defensiones rei, etiam post latam sentẽtiam, si ratio innocẽtiæ cõstiterit.*

*De confessione ratificanda, & quando reus ratificare recusat, & de errore Iudicum. Cap. XXI.*

COnfessiones reorum non hñr pro exploratis facinoribus, nisi rei perseuerauerint. Perseuerare † aūt dr̃, qñ reus ducitur ad banchum Iuris, prout duci omnino debet, vbi palam moneatur de vita sua agi, ideo bene consideret, si vult perseuerare in confessione sua, & eam ratificari, legente ei notario vulgari sermone dictam suam confessionem. Qui si rñderit contenta vera esse, tali casu dicet̃ perseuerare. Et notādū † est, reum non statim habita confessione duci dr̃e ad ratificandū eā, quia non dr̃ perseuerare, qñ aliquo tp̃is spacio non quieuerit. Vnde Iudex supersedere debet per aliqđ spaciū, qđ esse debet secūdū aliquos ꝑ diē, & noctē. Sed secundū † alios per dies tres, & ita obseruandum est, nam per solam diem, & noctem, reus aīo confusus, doloris impatiēs facile nō resipiscit, & adhuc dr̃ esse ī cruciatu, nisi aliquo bono spacio cōquiescat, saltem per dies tres: aliter.n. si fuerit ratificata paruo momēto, dicet̃ ratificata metu tormētorū. Animaduertēdum † est Bal. tenuisse cōfessionem præcedentibus indicijs factam maxime valere, qñ ea ratificatur. Si vero fuerit facta non p̄cedentibus indicijs legitimis, si fuerit ratificata, valebit, aliter non, vide eum l. 1. C. de confess. Sed caue, & contrarium tene, ꝙ per cōfessionem factam in tormentis licet legitime ratificatā non p̄cedentibus legitimis indicijs Iudex nō poterit dānare, & rō est, quia accusatio, siue inquisitio caruit suis præcedentibus substantialibus à iure requisitis, videlicet, vt p̄cedāt legitima indicia, anteq̄ deueniatur ad tormenta, aliter inquisitio † nō p̄cedētibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & q̄cunq; ab ea sequūtur, corruūt ꝑꝑ ommissionem, & defectum modi, & formæ substātialis. Notandū est, † ꝙ licet cōfessio facta in tormētis nō satis sit ad damnandū, nisi ratificet̃ ad banchū, vt supra, fallit tñ, qñ præcessit confessio extraiudicialis, vide Iason. l. Magistratibus. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Sed hæc opinio non placet, nā ex cōfessione extraiudiciali orit̃ indiciū ad torturam, sicut ex alijs indicijs. l. ictus. ff. de ijs, qui nota. infa. Attñ confessio facta in tormētis ex alijs indicijs ratificat̃, cur diuersum in hac extraiudiciali cōfessione? Quid si reus † cōfessus nō ꝑseuerauerit? dic ꝙ repetet̃ in tormentis, modo p̄cedant legitima indicia, & hoc casu repetet̃ nō ad cōfitendum, sed ad ꝑseuerandū. Quid si sæpenumero † in tormentis cōfessus est, & toties ad banchū iuris negauit, an possit torqueri, vt ꝑseueret? Dic torq̄ri ter posse, secūdū Hipp. l. repeti. ff. de q̄st. Sed alij post eū dixerūt, si indicia sint leuia, nō posse, nisi semel torqueri. Sed ego sentio, si cōfessio fuerit verificata signis, vt supra de verificanda cōfess. posse torqueri arbitrio iudicis. Et rō est, ꝙ hoc casu Iudex factus est certus. Et alias † tenui reū posse dānari, absq; ratificatione, dūmodo signa sint talia, & nō sit ꝓbatio in cōtrarium. Et rō reddi potest, ꝙ Iudex certior factus nō debet amplius certiorari. Deinde quia vbi sunt ꝓbōnes, & secūdū aliquos īdicia īdubitata cōtra reū procedit̃ ad cōdēnationē, absq; cōfessione, & ratificatione. Sed ꝑ indicia, † licet īdubitata sentio nō posse dānari, sed torqueri. Nō obstat, ꝙ dici posset, ꝙ modus & forma torturæ exigūt, ꝙ cōfessio ī tortura, siue metu torturæ ratificet̃. Rñdet̃, ꝙ hoc casu reus damnat̃ ꝑꝑ signa mediante cōfessione, non ꝑꝑ confessionem. Quid si reus † non perseuerauerit in cōfessione, & vult ꝓbare in contrariū? Dic ꝙ nō torq̄bit̃, sed audietur, licet sit confessus. Et non solum post cōfessionē, sed ēt post ratificationem, & sñiam latam. Nam † omni tp̃e ratione humanitatis quæri oportet de innocentia rei. Nonnunquam eñ, aut metu, aut aliqua alia de cā in se cōfitet̃ & sæpe falsa demōstratione dānatur. l. 1. §. fi. ff. eo. Quamobrē Iudex bene aget, si ī omni casu cōfessionis dabit terminū reo ad se defendēdū, & dabit aduocatos, & defensores ne inocentē cōdēnet, vt sæpe dictum est. Occurrūt hic aliquæ q̄ones ī materia cōfessionis. Primo, † cōfessio in ciuili p̄iudicat in criminali, si facta fuerit per principalē, secus per ꝓcuratorē. vide Paul. de Lizar. in c. fi. de cōfessis. Secūdo, cōfessio † facta ī vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi cōtra cōfessionem ī primo iudicio iudicatū fuerit, nota. in l. 1. C. qñ ciui. actio. præiud. crim. Tertio, si tortus † Bononiæ ꝓ delicto ibi cōmisso, ob qđ nō debet pati corporaliter in tormētis cōfessus ēt perpetrasse furta & alia maleficia extra comitatū Bononiæ, q̄ritur nunquid potestas Bononiæ possit eū

vltimo

vltimo supplicio condemnare pp talia maleficia alibi commissa, & digna morte? Conclusiue dr non posse. vide Gand. de quæst. n. 22.

12 Quarto, cōfessio † de pluribus delictis licet sæpe ratificata non nocet, nisi cōstet de illis, dcm̄ est supra in c. 2. Hoc † amplius notandum est, ꝙ licet cōstet de delictis, & licet cōfessio sit legitime habita ꝑ torturam, esto ēt ꝙ sit ratificata, non erit tñ̄ sufficiēs ad cōdemnandum, nisi fuerit declarata à reo ꝑ signa, ꝑ q̄ verificet Iudex reū vera esse confessum, vide Bru. in gl. Sexto, principalr̄, nu. 13. vide supra ĩ c. 20. Et rō reddi pōt, ꝙ cōfessio

18 † q̄uis ratificata non hēt vim veritatis sine signis, dicente I.C. Siquis vltro de maleficio fateat̄ non semꝑ ei fides hr̄ da est. Nōnunq̄ enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se

19 cōfitet̄. l. 1. ff. eod. Itaq; Iudices ne † ꝑcipites, aut temere, indigenterq; ꝓbata, aut quouis modo indiscussa indicēt, dicēte Veritatis voce, nolite iudicare, & nō iudicabimini. ĩ quo em̄ iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Maxi

20 mū q̄dē, † memorabile, mētiq; tenēdū, haud ꝑtermittēdū esse duxi. Qm̄ miserabilib. maximeq; circunuentis succurrendum esse cēseo. Quare Illust. Iulius Gabriel Patritius Venetus, Comes S. Pauli, & Auiani cū quēdam ꝓ homicidio reū cōuentū in carcerib. detrusū teneret, q̄ maxima angebat̄ inopia, adeo vt se defendere non posset, Prædictus Illust. dn̄s Comes suis ꝓprijs (qđ est notādū) sumptib. eximios V.I.D. dn̄m Alexādrū Feder. nobilē Taruisinū, & Io. Baptistā Romā Serrauallēsem, ab ipso reo noīatos, in aduocatos, ac hm̄oi causæ defensores assumpsit. Istud q̄dē maximū misericordiæ opus, & liberalitatis exemplū Illust. dn̄s ipse Comes ab Illustrissimis, & pietissimis dn̄is Venetis, orbis terrarū virtutis specimen habuit. Quorū iustitia plena est terra. Et q̄ vna cū Dauide incessabili voce misericordias dn̄i ĩ æternū cātare, ac eā miserabilibus, & inopia ductis impertiri

21 nō desinunt. Postremo aliq̄ † vtunt̄ hac cautela, v3, ꝙ rei renūcient defensionib. siue dicāt se alias nō hr̄e defensiōes: & sic ratificare faciūt cōfessionē, & nō amplius audiunt reū. Sed dic, ꝙ rei nō pn̄t renūciare, nec Iudex admittet aliqđ genus renunciæ, nisi certo sciat

22 reū carere defensiōib. & oī tꝑe audiat, † ipse iudex q̄ret defensiones: c. 22. Exo. Bal. ĩ l. ser. quoq;. ff đ ꝓc. & l. 1. ĩ fi. ff. de q. vbi ēt post latā sn̄iam q̄rit iudex si rō ĩnocētiæ cōstiterit.

## SINGVLARIA QVAESTIONUM criminalium sub proprios titulos, digesta, & redacta per Franciscum Casonum Iurisconsultum.

### SVMMARIVM.

1 *Accusare quilibet potest, qui non prohibetur, & qui sint prohibiti?*
2 *Frater non admittitur contra fratrem, nisi suam, suorumve iniuriam prosequatur.*
3 *Maritus non potest accusare vxorem de adulterio, si ipse de adulterio, vel lenocinio conuincatur, hodie tamen hoc corrigitur.*
4 *Maritus, & pater vxoris post quadraginta dies accusare prohibentur, multasq; ob alias causas ab vxoris accusatione repellitur.*
5 *Accusare volentes, debent id sine mora facere.*
6 *Calumniæ suspicio ab accusando repellit.*
7 *Personæ quæ ab accusando arceantur.*
8 *Iudex potest procedere ex officio super accusatione proposita accusatore desistente.*
9 *Accusare in crimine priuato quis non potest, nisi sua intersit, vel pœna fisco sit applicanda.*
10 *Accusatus an possit accusatorem suum accusare.*
11 *Pauper prohibetur accusare, nisi sit fide dignus.*
12 *Minor 25. annis accusare prohibetur.*

*Qui accusare possunt, vel non.* *Cap. I.*

1 Regulariter † quilibet pōt accusare, q̄ non ꝓhibetur, itaq; prohibentur accusare, alij pp sexū. ūt mulier pp fragilitatē sexus, vel ætatē, vt pupillus, nisi suā, vel suorū ꝓsequātur iniuriā, & nisi in crimine læsæ maiest. annonæ, & suspecti tutoris, & ꝓ testō patris. Alij pp sacrm̄. Alij pp magistratū. Alij pp delictū proprium, vt infames, vel qui nummos acceperunt ob accusandum, vel non accusandum. Frater

2 non admittitur contra fratrem, nisi suam, vel suorum iniuriā prosequatur. l. qui accusare. ff. de accus. & ibi gl. & gl. in rub. C. eod.

3 vbi multi enumerantur casus. Maritus † nō pōt accusare vxorem suā de adulterio, si ipse maritus đ adulterio, siue lenocinio ante cōuincatur, per vulgatā regulā dolus cū dolo cōpēsantur. l. si vxor. §. Iudex. ff. de adul. vide Gād. in tit. q̄ accusare pos. Et cū prædictis auctoritatibus aduocati consueuerunt defendere mulieris, vel pœnam diminuere, Sed aduerte, ꝙ supradicta lex (licet, Gand.

nihil

nihil dicat) hodie est correcta p auc. vt nulli iud. §. adult. col. 8. Maritus † phibetur accusare vxorem suam de adulterio post dies 40. & pater vxoris ēt repellitur. l. iure mariti. C. ad l. Iuliam de adult. Itē repellitur maritus accusare vxorem suam de adulterio, si primo repudiauit eam, & mox approbauit mores eius l. si vxor. ff. de adult. qđ nota p muliere. Qui accusare † volūt, debēt sine mora accusare: alr. n. pp tarditatem Iudex psumet p reo, p quo ēt reo orietur indicium scđm Ias. §. fuerat, inst. de act. Præterea † pp suspicionem calūniæ, quis repellitur ab accusando. Item qui † pacem fecerūt de vulnerib. sibi illatis. Item qui semel destiterūt ab accusatione silr repellunt, prout no. in rub. C. eod. In pdictis † tn casib. Iudex procedet ex offō. quia Iudex, producta accusatione, pōt ex offō suo prosequi, & facere ea, q accusator facere posset, put dicet in c. seq. In crimine † priuato regulariter qs nō admittit ad accusandū, nisi cuius interest, & nisi delictum sit tale, ex quo veniret pęna applicanda fisco, no. in rub. ff. de pop. act. Accusatus an † possit accusare accusatorē suum qritur p scribentes, & adhuc sub Iudice lis est. not. p Bar. Bal. Ang. Imo. in l. is, qui reus: ff. de pub. iud. Sed in hoc casu aīaduertēdum est, & distinguendum: qn accusatus accusat accusatorem suum de maiori, & tūc, aut de tali crimine, qđ si esset verū, crimē contra se obiectū non esset verū, & tunc audietur, & plus tunc supersedebitur sup primo, donec scđm fuerit discussū, & ex euētu causæ pcedet sup primo, vel nō. Aut nō opponitur tale crimē, sed aliud, & primum, & scđm delictum pnt esse, & tūc sup vtraq; accusatione pcedet, & discutiet. Limita si talis accusatus accusans accusatorem suum vt supra, nō expectauerit nomē suū recipi inter reos, siue iudicem commisisse contra se citationē: qa tūc pp tarditatem accusandi psumitur facere aīo differēdi primam accusationem. not. in l. qui accusare. ff. de accus. Gand. in tit. qui pnt accusare, & q nō, in vers. sed ego formabo talem qōnem. Pauper † phibetur accusare nisi sit fidelis. l. nonnulli. de acc. Minor viginti annis † silr phibetur, sicut testificari. Sed scđm Bar. pōt. l. accusare. ff. de accus.

1 *Accusari quæ personæ possint, & quæ non?*
2 *Mortui quādo possint accusari, & quādo non?*
3 *Appellatione pendente si reus moriatur, an accusatio extinguatur?*
4 *Operarij conducti ad laborandum in alieno loco accusari non possunt, nisi per dominum eis fuerit protestatum, vel nisi sint ei loco, de quo agitur, vicini.*
5 *Clerici per laicos accusari non possunt, quamuis sint primæ tonsuræ: hodie tamen secus est.*
6 *Sacerdotes committentes delicta facinorosa, seu atrocia possunt accusari, & puniri per iudicem laicum.*
7 *Accusatus ab aliquo de vno crimine non potest de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel procedere impediatur.*
8 *Intellectus. l. libellorum. ff. de accusatio.*
9 *Accusari non potest, quis post lapsum viginti annorum, fallit in casibus hic positis.*
10 *Accusandi post mortem ius durat per quinquennium.*

*Qui accusari possunt, & infra quod tempus. Cap. II.*

Accusari † pnt tā mares, q fęminæ, & demū oēs, nisi sint à iure excepti l. 2. C. de reis exhib. Accusari † non pnt mortui: qa mortuo reo oīs criminatio extinguit: fallit tn in cri. lęsæ Maiest. Repetūdarū, Peculatus, & Hæreseos, qbus casibus pp enormitatem delicti accusatio de iā mortuo recipitur. l. Iudiciorū. ff. de accus. Itē fallit, si accusatus sibi mortem cōsciuerit, Vel ēt, si post litem cōtestatam, Vel postq fuerit in scelere deprehēsus mortuus fuerit, no. in supradicta l. Iudiciorū. Quid āt † accusato cōuicto, & cōdēnato, si ab illa cōdemnatione appellatum fuerit, & pendēte appellatione moriat? rndent scribentes, criminationē extīgui quoad crimē, sed quoad bona appellationem pficiendam esse, si in illa sñia bona erāt adempta, Gand. in §. Sed pone tit. eod. Accusari † non possunt operarii conducti ad laborandum in alieno loco, sed conducentes accusari debent: fallit tamen, si talibus operariis fuerit protestatum per dñm loci, vel si operarii fuerint vicini loci, de quo agitur, tali enim casu præsumuntur scire locum esse alienum, no. per Imo. & alios scribētes l. de Pupillo. ff. de operis no. nun. Clerici † per laicum nō possunt accusari, quis sint primæ tōsuræ secūdum Dom. de sanct. Gem. in c. cum in nouella, de accusat. vbi dicit perpetuo notandum contra Iudices

dices laicos: sed priuilegiũ tale clericorum primæ tonsuræ in desuetudinẽ abijt, & per Iudices laicos hoc tp̃e puniunt̃, & talis obseruantia defendi põt ꝑ suasmet leges, vt in c. clerici si in tõsura, extra de vi. & hon. cle. Hoc † amplius sacerdotes cõmittẽtes delicta facinora, vtputa, raptũ uirginũ, & alia similia delicta atrocia p̃nt accusari, & puniri per iudicem laicum l. 2. & ibi gl. & Cy. C. de his, qui ad eccl. confug. & rõ est, q̃a ecclesia odit, & repellit tales delinquẽtes. c. 21. Exo. ibi. Siq̃s insidiatus fuerit ab altari meo repel
7 lat. Accusatus † ab aliquo de vno crimine nõ põt de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel impediat̃ ꝓcedere, nam tunc admitti: accusator de eodẽ l. libellorum, ff. de accus. Sed multi intelligũt accusatorem admitti ad persequendũ accusationem, non aũt ad instituendam de nouo, & hoc q̃a accusatus nõ d̃et de eodem crimine pluries vexari. l. licet. §. fi. ff. Naut. Caup. Stabu. Item q̃ Iudex succedit loco accusatoris, põt. n. ꝓsequi, & ea facere q̃ accusator facere potuisset, Bar. in l. 1. ff. de pub. Iud. Sed
8 quoties † ꝑꝑ ineptitudinẽ, aut aliam malã formam ꝓcessus formati condõ secũdi accusatoris foret facta deterior, tali casu licet trãscedere ad aliam accusationẽ, & ita intel
9 ligitur supradicta, l. libellorũ. Accusari † q̃s non põt post lapsum annorũ 20. l. q̃re. C. de fal. Fallit t̃n in partu supposito. Itẽ q̃n falsis medicamẽtis partũ impediuit. Itẽ in crim. læsæ Maiest. item hæreseos, & peculatus l. si cum eo. ff. de pœn. & l. Iudicii. ff. de acc. Itẽ in stupro admisso per vim in masculo, siue fœmina, l. mariti. §. per quinquẽnium. ff. ad l. Cor. de sica. Dcm̃ est hoc tit. p̃dictis casib. posse accusari delinquẽtes ẽt post mortem.
10 Sed † tale ius accusandi post mortẽ durat ꝑ q̃nquenniũ. l. q̃ Manich. C. de hær. Et ibi gl.

1 *Accusatio quid sit?*
2 *Accusatione non præcedente quis regulariter nõ punitur, nec contra eum proceditur, nisi in certis casibus, in quibus, ꝓceditur officio iudicis.*
3 *Inquisitio est de iure diuino.*
4 *Accusatio non admittitur, nisi constet de delicto, nisi in certis casibus.*
5 *Contumax ex dispositione statuti nõ habebitur ꝓ confesso, quoties iudici nõ cõstiterit de delicto.*
6 *Libellus est per accusatorem edendus, hodie talem per Italiam accusatio fit simpliciter.*
7 *Accusatio quid continere debeat?*
8 *Dies an exprimendus sit in accusatione?*
9 *Accusator petere non debet reum puniri certa pœna, sed sufficit, quòd petat eum puniri secundum formam iuris, & statutorum.*
10 *Ciuiliter, & criminaliter an eodem libello agi possit.*
11 *Accusari an plures possint in uno libello de eodem delicto?*
12 *Accusari an vnus possit in vno libello de pluribus delictis?*
13 *Accusari quis ex eodem delicto simul, & semel diuersis legibus nequit.*
14 *Accusari quis quando possit de pluribus delictis solo libello?*
15 *Accusari quis quando possit à pluribus eodem libello?*
16 *Libello eodem potest agi cõtra producentem falsos testes, & contra falsarios testes.*
17 *Accusator debet subscribere accusationẽ ad pœnam talionis, & an hodie hæc subscriptio habeat locum?*
18 *Calumniosus accusator arbitrio iudicis punitur, & in eadem sententia, qua absoluitur reus.*
19 *Accusationem per calumniam fuisse institutam quomodo cognoscatur?*
20 *Accusatione pendente reus ad honores non admittitur, & propter atrocitatem delicti cõcurrẽte infamia fit suspensio beneficij, & officij, donec causa finiatur.*

*De accusatione, siue libello.* *Cap. III.*

TRactaturis de accusatione nota d̃et esse vis, diffinitio illius, sequendo ordinẽ Iurisconsulti in l. ff. de cõtrah. emp. & in l. 1. ff. de furtis. Accusatio
1 † est aliquem reũ criminis deferre. l. libello
2 rũ, ibi reũ deferre. ff. eo. Et regulr̃ † sine accusatione nõ proceditur ad criminis cognitionem, nisi in quibusdam casib. in quibus ꝓceditur offõ Iudicis. l. 2. ff. de adult. Hodie vero in q̃buscunq; delictis (dummodo gratibus) ꝓceditur ꝑ inquisitionem, ne ꝑꝑ defectum accusatoris delicta remaneãt impu
3 nita. Hoc amplius † dico, ꝙ inquisitio ẽ de iure Diuino, ꝓut dicetur ĩ ti. de inq̃sitione.
4 Accusatio † nõ admitti, nisi cõstet de delicto: nisi in casib. de q̃b. dcm̃ est in tractatu
5 meo de tormẽtis. c. 2. Et nota, † ꝙ vbi statuta illustriss. Venetorũ disponũt cõtumacem h̃ri ꝑ cõfesso, seu nõ audiri, nõ habebũt locũ, quoties Iudici non cõstiterit de delicto:

quia offiῖ ſuū eſt ante oīa q̃rere de delicto, poſtea de reo.l.2.C.de iura.calū. & ibi Bar. l.raptor.C.de epiſ.& cle.vbi fortius ꝓbatur 6 reū cōuinci dr̄e de delicto.Libellus † eſt edē dus per accuſatorē, licet diuerſimode cōcipiat.l.fi.C.ꝗ accuſ.nō pñt.Sed hodie ꝑ totā Italiā accuſatio fit ſimplr̄,& ita obſeruatur, 7 Gā.in ti. qualiter fiat accuſatio.Sed talis†accuſatio cōtinere dēt nomē accuſatoris, & accuſati,crimē commiſſum, cū qua ꝑſona, quo loco,quo anno, & quo menſe, & quo die.Fallit tñ in crimine falſi. Verum ſcd̄m Spe.in §.2.de accu.nō ē neceſſe apponi diē, 8 neq; horā: Alij † aūt poſt eū dixerūt,ꝙ ſi accuſator ſcit,aut veriſilr̄ ſcire poteſt diē, tūc tenet̃ exprimere,& ſi dies, aut aliud tp̄s neceſſariū obmiſſum fuerit in libello, poterit poſtea ꝓbari,& cōualidabitur libellus. Sed ſi de alio loco,& tp̄e vltra poſitū in libello, fuerit ꝓbatum, an reus abſolui dēat ab ob-9 ſeruatione iudicij?dicet̃ in c.5.Caueat † accuſator,ne petat reū puniri certa pœna, ꝗa ſufficit accuſatori petere reū puniri ſcd̄m formā iuris,& ſtatutorū.l.1. ff. ad Turp. & ibi Bar. Si aūt accuſator exp̄ſſerit pœnā in libello,q̃ nō cōuenit, reijciet̃ libellus ꝑꝑ talē ineptitudinē, ſicuti ꝑꝑ aliam omiſſionē modi,& formæ ſubſtātialis.Sed alij cōtradicūt,ꝗa ſupplet̃ per iudicem tali defectui,no. in c.examinata de Iud.& rō reddi pōt,ꝙ vbi aliꝗs actus nō ē neceſſarius,licet fiat,& inepte, ꝑꝑ hoc nō vitiat̃ proceſſus, & in hoc differt à cauſis ciuilib. [ In multis caſib.in quib.exp̄ſſio cauſæ neceſſaria nō eſt, vt in libello,ſnīa,& ſimilib.ſi exprimat̃ cā, & inepta vitiat, eo ꝗa p̄ſumptio q̃ erat ꝓ p̄dictis cā nō exp̄ſſa tollit̃ per exp̄ſſionē, & ſic plus nocet inepta locutio q̃ taciturnitas, vide q̃ not. per Docto.in l. q̃ dubitationis tollēdæ. 10 ff.de reg.iu.]Sed † nūquid agi ciuiliter, & criminalr̄ in eodem libello,ſiue accuſatione cōtra aliquē poſſit? rñdent ſcribētes ꝙ nō, niſi agat̃ de re familiari,vt furti,vel de talib. exhibendis,vel interdicto,vñ vi,vel crimine falſi,&c.Sed vna intentata, & finita, altera poterit intētari,vt no.inſti ad l.Aquil.§.lib. 11 At nunquid† plures poſſint accuſari in una accuſatione,ſiue libello? rñdet ſcribentes, poſſe de eodē delicto,vt C.ſi re,vel acc.mortuus fuerit.Sed de diuerſis delictis non, niſi ſuam,vel ſuorum iniuriā ꝓſequātur, & nō aliter.l.cum rōnibus,vbi no.per ſcribētes.C.

eod.fallit in adulterio, vbi plures rei accuſari non pñt,licet de inceſtu accuſari poſſint. 12 l.res.C. eod. Sed nūquid † vnū ſolū poſſim accuſare in vno libello de diuerſis delictis? rñdetur,poſſe, ſed delicta ſunt clare ſpecificāda,& ſigillatim,vt accuſatus certificet̃, vt 13 in c.vt circa.extra de elec. Sed ꝓ eodē†delicto nō pōt aliquis accuſari diuerſis legib.ſimul,& ſemel,rō reddi pōt, ꝙ nō dēt bis puniri,ſiue affici duplici pœna ꝓ eodem delicto.c.at ſi clerici,extra de iud. & l. ſenatus. 14 ff.de acc.Circa p̄dicta† ē aduertēdū,aliquē poſſe accuſari de plurib. delictis ſolo libello,ſi dicta delicta ſimul veniūt puniēda vna, & eadem lege,alr̄ eſt ſi delicta veniūt puniēda diuerſis legib.tūc.n.diuerſis, & plurib. libellis accuſari oportet.l. nō eſt nouū .ff. de 15 act.emp.Accuſari † ꝗs pōt à plurib. eodem libello,ſi intereſt illorum, ſi aūt nō intereſt magis idoneus ipſorū per Iudicē eligi dēt.l. licet.§.fi.ff.nau.caup.ſtabul.verū hoc hēt locū à principio,aliter ꝓſequēdum eſt.l.ſi plu 16 res ff.de acc.Libello eodē,†ſiue inquiſitione eadē pōt agi cōtra ꝓducētē falſos teſtes, & cōtra falſarios teſtes l.hos accuſare.ff.de 17 acc.Poſtremo † accuſator dēt ſubſcribere libellū,ſiue accuſationē ad pœnā talionis.l.libellorū.ff.eo. Sed hodie hæc ſubſcriptio eſt ſublata rōnib. dictis per Bar.in d.l.Sed quo-18 ties † exp̄ſſe apparet de calumnia accuſatoris pōt puniri arbitrio Iudicis, & in eadem ſnīa,qua abſoluitur reus: Verū tutius erit, ꝙ reus admoneatur,vt ſe defendat occaſione calūniæ,ſcd̄m Bar. in l.athletas.ff.de fal. 19 Et difficultas eſt cognoſcere, qñ † ꝗs per calumniā accuſauit,dicetur in c.5. Nota,& 20 limita † regulā ꝙ lite,& accuſatione pēdēte,accuſatus nō admittitur ad honores, & per atrocitatem delicti concurrēte infamia fit ſuſpenſio beneficij,& officij donec cauſa finiatur.Inno.in c.1.de accuſ.lib. 6.

1 *Teſtes examinantur citato reo, & exiſtente contradictore,alias repetuntur, & an hodie id obſeruetur?*

2 *Iudex debet examinare,& interrogare teſtes,perinde ac ſi reus contradictor adeſſet.*

3 *Teſtes ſemel examinati non debent iterum ſuper eodem examinari: & quid ſi iterum examinati contrarium primo depoſuerint vtrū dictum valeat?*

4 *Teſtis vnum dicens extra iudicium, contrarium*

vero

*vero in iudicio, an de falso puniatur?*

5 *Testes in criminalibus nunquid debeant esse omni exceptione maiores.*

### *Quando, & quomodo accusator probare debet. Cap. IIII.*

PRoducta accusatione, deuenit ad examinationē, & testes † examinātur citato ipso reo, & existēte cōtradictore, vt possit dare sua interrogatoria: & si fuerint examinati testes nō citato reo, iterū examinabūtur: & Iudices, q examināt testes reo nō citato, errāt, scd'm opinionem Sal. in l. fi. C. de quæst. Ang. in verb. fama publ. ver. quæro. Hipp. in l. 1. ff. de q̄st. Aduerte, qđ stylus Italiæ est in cōtrarium, & testes examinātur absq; citatione partis, & testes nō examinātur iterum,put examinari nō debent. Et hæc cōsuetudo examinādi absq; citatione rei vtilis est in puniēdis delinquentibus, qm̄ citati, aut fugiūt, aut testes corrumpūt. Et licet oēs scribentes dicant testes examinari dr̄e reo citato, vt supra: attñ hæc cōsuetudo defenditur, nec est de iure nouum: qđ qñ proceditur in criminalibus ex argumentis, & indicijs, eo casu testes examinari absque citatione partis possunt, tex. est in c. 1. de homic. lib. 6. & ibi scribentes. Sed in hac 2 † materia aduertāt Iudices, q debēt examinare, & iterrogare testes, pinde ac si reus cōtradictor foret: cū Iudex teneatur ex seipso facere debita interrogatoria, sicuti dcm̄ est in tract. meo de tormentis in c. de non torquendo reo p indicia, nisi plene pbata, & 3 qūo probent. Et testes † semel examinati nō debent iterū examinari sup eodem, qa si testis semel examinatus cum iuro deposuerit, si iterū examinetur, & cōtrariū, seu quid diuersum deponat, neutrū dcm̄ valebit. Bar. in l. eos. C. de fal. Imò plus tenuit † Bart. q 4 si testis dixerit vnum extra iudiciū, cōtrariū vero in iudicio, punit de falso. Sed hæc opinio est reprobata p oēs scribentes: qa licet testis alr̄ in iudicio, ac extra iudicium dicat non vr̄ mentiri. Nunquid † aūt testes debeāt 5 esse omni exceptione maiores, dictū est in tract. meo de indicijs per visum vnius testis.

1 *Accusatore non probante reus absoluitur, et quid si probatum sit de diuerso, quàm positus sit in libello, an reus absoluatur, vel puniatur de eo quod probatum est?*

2 *Accusator deficiens in probatione, an eo ipso calumniari videatur?*

3 *Calumniosus accusator, ante litem contestatam ab accusatione desistens, an possit puniri? & quid de accusante per modum exceptionis?*

4 *Occidens eum, quem tēpore illator vulnerū, bannitum fuisse asserit, vtrum si in processu nō appareat an antea, vel post vulnera fuerit bannitus, pro vulneribus sit condemnandus?*

5 *Probatio semiplena releuat accusatorē à calūnia, nisi reus contrarium plene probet.*

### *De accusatore non probante, seu per calumniam accusante. Cap. V.*

1 ACcusatore † nō pbāte, reus venit absoluendus. Quid si de alio loco, & tpe vltra positū in libello fuerit pbatū, an reus absolui debeat ab obseruatione iudicii, an vero debeat cōdēnari de eo, qđ probatū est? & scd'm Bar. absolui dēt reus ab obseruatione iudicij, & de nouo poterit accusari. vide eū in l. pen. C. de priui. Alij dixerūt posse cōdēnari de eo, qđ probatū est, ne delicta remaneāt impunita. l. si à reo. ff. de fideius. In hoc distinguendū esse existimo, videlicet, si accusator accusauerit de facto pprio, seu de facto, qđ nō ignoret, pp qđ reus passus est graues expensas, seu carcerem, tūc dico reum absolui debere ab obseruatione iudicii, & posse de nouo accusari, scd'm doct. Bar. qa dicto casu accusator vr̄ accusasse potius per iniuriā, q̄ ius: si vero reus nō fuerit passus grauiores expēsas, vt supra, & accusator potuit ignorare factum: tūc dico posse cōdēnari de eo, qđ fuerit probatū vltra positū in libello. Nunqd accusa- 2 tor † deficiēs in probōne eo ipso calūniari videat? & vr̄, q sic, scd'm Spe. in tit. de acc. nu. 24. Sed hæc opinio nō placet, qa pōt cōtingere, q iusto errore accusauerit, Bar. ī l. athleta. §. calūniator. ff. de inf. quare in hoc stādū est cōscietiæ Iudicis, q cōsiderabit, qua mēte ad accusationē accusator processerit, & si in euidēti calūnia reperiet eū, legitima 3 pœna afficiet. l. 1. ff. ad Turp. Et si † qs per calūniā accusauerit, licet ante litē cōtestatā desistat, poterit tñ puniri, licet multi tenēat contrarium per regulam, q qui accusat, & subito desistit, non vr̄ accusare: Sed dic posse puniri, qa iam iniuria est illata accusato, vt supra in dictis iuribus. Sed si quis accusauerit per modum exceptiones, licet expresse

presse apparet de calumnia, non poterit tn condenari: qa ignoscitur ille, q prouocatus e, dicetur in seq.c. Quid si accuso te, † q vulnerasti Titium de mense Nouebris, & pbatum est, sed excipitur, q Titius fuit bannitus de dicto mense, & secundu leges cotra exules pot impune offendi? verti in dubiu: qa in pcessu non apparet, an ante, vel post vulnera fuerit bannitus. Nunqd p vulneribus venias codenandus? Et licet opiniones, & auctoritates sint vtriq;, dico te accusatu absolui dere, qa in delictis pbones in codenado dent necessario concludere, Angel. in verb de anno psenti, nu.6. vbi vtrinq; allegat. Postremo notandum est † q semiplena pbo releuat accusatore à calunia, nisi reus cotrariu plene pbet. Bal. in l. fi. C. de prob.

1 *Accusatio per modum exceptionis quando habeat locum, & per quæ inducatur?*
2 *Accusatus excipiens contra accusantem de crimine, & petens illum de eo condemnari, videtur accusare, & super ea, tanquàm super accusatione procedendum erit, & in hoc accusationis substantialia erunt obseruanda.*
3 *Accusatus non potest opponere crimen in modum exceptionis lite contestata.*
4 *Accusatione per exceptionem proposita contra quem prius procedendum sit ad captură, an cotra accusatorem, vel accusatum excipientem?*
5 *Exceptio accusatoria in quibus ab accusatione differat?*
6 *Excipiens de crimine, & non probans, an puniatur, vt calumniosus accusator?*
7 *Prouocato ignoscitur.*
8 *Pœna tallionis hodie sublata est, & quare.*

*De modo accusandi per exceptionem. Cap. VI.*

1 EST & alius † modus accusadi per exceptionem, per que pcedit, & cognoscit de maleficio vltra supradictu modum. l. qm. C. ad l. Iul de adul. quo casu qnque cria objiciutur per accusatu via exceptionis, qnq; cotra pducentes falsa, vel suspecta instra, siue testes, & similia: & tunc aiaduertedum, & distinguendum est, videlicet, si accusatus excipit cotra accusatorem solum ad repelledum eudem accusatorem ab accusatione sua, siue ad derogandum fidei testiu, siue fidei instrorum: tunc tales exceptiones non habet vim accusationis p regula, q excipit non accusat. l. rescriptum. ff. de munc. & honor.

2 Si vero crimen † fuerit obiectum p accusatu non solum p exceptionem, sed et fuerit petitu, q accusator codenetur: tunc accusatus non solum excipere, veru accusare vr: & tali casu p Iudice pceder tanq sup accusatione. l. vna. ff. ui. bo. rap. l. 2. ff. de tab. exhib. Et notandum est, q in tali casu debet, & tenet excipiens ponere locum, annum, & mesem, commissi delicti perinde, ac in accusatione. Bart. in l. 1 ff. de excep. & est ro, q excipit accusare videt, vt supra. Limita pdicti, † q lite cotestata accusatus no pot opponere crime in modu exceptionis. l. 1. §. extraneis. ff. de adult. & qa plerunq; contingit † in facto: q pposita suprascripta exceptione i modu accusationis incertus est Iudex contra quem pcedere debeat ad capturam, & tali casu si pœna corporalis venit imponenda pp grauitatem, & qualitatem delicti accusatus, & accusator carcerabunt, vt verius cognoscat de delinquente. nec relaxabunt, nisi cognito delicto: & est ro, q a in tali casu vtraq; pars est accusata. Si vero non erit pœna corporalis imponenda Iudex relaxari pmittet, datis tn fideiussoribus, vide Cyn. l. fi. C. de acc. Quid si isti relaxari non paruerint foro, & Iudici, quo procedet? dicet ifra in tit. de captura, & carcere. Postremo animaduertendum est, q exceptio supradicta, & proposita mo, quo supra pro accusatione hr, sed tn differt † ab accusatione, de qua in titulo pcedenti: quia † qn crimen obiectu accusatori p modu, & viam exceptionis no probat, no procedit cotra ipm excipientem ad aliq pœnam, vtputa de calumnia, siue in alijs pœnis, in qbus procedit cotra accusantes de calunia conuictos. Et ro diuersitatis reddi pot: qa parcit accusato, q prouocatus est: ignoscitur † .n. illi, q prouocatus est. l. si adulteriu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adul. vnde accusatus per exceptione accusans excusatur: qa quouis modo licet sanguine propriu redimere. [Sed hoc tepore & et tepore Romanoru, vt mebru pro membro deberetur sublata fuit pœna tallionis, ea ratione q nemo est dns mebroru suoru in hoc actu accusandi, prout not. per Dec. in l. imperium, col. 4. ff. de iur. omni. iud. p Moder. in l. inuita beneficium. ff. de reg. iur.]

1 *Denunciator est ad instar accusatoris, fallit in his, qui ratione officij ad id tenentur.*
2 *Denunciare quis teneatur maleficium commissum in*

*in confinibus duarum villarum?*

3 *Iuratus tenetur denunciare delictum finito officio suo, de quo non habuit ante notitiam.*

4 *Chyrurgi, siue Syndici, qui tenetur vulnera denunciare, an leues percussiones denunciare teneātur, vel eos qui cum vnguibus offenderint?*

5 *Denunciantes malitiose nō aggrauantes delictum, tenentur de falso.*

6 *Denunciantes aliquem qui non deliquit, an, & quando excusentur?*

7 *Denunciantes ratione officij, an ad expensas teneantur?*

8 *Denunciantibus officialibus, quando, & in quibus casibus credatur?*

9 *Denunciare qui tenentur sub pœna, an excusentur si accusator præuenerit?*

10 *Iurati an teneantur denunciare delicta, quæ de iure non sunt punienda?*

11 *Denuncians an possit recipi in testem?*

12 *Denuncians, an consequatur beneficium statuti præmium proponentis indicanti delictum, vel accusatori?*

13 *Absolutus à denuncia, an perinde sit, ac si absolutus foret ab accusatione?*

14 *Denunciatione facta per saltuarium, non dicetur de delicto constare.*

15 *Denunciatio sola non facit aliquā probationem, vel indiciū, sed tantum sufficit ad inquirendū.*

16 *Denuncians, an teneatur edere libellum, sicut accusator?*

17 *Denunciatio quando sapiat accusationem, vel instigationem.*

18 *Iurati, qui tenentur denunciare, etiam casus fortuitos notorie impunibiles denunciare debent.*

*De denunciatione. Cap. VII.*

Dictum est supra de accusatione, hic videndum est denunciatione, ꝑ quā Iudices ꝓcedūt. l. ea quidē. C. de accusationibus. Denūciator † est ad īstar 1 accusatoris, & debet assistere denunciationi, sicut accusator accusationi suæ: Fallit tñ in officialibus, & Iuratis, & seu Marigis villarū, & alijs ꝑsonis, q̄ ꝑ statuta locorū, seu ꝑ leges principum tenenṫ denunciare: tali. n. casu Iudex ꝓcedit ex offō, vt in supradicta l. ea quidem. Si delictum † committeṫ in confinibus 2 duarum villarum, Iurati vtriusq; villæ tenentur denunciare. l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Iuratus † teneṫ finito offō suo denunciare 3 delictum, de quo non habuit ante notitiam l. nam, & si seruus. ff. de neg. gest. Chyrurgi, siue † Syndici villarum, qui tenentur denunciare 4 vulnera, non tenentur denunciare leues ꝑcussiones, nec ēt denunciare eos, qui offenderint cum vnguibus: cum tales offendentes non incurrāt pęnam statutorum prohibentium offendere cum armis. Ang. in l. armatos. ff. de ui pub. Idem in l. pignore. §. q̄ furem. ff. de furt. Prædicti † Iurati si denū5 ciauerint delicta, & nō aggrauauerint cōtra veritatem malitiosę, siue certa pecunia, siue ad suggestionē alicuius, teneṅ de falso, Bal. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur. Idem ēt habebit locum in eo, qui induxerit ad denunciandum inique aliqđ maleficiū æqualṙ punieṫ de falso. l. lex Corn. §. fi. ff. de fal. & ibi Bart. Sindici denunciantes † aliquem deliquisse, q̄ 6 tū nō deliquit, excusanṫ, si crediderunt ꝑsonis q̄bus q̄libet alius credidisset; aliter puniūtur, siue saltē cōdemnanṫ in expensis, Bar. in l. athletas. §. fi. ff. de inf. Prædicti † aūt oēs q̄ 7 ꝑ offm̄ denunciant non tenentur ad aliquas expēsas, Bar. in rub. de off. asses. C. sed si prædicti assistēt denūciationi suæ, cōdemnabūtur in expensis, q̄a tunc fugiunṫ offō accusatoris, & non denūciātis, cum talibus sufficiat denūciare tm̄. Supradictis † officialibus 8 regulariter nō crediṫ si crimē est graue, aliter sic, dū mō denūciēt de visu. Bar. ī l. diuus. ff. de cus. reo. Iurati, q̄ † teneṅ denūciare de 9 licta sub certa poena, nō excusātur à pœna, licet alius ꝓuenerit accusator. Et rō esse pōt q̄ ītereſt reip. qm̄ pōt cōtingere: q̄ ꝑ accusatorem leuiter accusarētur. l. 2. ad Tertul. Itē 10 † tenētur dennnciare delicta, q̄ non sunt puniēda de iure, nec excusātur: q̄a non spectat ad ipsos Iuratos cognoscere, sed ad Iudices, & ipsi Iurati possēt semꝑ se excusare. Prędicta multi limitant nō hēre locum in delicto notorie nō punibili, vtputa, in occiso, q̄ erat bānitus, & erat notorium. Ang. in l. neq; s. C. vt nemo priua. sed dic, vt supra dcm̄ est. De11 nūciās regulariter † nō pōt recipi ī testē, imò ipse debet testes idoneos ꝓducere, licet non teneatur assistere. l. diuus. §. denūcia. ff. de q. pōt tñ recipi in testem: qñ Iudex ꝓcedit, nō ad denunciam, sed ꝓcedit ꝑ inquisitionem, & sic cauti assessores ꝓuident, q̄ qñ non hn̄t alios testes, ꝓcedunt ꝑ inquisitionem, & examinant tales deputatos ad denunciandū, & tali casu crediṫ ꝓdictis. vide Bart. ī d. l. diuus. 12 Si ꝑ statutū † datur ꝓmiū indicanti delictū, an denuncians possit cōsequi beneficiū talis statuti

